0




NAZIONALE
VITT. EMANUELE
ROMA
BIBLIOTECA
8
19 G
64

PARADISVS CONCIONVM

Olim


SERMONES SENSATI

dictus


Complectens omnem doctrinam prędicabilem, super Epistolas & Euangelia totius anni:

Summo studio & indefessâ operâ ab innumeris mendis, tædiosisque litterarum compendiis restitutus, triplicique Indice illustratus, per R. P. GVILLIELMVM OONSELIVM, *Ordinis Prædicatorum, & S. T. Baccal. & Lectorem.*





ANTVERPIÆ,
Apud Hieronymum Verdussen.
Anno M.DC. XIII.
Cum gratia & Priuilegio.





REVmo IN CHRISTO PATRI
AC DOMINO
D. IOANNI VISCHERO
Dei & Apostolicæ Sedis gratia
EPISCOPO IPRENSI
veram & æternam felicitatem exoptat.

REVERENDISSIME DOMINE. Cum inter pręclara animi dona nil præstantius à Deo, hominibus datum esse constet affectu rationali, qui merè spiritualis est, nihil habens commercij cum sensibus corporeis, & ab intellectu & voluntate originem ducit: certum est omnia hominis officia ab hoc affectu virtute & pietate potissimum ornato, tanquam à

†2 fon-

fonte emanare. Præclare siquidem decernit Epictetus Philosophus in Enchiridio, *omnia officia in vniuersum mutuis affectionibus esse metienda*, eo quòd quæcunque à virtute officia pręcipiuntur, ab affectu trahantur & excitētur, & quod amplius est, dignitatē ac æstimationē consequantur. Ex quo cōsequitur primo, quod animus hoc affectu incitatus, non rerum in officiis pręstitarum aut quidditatis siue valoris earum ponderator existat, sed affectum à quo proficiscuntur, ipse affectus suscipientis metitur: cuius vis ac pręstantia plerunq. quidem ex pręstiti officij aut beneficij magnitudine, fælicius tamen ac certius ex decore, & splendore virtutum, qui affectum ornant & concomitantur, agnoscatur. Deinde nescio qua sympathia ac energia affectus affectum ad operandum, & ad mutua humilitatis ac beneuolen-

lentiæ officia impellit, incitat, & mouet occulta quidem, sed perceptibili vi, delectabili tamen ac suaui. Sic libuit tantisper philosophari, quod nesciam, qua vi affectum meum sentiam impelli, nonquidem ad mutuũ officium (id enim in pari gradu præstare velle temeritatis esset:) sed ad præstandum aliquod sincerioris obseruantię ac sacratioris affectus specimen, quo me plurimis à vestra humanitate profectis officijs deuinctum scio: dum anno 1610. in Ecclesia Iprensi, cui iam fæliciter præest R. D. V. stationariũ ac concionatorem egi; non solùm paternè fouit, amplexa est, sed & familiariter vultu suaui, grauitate modesta, ac pietate eximia multa conferebat, de pluribus admonebat, ac tandem monita non spernenda salutis sępe dabat: omnia in eum finem, vt veluti alter Helias, mihi minimo

clientulo & suum spiritum impertiret, & feruidum zelo suo faceret, quo inflãmatus ignita eloquia fideli gregi suo effunderem in cõmunem salutẽ. Huic ergo pietatis & virtutis affectui quantũ ego inprimis, deinde omnes debeamus, rei euentus testatur, cũ nõ solũ Principes nostri aut primarij Flãdriæ viri, sed & senatus populusque Iprensis virtuti ac pietati, quibus splendet dignissima Dominatio vestra, plurima ornamenta ac dignitatis præmia deberi fateri videantur. Dum principes tantam molẽ virtutũ põtificali ornare infula, viri plurimi nõ infimę classis laudes promere ac decantare, S.P.Q.I. applausu ac lætitia gestire pergunt, tantũ nacti Pręsulem: quẽ nõ fauores humani aut praxes politicorum occultę, aut vafrę, ac specie quidem pietatis laruatæ hypocrises, aut tandẽ ambitiones subdolæ; sed vni-

ca

ca, ſola & vera virtus, iure & debito omni, patrē patriæ, ac populorū plurimorū in Flādria dignissimū paſtorē, eo affectu prędituū, quē in Petro Apoſtolo & in eius ſucceſſoribus, facta trina interrogatione Seruator repperit & requiſiuit, ad pontificalē dignitatē euexit. Cū ergo omnes deuinctos ſe fatētur, ne ego beneficiorū immemor, indebitor videar ingratus, efficiet, ſpero, Paradiſus hic ſacrarū ac ſpiritualiū cōcionū, meo ſtudio & labore, lolio ac zizanijs viciorum repurgatus & communi bono deſtinatus, V. R. D. eo quo decet affectu ex me dedicatus. Munus quidē dignitati ac merito veſtro collatū exiguū, verū teſtis fidus obſeruātię ac gratitudinis ac ſinceri affectus quem potiſſimū dedicare intēdo, vt R.D.V. quæ continuo in paradiſo virtutū, & in horto plātationis verbi Dei ſpatiatur, in hoc noſtro ſacro ac

ſpiritualiParadiſo amœnos floſculos manu carpat,atque eũ à mordacibus linguis quæ omnia à virtute profecta neſcio qua rabie ſugillãt,ſua authoritate obũbrare,meque in ſuã clientelam admittere dignetur,etiã atque etiam rogo.Communem Deum ac patrem precibus obteſtans, vt R.D.V.populo & Eccleſiæ ſuę Ipreſi diu ſeruet incolumem. Antverpiæ hac die 18. Ianuarij 1613.

Reuerendiſſimæ D. V.cliens & ſeruus in Domino,

Fr. Guillelmus Oonſelius,Dominicanus,
S.Th.Baccal. ac lector

CAN-

CANDIDO LECTORI.

HOC vnũ in votis Candide Lector, tũ mihi fuit, tũ pijs omnibus ſẽper fuiſſe certo cõſtat: vt relicto priuato bono, cõmuni, & maximè, quod omnibus vtile eſt, cõſultiſſimè ſtuderemus: id certè quod nobis (ex ipſa regula etſi propriũ) non tamen nouum, ſed omnibus ſecundũ rectam rationẽ ac pietatis ordinẽ viuentibus cõmune ac familiare eſſe deprehenditur; cũ enim quiſq; non ſibi tantũ natus ſit, ſed etiam profectui aliorũ, humanitatis officium non præſtat, niſi qui cõmunia proprijs, publica priuatis anteponit. Inter eos ergo qui ſua ſtudia bono publico conſecrant, ne ego velut aſymbolus eſſem, fecit hic Author, reuera pius, grauis, vtilis plane, ac lectu iucundus: quẽ inter tot præclaros authores, quos nobis & orbi, ampliſſima florentis Typographiæ hoc noſtro ſeculo facultas reſtituit, ac veluti de mortuis viuos reddit, diutius obliuionis tenebris latere nolui, ſed vt ipſe in ſpiritualẽ multorũ vitam ac vitæ cõmodũ in lucem prodeat ac veluti reuiuiſcat, maximè dignũ iudicaui: & tu ipſe iudicabis, egregiam viri modeſtiam in tacendo nomine proprio primò admiratus: deinde ampliſſimã doctrinam oculo perlegendo & mente reuoluendo: nam præter ſoliditatem omnifariæ doctrinæ, verum & genuinum ſenſum ſacrarum litterarum, ita mores informat, virtutibus illuſtrat, totũ hominem in Deum adeo rapit, vt nihil ad mores reformandos, Chriſtianã pietatem poſtliminio reuocan-

dam,

dam, timorem Domini mentibus inculcandum, charitatis vinculo hominem cum Deo vniendũ, præstantius scriptum videatur: nemo aut sugillet, aut succenseat quod alio titulo huius viri conciones in lucẽ exeant. Author enim iste qui à sensu & experimento quodam rerum diuinarũ pœnè incredibili, Sensatus olim dictus est, eo nomine denuo prodijsset, si non præsens æuum sensu quodam amaricante illius scientiæ, quam animalem & diabolicam Iacobus nominat, atque æstu concupiscentiæ diu nimium verè febricitans alium de rebus pijs quam par est gustum haberet. Vt enim febricitanti omnia amara, omnia quæ gustat insipida sunt, nisi electuario aut saccaro obducãtur: sic nostrũ hoc sæculũ vltima tẽporis ægritudine fere laborãs, quæ cœlestia ac pia sũt ac spiritũ Dei sapiunt, nisi specioso aliquo titulo veluti saccaro obducantur, non gustat sine contemptus nausea. Quapropter vt ægrotanti sæculo Sensati huius viri doctrina opem ferre valeat, en eũ tibi exhibemus, nõ quidem alieno sed proprio titulo, Paradisi sacrarum ac spiritualium concionum. *Et quidẽ iure optimo. Est enim verbum Dei verè Paradisus voluptatis, in quo dum laborat Author noster: quid aliud quam paradisum de nouo instituit, quo mens Deo deuota dum spatiatur, etiam verbo reficitur, & pinguescit deuotione ac gratia? Sacras autem Conciones has intitulari placuit, quòd nihil adeo arcanum aut sacratum aut sanctum in sacris literis siue in figuris, Prophetiis aut alijs veteris testamenti vmbris delitescit,*

eſcit quod non dextrè, ſanctè & concinnè ita applicat & explicat Senſatus noſter, vt aptius fieri vix quoquā poſsit: nihil enim præclari ſiue ad virtutis ludē aut ſalutis monitū, aut tandē ad vitiorum deteſtationē adfert, quod ſtatim figura aut prophetico teſtimonio non exornat. Quid de virtute dicā, quā hic ſolidè & verè oſtendit? Quid de turpitudine peccati, quod detracta larua delectationis, nudū, miſerū, noxium ac abominandū prodit? Quiſvnquā præſtantius de fidei noſtræ myſterijs diſſeruit? Quis fidem, ſpem, caritatem; iuſtitiam, temperantiam ac ceteras virtutes morales, viuis ita coloribus expreſsit? De caritate hoc vnum aſſero, Senſatū noſtrū diuinè planè & ad miraculū vſq; eam commendare, vt vel alter Paulus dicendus videatur, cui diuina caritas pectus adeo vulnerauit, vt nihil verba eius præter ineffabilem caritatē ſpirent ac doceant. In verbis inaffectatū pro more aurei illius ſæculi ſe oſtendit, nec ornatui verborū, ſed veritati magis ſtuduit, vt qui verbum Dei nō in ſublimitate ſermonis, ſed in Spiritu Sancto & virtute deſpenſandū eſſe probè nouerat; nec grauatè auſim dicere ſæculū illud fuiſſe felicius, quo Dei verbum ſine verborum compoſitione proponebatur. Dum enim hoc naſutum ſeculū verbum elegantia ac ornatu inuoluit, quid non hæreſeos ac errorū produxit? Ex verbis inordinatè prolatis, *inquit magnus Hieron.* oritur hæreſis. *Loquitur ergo Senſatus ſermone ſuo pio & ſimplici, vt ex eo diſcat ſedulus verbi Dei adminiſter non ambulare in mirabilibus*

tropis

PARADISI SACRARVM AC SPIRITVALIVM CONcionum olim Sermones sensati dicti.



PROOEMIVM.

SI videris sensatum, euigila ad illum. Eccles. 6. *Cùm processus in hac vita à sensatis ad intelligibilia sese extendat, vt sic ex magis notis ad minùs nota procedat, & per consequens, inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur: idcircò vt à notiori denominetur, iste processus potest dici sensatus. Vnde si videris sensatum euigila ad illum. In quo quidem verbo, primò insinuatur istius processus materia subiectiua; cùm præmittitur. Si videris sensatum:*

Eccli. 21. *pro quo ſcribitur.* In labijs ſenſati inuenietur gratia. *Secundò excitatur intelligentia cognitiua, in hoc proceſſu ſtudere volentis, cùm adiungitur; Euigila ad illum. Pro quo per ſapientiam increatam, deſcriptam in hoc proceſſu dicitur:* Prouerb. 8. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei: nam qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino, *Vndè vt mihi ſalus æterna proueniat quam expecto: laborem iſtius proceſſus aggredior, dicendo cum Apoſtolo:*

Domi-

Dominica Prima Aduentus.

SERMO PRIMVS.

NVNC *propior eſt noſtra ſalus.* Rom. 13. Nobiles ac potentes, qui habent patriam, vel nobilem ciuitatem ab aduerſarijs fallacibus nequiter occupatam, ſolent mittere ſtrenuos milites, vt ſuam hæreditatem viriliter recuperent. Ita & nunc, quia à principio mundi, Deus hominem, tam à parte corporis, quàm animæ poſſidebat: quem ſua ineffabili potentia, ſua inenarrabili Sapientia, ſua amicabili bonitate & clementia, quantum ad corpus de limo terræ formauit; & animam ex nihilo creãdo, imagine, & ſimilitudine ſua, excellentiſſimè inſigniuit. Sed diabolus per ſuã malitiam procurauit, quod homo per ſuam ſtultitiam à Dei dominio ſubtractus fuit, & diabolicæ fraudi ſubiectus. Quapropter tota Trinitas, ſuæ creaturæ compatiens, eo quòd diabolus retinebat hominem minùs iuſtè, licet homo iuſtè detineretur, (nam contra Dominum ſuum ſe erexerat, qui ei liberum arbitrium dederat, quo malum vitare, & diabolo reſi-

ſtere poterat,) ideo pugilem, militem ſtrenuum, de ſuo regno cœleſti propter patrum antiquorum flagrantiſſimũ deſiderium, ſcilicet filium ſuum dilectiſſimum Deus Pater deſtinauit: pro quo tamen deſtinando præmiſit curialem nuntium S. Gabrielem Archangelum ad cœleſtem virginem Mariam, nunciando ei, aduentum iſtius pugilis. Quo nuntio audito, ipſa dicere potuit, *Nunc propior eſt noſtra ſalus*: Circa quod verbum, ad noſtram doctrinam dicere poſſumus, quòd Chriſtus eſt nobis propè propter 4. rationes: ſcilicet, ratione fraternæ cognationis, connexæ dilectionis, propinquæ commorationis, & terrenæ cognationis. Primò ergo, eſt nobis propè, ratione fraternæ dilectionis: vnde videmus quando duo ſibi ſunt propinqui fraternitate, dicuntur propè eſſe, quia nõ poſſunt eſſe propinquiores in linea conſanguinitatis. Ita eſt de nobis & de Deo. Ante incarnationem enim, Deus & homo erant ab inuicem ſeparati; nec homo aliter coniunctus erat Deo, quàm vt ſeruus Domino, & res creata creatori, nec poterat dici Deus homo: ſed vt Deus nos ſibi faceret propinquos, aſſumpſit humanam naturam in perſona, in vtero virgineo, vt tunc verè diceret, quod quondam Ioſeph fratribus ſuis
Geneſ. 45. Geneſ. *Ego ſum frater veſter.* Eſt enim conſuetudo

ſuetudo apud ſæculares, vt fratres ſponſæ, vocētur & ſponſi fratres. Quãdo ergo Christus ſibi deſponſauit ſororē noſtram humanã naturam, *non confunditur*, ſecundùm Apoſtolum, *nos vocare fratres*. Gaude ergo ô homo, de hac ſponſa, & de his nuptijs, in quibus filius Dei tã mirabiliter ſibi copulauit ſororem noſtram: quamuis nihil in ſe haberet, quod ipſum ad hoc mouere poſſet. Tria enim ſolent mouere viros ex parte ſponſarum ad contrahendum matrimonium: ſcilicet, generis nobilitas, dotis quãtitas, & excellēs ſpecioſitas. Primò ſolet mouere generis nobilitas; ſed hanc non inuenit Chriſtus in ſua ſponſa, id eſt, humana natura: fuit quidem nobilis creata, quia ſuper creaturas irrationales exaltata, quia *omnia ſubieciſti ſub pedibus eius*. Sed hanc nobilitatē amiſit per peccatum, & facta eſt quaſi infima creaturarum omnium. Sed vt Deus iterum eam magis exaltaret; ſibi eam in ſponſam copulauit, & eam ſuæ diuinitati coniunxit, vt eam ſuper creaturas nobiliſſimas, Angelos ſcilicet exaltaret, imò & ſuper ipſam beatam Virginem, nam eam ad dexteram cœleſtis patris collocauit. Secundum quod ſolet mouere, eſt dotis quantitas: ſed hoc non mouit Chriſtum, quia ipſe diues, à quo omnes diuitiæ, quia *gloria & diuitiæ in domo eius*. Sed humana

Hebr. 2.

Pſalm. 8.

Pſalm. 111.

mana natura erat pauper;quia tantùm vnum agrum ſterilem, ſpinis peccatorum plenum, cum ſua ſponſa, pro dote accepit. Ager eſt iſte mundus, qui plenus eſt miſerijs & doloribus. Ad iſtum agrum traxit eum ſponſa ſua, ſcilicet humana natura, per illud dulce
Cant. 7. verbum Cant *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum*, id eſt, mundum. Vnde & de ſeipſo,
Zach. 13. per prophetam Zachar. dicit. *Homo agricola ego ſum*. Quanto autem labore hunc agrum excoluit, nulla lingua ad plenum explicare ſufficit. Sed tamen audi, quid per Prophe-
Psalm. 87. tam de ſeipſo, Rex Angelorum dicit: *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea*; quia vt pauper, panniculis fuit inuolutus, & poſitus in præſepio, pro molli cuna, octauo die ſecundùm legem circumciſus, & poſtea cum timore in Ægyptum deductus & inde reductus, in paupertate educatus; & poſtmodum laborauit, & propter nimiam laſſitudinem ſuper puteum ſedens, aquã petiuit vt ſe refocillaret: cucurrit de ciuitate in ciuitatem, & vbique ſeminauit verbum, quod vt fructificaret, ſanguine ſuo irrigauit: & poſt labores & lacrymas, non potuit habere hoſpitium vbi requieſceret. Sic igitur homo in paupertate tibi ſeruiuit, & tandem in ſeruitio tuo mortem turpiſsimam ſuſtinuit. Certè ſi iſtud profundè cogitare poſſemus, quid-

quid

quid pro sponso nostro sustineremus, nihil nobis esse videretur. *Et ideo dicit* Bernard. *O homo, fateor & verè recognosco, si in me essent vitæ omnes filiorum Adam, omnes dies seculi, & labores omniũ hominũ qui sunt, fuerũt, & erunt: nihil essent ad comparationem illius, quod pro me sponsus meus sustinuit, quod pro meis peccatis filius Dei tolerauit. Cùm igitur ei donauero quidquid possum, non est nisi stella ad solem, stilla ad flumen, & puluis ad montem.* Tertium est excellens speciositas. Sed hoc non mouit Christum ad sponsam suam, quia ipse est speciosus præ filiis hominum, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, ipse est in quem Angeli desiderant prospicere. Sed humana natura erat deformis & squalida peccatis, vt conqueritur Ieremias. *Egressus est à filia Syon omnis decor eius*; quia propter peccatum primi hominis fuit maculata facies eius: nam quando principium est impurum, tunc principiata sunt & erunt corrupta. Hoc patet in cursu naturæ: si radix est corrupta, & rami, qui ab ipsa procedunt, erunt corrupti: & si cor est infirmum, omnia membra sunt infirma; quia cor est primum quod in homine generatur. Sic est à simili, quia primus homo fuit per peccatum maculatus; ideo omnes posteros suos peccato maculauit. Cùm igitur hæc tria ipsum non mouerunt,

S Bernard.

Tren. 1.

runt, ad contrahendum cum ſponſa ſua humana natura; quid ergo eum potuit ad hoc flectere? Certè ſua inexplicabilis bonitas & clemētia. Sicut enim proprius fructus abundans in arbore, arborem flectit ad terram, & eiuſdem fontis abundantia, fontem effluere facit; ſic eius propria clementia ipſum mouit, vt naturam humanam ſibi in ſponſam copularet, & per conſequens verificaretur
2. Reg. 19. illud 2. Reg. *Et reſpondit omnis vir Iuda ad viros Iſrael. Quia mihi propior eſt Rex.* Quia vir Iuda, homo confitens, eſt in hanc copulam acceptus, & non vir Iſrael Angelus, ſcilicet videns Deum, quia non Angelos ſecun-
Hebr. 2. dùm Apoſtolum, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: nam Deus factus eſt homo, non Angelus: Secundò, Chriſtus eſt nobis propè, ratione cōnexę dilectionis. Exemplū habemus in exterioribus. Quando duo homines honeſti mutuò ſe diligunt, libenter ſunt ſimul & propè ſe, & vnuſquiſque timet ne amor diſſoluatur. Hoc modo Chriſtus eſt propè probis, & bonis hominibus, ipſum ex amore
Pſalm. 14. timentibus, & ideo dicit Proph. *Prope eſt Dominus timentibus ſe.* Sed eſt notandum quòd multi timent Deum, qui tamen non timent ex vero amore, ſed magis propter pœnam eis pro peccatis infligendam; & ſic peccatum aliquando actualiter non committunt, ſed
tamen

tamen cor eorum ab intra est corruptum in inordinato amore creaturarum. Sed iste timor non prouenit ex amore. Sicut certè in seculo, non diceretur illa mulier vero amore diligere maritum, quę non propter eius amorem, sed propter infamiam & molestiam ei inde prouenientem, adulterium non committeret. Sic est de illis qui peccatum non committunt actuale, sed tamē peccatis consentiunt. Reuera tales non diligunt Christum ex vero amore, quia diuinus amor non compatitur secum amorem alienum. Nam dicit August. *Anima, deserto creatore, amans creaturam, adultera est.* Illius enim amore nihil castius, nihil delectabilius. Et statim plus dicit: *Euelle cor tuum ab amore creaturæ, vt inhæreas creatori.* Et ideo ille, qui vult Deum propè se habere, debet ipsum timere ex vero amore, & habere cor purum & mundum, non infectum alieno amore. Quamdiu enim pomum est sanum & odoriferum, tunc tenetur in manu & odoratur: sed quando est putridum, tūc proijcitur. Sic facit Christus, quamdiu cor non corrumpitur interiùs per malum consensum, nec corpus exteriùs per malum actum: tam diu se tenet Christus propè cor. Vnde Sap. 6. *Incorruptio proximum facit Deo.* Huius enim simile videmus in cursu naturæ. Quanto enim magis elementa

S. August.

Sapien. 6.

ſunt puriora,vt patet in igne,tanto ſunt cælo viciniora: quia enim ignis eſt elementum purius, ideo cælo inter elementa propinquius: & quanto impuriora, tãto cælo remotiora,vt patet in terra, quæ eſt elemẽtum impurius & groſſius, ideo inter elementa à cælo remotius. Sic eſt de ſanctis hominibus, quanto magis ſunt corde puriores, & in Dei amore feruentiores, tanto magis ſunt Deo proximiores. Vnde beata Virgo quæ fuit puriſſima,ita etiam quòd nunquam in corde ſuo peccato conſenſit:ita & in diuino amore magis accenſa, quam vnquam aliqua pura creatura. Ideo ſuper omnes ſanctos, & choros Angelorum eſt ſublimata, & iuxta thronum ſui filij benedicti collocata. Tertiò, Chriſtus eſt nobis prope ratione propinquæ cõmorationis. Videmus enim in exterioribus,quãdo aliqui cõmorantur in eadem domo,dicuntur prope eſſe,tamẽ maximè,quãdo ſunt de vna menſa, & pane. Hoc modo Chriſtus eſt nobis prope,non ſolùm pariete ad parietẽ,ſed etiã ad menſam, quia ita liberalis eſt, vt velit nos eſſe ſuos commenſales in Sacramento altaris. Vnde credere debet firmiter quilibet Chriſtianus (aliter eſſet hæreticus) quòd illud idẽ corpus quod traxit de benedictiſſima virgine matre ſua, & quod pependit in Cruce in die veneris benedicti:

nedicti ; istud idem est quod in Sacramento altaris; & non solum Sacerdos sumit, sed omnes fideles qui in bono statu sunt, suscipiunt. O quàm felix esset homo, qui se sic ad hoc præpararet, vt dignè posset percipere quantum in se esset! quia dignè sumentes percipiunt vitam æternam, & indignè æternam damnationē. Nec mirum, quia huius simile habemus in natura, quòd in eodē flore, qui in se dulcis & delectabilis est, trahitur dulce & amarum: apis enim trahit inde mel, aranea verò trahit inde venenum. Sic de hoc sacramento trahitur vita æterna, & æterna damnatio; cùm tamen in se, super omnia maneat dulce, & delectabile. Vnde in hoc Sacramēto sunt duo fercula saporosa, scilicet diuina natura & humana. Sicut enim mater nutrit, & pascit filium suū lacte, quod est de sanguine suo; ita Deus nutrit animas nostras carne & sanguine suo. Vnde ergo Christus est nobis prope per illud Sacramentum, quia ipse dicit: *Qui mãducat carnē meã, & bibit sanguinē meũ, in me manet, & ego in eo*, Nescio quomodo possit nobis proprius esse, quã in corde & in ore, quia dicit Hug. li. de Sacramentis. *Cibus iste est animæ, non corporis, de ore tamen ad cor transit*. Vnde Deut. 30. *Iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in corde tuo:* quasi diceret: Istud inquam verbum, quod caro factum

Ioannes 6.

factum est, non solũ est in ore tuo per veram communionẽ, sed etiã in corde, per veram inhabitationem. Vnde Ioan. 1. *Verbum caro factum est & habitauit in nobis.* Vnde est notãdum, quod istud Sacramentum Christus nobis dedit propter nimiam charitatẽ, qua nos dilexit, vt sui omni tempore memores essemus. Videmus enim huius simile in exterioribus, quãdo aliquis vult recedere ab aliquo quẽ summè diligit, dat ei aliquod iocale vel clenodium, vt sui memoriam semper in corde retineat: in hunc modum filius Dei Christus fecit quando resurrexit, fuit aliquantulum cum discipulis suis, scilicet, 40. diebus, vt legitur Act. Et ideo, quod expleuerat negocium suũ pro quo venerat, scilicet redẽptionem humani generis, & apertionẽ ianuæ paradisi in signum amoris, pulchrius iocale scilicet corpus proprium in Sacramento altaris nobis dedit, vt sui memores essemus. Et ideo hoc Sacramentum est institutũ specialiter in memoriam suæ passionis & dilectionis. Vnde sponsus dicit in Cãt. *Pone me sicut signaculum super cor tuum,* per veram dilectionem; & *super brachium tuum,* per operis exhibitionẽ, quia exhibitio operis probatio est dilectionis: *quia fortis est vt mors dilectio,* qua te dilexi; quæ causa fuit mortis meæ quam pro te sustinui, vt sic verè, propè sit Domi-

Ioan. 1.
Act. 1.
Cant. 8.

Dominus per hoc donarium *omnibus inuocantibus eum in veritate*, vt dicit Psalmus. Psalm.144

Quartò, Christus est nobis propè ratione proximæ ad nos reuersionis. Exemplum habemus in exterioribus: videmus enim quòd quando aliquis homo diues, iuit peregrinare ad Sanctum Iacobum, vel ad alium sanctum locum, & tempus suæ reuersionis propinquat, familia eius solet dicere: Modò tẽpus est vt veniat dominus noster. Hoc modo Dominus noster Iesus Christus est, propè nos, quia aduentus eius ad iudicium non diu retardabitur. Vnde *abijt in regionem longinquam: accipere sibi regnum & reuerti*, Luc.19. & non trahet longam moram reuertendi, & tenebit iudicium generale, ad quod omnes citabũtur, tam nobiles, quàm ignobiles, diuites & pauperes, vt discutiat de cogitationibus, verbis, & factis omnium. Nemo erit ibi causidicus vel aduocatus alterius; quia satis habebit facere vnusquisque pro seipso. Vnde ne ex improuiso capiat nos, istud iudiciũ: admonet nos Dominus per Prophetã Esai. dicens: *Audite me duro corde*, qui ita estis peccatis indurati, vt nec pœnis nec præmijs possitis molliri ad pænitentiam, *qui longè estis à iustitia*, hoc est à paradiso, qui debetur facientibus opera iustitię, quia tam lõgè sunt à paradiso sicut infernus. Et sequitur: *Prope Esa.46.*

feci

Ibidem. s. Bernard. *feci iustitiam meam*, hoc est iudicium meum, quia tunc iudicabit secundum veram iustitiam. Vnde Bern. *Attende homo quid de te erit in die iudicij, quando contra te loquetur conscientia accusans, elementa conquerentur contra te, crux portabitur in testimonium, vulnera allegabunt, claui loquentur, cicatrices conquerentur.* Tunc diabolus dicet: O iuste iudex da mihi per culpam, qui tui esse nolebant per pœnitentiam. Rogemus ergo Dominum nostrum Iesum Christum, *&c.*

Dominica Secunda Aduentus.

SERMO SECVNDVS.

C*Hristus suscepit vos in honorem Dei, &c.* Rō. 15. Quando aliqui pauperes homines sunt sub manu & dominio alicuius Principis, qui eos durè tractat, magnũ sibi honorem & gratiã reputarent, si per aliquẽ potentissimum & mitissimum, ab eius seruitute misera tollerentur; & ad honorẽ excellentissimum promouerentur. Nunc autem ita est. nam à principio humani generis, homo per suam culpam se diabolico dominio subiugauit, ideo quotquot exibant de mundo, secum trahebat vel ad limbum, vel ad infernũ. Et se ex ista seruitute eripi desiderabant antiqui Patres. Et ideo maximus honor & gratia facta est

cta est generi humano, quod per Christum de seruitute misera est ereptum: quod factũ fuit in Aduentu Christi & in incarnatione. Et ideo dicit Apostolus *Christus suscepit vos in honorem Dei:* quasi diceret: Multùm gaudere deberes, qui ante habuisti dominum crudelissimum, nunc autem habes mitissimum. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod Christus suscipit ad se quatuor genera hominũ, quatuor ex causis: Primò in tribulatione existẽtes, vt eorũ hæreditas possit restaurari. Secundò munditiæ insistentes, vt cum eis valeat commorari. Tertiò per pœnitentiã ad se reuertentes, vt inter ipsum & eos amicitia possit reformari. Quartò per amorẽ sibi adhærentes, vt in æterna vita per eum valeant sublimari. Primò suscipit in tribulatione existentes vt per eum eorũ hæreditas possit restaurari. Videmus enim quando domicellæ iuuenes parentibus orbatæ habent amplũ patrimonium, quòd sæpe à multis opprimuntur, & earum hæreditatem plures inuadere conantur, maximè vbi defensore aliquo destituuntur. Sed quando aliquis diues & potens compatitur eis, & accipit vnã ex eis in vxorem, tunc earum hæreditas defenditur, & deperdita restaurantur. Sic reuera à principio mundi, natura humana fuit multùm nobilis,

bilis,& ad imaginem Dei creata,& etiam ad gloriam paradisi cælestis, quam diabolus amisit, ordinata. Et ideo quando fuit iuuenis, scilicet ipsa die qua fuit creata, diabolus inuasit ipsam in paradiso; & priuauit eam, non solum hæreditate terrena, sed etiam superna. Vnde tunc poterat dicere humana natura

Iob. 19. illud lugubre verbum Iob: *Spoliauit me gloria mea*, scilicet, non solùm terrena, sed etiam hæreditate paradisi,& veste innocẽtiæ

Ibidem. & cæterarum virtutum: sed etiam *abstulit coronam de capite meo*, hoc est, præmium beatitudinis æternæ. *Destruxit me vndique & pereo*, pro eo quòd eram obligata gehẽnæ; sed cœlestis pater habens vnicum filium, sibi ęqualem per omnia in diuinitate, vidẽs hanc magnam iniuriam humanæ naturæ illatam, suo dolori compassus est, in tantum quod idem filius de sinu patris descendit in virgineum Mariæ vterum, vbi suscepit in se humanam naturam, & in tantum sibi eam copulauit, vt nunquam fuerit ab ea separatus. Nam licet mors separarit animam Christi à corpore, nunquam tamen separauit diuinitatem, nec ab anima nec à corpore, etiam quando corpus iacuit in sepulchro. Vnde

S. August. Aug. *Mors ad tempus corpus & animam Christi separauit, sed neutrum à verbo*, hoc est, à diuinitate. Et ideo Christus, quando sic huma-

humanam naturam suscepit, & sibi indiuisibiliter eam copulauit, tūc eius hæreditatem ad quam fuit ordinata, restaurauit, & eius aduersariū deuicit & debellauit. Et ideo quasi regratiādo dicit Propheta, in Psal. *Exaltabo te Domine*, id est, in magnitudinē bonitatis tuę laudabo, *quoniā suscepisti me*; hoc est, meā naturam, *nec delectasti inimicos meos super me*, hoc est, non permisisti eos delectari & iucūndari super me; sed magis confudisti; quando eis spolia iniustè ablata, abstulisti; & ipsi hæreditatem cælestis patriæ ad quam ordinata fuit, restituisti. Secundò, Christus suscipit ad se puritati & munditiæ intendentes, vt cum eis valeat commorari. Videmus enim in exterioribus, quòd eodem quo Princeps induitur genere vestimenti, nobiles de familia Principis induantur: & Sanctimoniales admittant Virgines ad habitum suum, vt cum eis Deo seruiant: hoc modo Christus suscipit puram & mundam vitam habentes. Videmus enim quòd duo contraria nō possunt esse simul, sed mutuò se expellūt: vt patet in aqua, quæ simul non potest esse calida & frigida, & paries simul & semel, non potest esse in eodē loco albus & niger. Cùm ergo Christus & eius gratia, & peccatum sint contraria, constat quòd Christus tales non suscipit ad commorandum cum eis. Nullus enim Psalm. 29.

B sapien-

ſapiens infundit vinum optimum & precioſum in vas ſordidũ, nec Chriſtus ſe & ſuam gratiam in cor mortali peccato coinquinatum.
Sapien.1. Vnde Sap. *In maliuolam animam non introibit ſapientia*, hoc eſt, Chriſtus, qui eſt ſapientia patris; nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: ſi vis ergo vt Chriſtus te ſuſcipiat, & gratiam ſuam tibi infundat, neceſſe eſt vt puram & innocentem vitam à peccatis habeas,
Pſalm. 40. Vnde dicit Propheta in Pſal. *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti*, quaſi diceret: Quia puram & innocẽtem vitam habui, ideo me ſuſcepiſti, & teipſum & tuam gratiam mihi infudiſti: Nam ſignum magnæ familiaritatis eſt, quando aliquis eſt de veſte regia, ſcilicet, quando eſt vt Rex veſtitus. Sic magnum ſignum eſt, eos qui ſeruant vitæ innocentiam, eſſe de familia Chriſti, & Chriſtum eſſe cum illis. Vnde dicit
Sap.7. Sapiens, *quod ſapientia*, ſcilicet increata, *in animas ſanatas ſe transfert*, hoc eſt, in illos,
S. Auguſt. qui vitæ innocentiam ſeruant. Aug. *Vera innocentia eſt integritas ſine peccato: eſt enim innocentia veſtis, de qua noſtri primi parentes induti fuerunt, & ſocij Chriſti induuntur*. In cuius ſignum in baptiſmo, quod eſt Sacramentum reſtitutionis innocentiæ, & faciens comitem Chriſti, alba veſtis paruulo traditur. Et dicitur ei à Sacerdote ipſum baptizante: Acci-

Accipe veſtem ſanctam, candidam, & immaculatam, quam proferas ſine macula ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt habeas vitam æternam. O quàm multi iſtam ſanctam, & candidam veſtem coinquinant! Quantò enim res eſt magis munda, tanto citiùs maculatur: vt ſatis patet in ſpeculo nouo, & veſte noua & candida: Speculum enim nouum ad modicum flatum obfuſcatur, & veſtis noua, & candida faciliter maculatur. Sic reuera hæc veſtis ſpiritualis innocentiæ, ſola cogitatione mala obfuſcatur, & vno peccato mortali, totaliter denigratur & maculatur. Signum ergo eſt, qui non ſeruant hanc veſtem mundam, quòd non ſunt de familia Chriſti, & Deus non ſuſcipit eos ad commorandum cum eis, & ideo in futuro non ſuſcipientur ab eo in æternam vitam. Tertiò ſuſcipit Chriſtus per pœnitentiam ad ſe reuertentes vt inter ipſum & eos amicitia poſſit reformari. Videmus enim in exterioribus quando duo homines diù fuerunt inimici, quando pacificantur, recipiunt ſe ad oſculum, & connexum brachiorum in ſignum amicitiæ reformatæ. Hoc modo Chriſtus ſuſcipit per pœnitentiam ad ſe reuertentes ad peccati remiſſionem. Nihil enim in vniuerſo ſic Deus odit ſicut peccatum, hoc patet: quia propter odiũ eius, ferè


dissipauit omnia opera sua per diluuium. Item propter odium peccati, interfecit innocentem vnigenitum suum. Nam filius Dei venit propter hoc in mundum, vt peccatum fugaret, & vt totaliter destrueret; tradidit se in mortem, nec tamen totaliter destruxit, aut fugauit de mundo: sed tandem proijciet ipsum in extremo iudicio, in profundum inferni. Et tamen quantumcumque odio habeat peccatum, & quantumcumque per ipsum offendatur; si tamen homo per veram pœnitentiam reuertitur, Christus eum benignè suscipit, imò reuocat, vt per Ierę. dicit: *Reuert ere, & ego suscipiam te*, quasi diceret: O homo qui me offendisti, & irritasti per tui peccati malitiam, reuertere tamen, & age pœnitentiam, & ego te recipiam per veram amicitiam. Vnde in cruce stat capite inclinato, vt nos recipiat ad osculum pacis: stat brachijs extensis, vt nos recipiat ad amicitiæ amplexum. O homo attende ad hanc infinitam Dei misericordiam, & reuertere per pœnitentiam ad Christum, qui est fons misericordiæ, qui te non solùm exspectat, sed etiam sic clementer reuocat, vt tibi indulgeat, & quasi immemor omnium peccatorum tuorum, te iugiter diligat: Reuertere ergo securè, & de eius misericordia ne desperes, quia dicit

Ierem. 3.

August.

August. *Reuertere ad Deum, ô peccator, cum omni fiducia, non enim vincent magnitudinem misericordiæ Dei omnia peccata tua, quantumcumque sunt sub numero & mensura, Dei enim misericordia est sine numero & mensura. Non enim vincet malum quod cum mensura est, bonum quod sine mensura est.* Quartò, suscipit Christus per amorem sibi adhærentes, vt in æterna vita per eum valeant sublimari. Videmus enim in exterioribus quod Episcopi suscipiunt Clericos vt faciant eos Archidiaconos, & Canonicos: sicut & principes nobiles vt faciant eos Marscallos & Dapiferos. Hoc modo etiã Christus suscipit se diligẽtes, & per amorem continuum, sibi adhęrentes, ad beatitudinis collationem. O quàm suaue est taliter Deo adhærere! nam qui adhæret Deo per verum amorem, nunquam ab eo separabitur in futuro; nam hic viuit vita gratiæ, & in futuro vita gloriæ. Quamdiù enim homo adhæret Deo per verum amorem, tam diù viuit vita gratiæ. Et quamdiu non adhæret Deo per amorem, tam diù mortuus est vita gratiæ. Exemplum habemus in natura: quamdiù planta adhæret principio vitæ (quod quidem principium est, radix) tam diù viuit vita plantæ. Omne enim viuens quàm diù adhæret principio vitæ, tã diù inuenitur in eo vita; quod etiam

S. August.



de generatione & corruptione dicitur, quòd propter distare à principio corrũpitur vnũquodque. Ita dico à simili, quãdiù homo adhęret Deo, qui est vita animę, tã diù viuit vita
Deuter. 4. gratiæ. Vnde dicitur: *Vos qui adhaeretis Deo*
S. August. *viuitis vniuersi.* Et ideo dicit Aug. *Sicut corpus meum viuit de anima; ita anima mea viuit de te Deus meus. Cùm enim inhæsero tibi, ex omni vita mea nunquam erit mihi labor & dolor, sed vita mea plena erit in te.* Qui ergo in ista vita adhæret Deo, in quo est vita animæ, suscipietur post istam vitã transitoriam, ad æternam vitam & beatitudinem.
Psalm. 62. Et ideo dicit Propheta in Psal. *Adhæsit anima mea post te*, id est, ita adhæsit anima mea tibi, vt te præ omnibus creaturis diligeret, & tuo amori totaliter infigeretur. Sed quia exhibitio operis, est probatio dilectionis; ideo notabiliter dicit post te, id est, vt te sequatur, & nõ præcedat, vt multi faciunt. Qui enim Christũ perfectè diligit, ipsum & exempla eius sequitur. Multi enim dicunt quòd Christum diligũt, sed factis nõ ostendunt: volunt eum præcedere in diuitijs, & honoribus, & delicijs; sed nolunt sequi eius castitatem, paupertatem, & humilitatem, &
S. Bernard ideo eum nõ diligunt. Vnde Ber. *O bone Iesu, quàm pauci sunt qui volunt ire post te, cùm tamen nemo sit, quin ad te venire velit, scientes*

cuncti, quòd delectationes sunt in dextera tua vsque in finem. Et propter hoc volunt te frui, sed nolunt imitari; volunt conregnare, sed nolunt compati; nolunt quærere, sed tamen desiderant inuenire. Et certè tales non suscipientur, sed illi, qui Deo per amorem adhærent & ipsum sequuntur, vt amorem factis ostendant. Et ideo bene dicit Propheta: *Adhæsit anima mea post te,* & sequitur, *me suscepit dextera tua,* hoc est, propiciatio tua. Ista inquam, me suscepit de ista transitoria vita ad æternam vitam. Tunc enim hoc potest dicere cum eodem Propheta. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me,* hoc est Christus, qui est dextera Dei Patris per quem omnia facta sunt, ille ostendit in me virtutem, quia magna virtus est exaltare humilem de transitoria vita ad æternam, facere mortalem immortalem, & ipsum æternaliter beatificare & deificare.

Psalm. 22. Psalm. 117.

Dominica Tertia Aduentus.

SERMO TERTIVS.

Veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, 1. Cor. 4. Quando ambulat aliquis in nocte in tenebris, & in distorta via, longè à recta deuiat; nec po-

teſt ad eam redire, niſi per lumen, vel ductorem : talis multùm ſolet deſiderare vt dies eluceſcat, vel aliquis ſuperueniat, qui eum ad rectam viam dirigere valeat atque ſciat. Sic totum genus humanum in tenebris ambulabat, & omnes homines ad inferos deſcendebant : nec ad viam cæli redire poterant, niſi aliqua dies gratiæ, & reductor aliquis, qui viam cognoſcebat, eos ad rectam viam reduxiſſet. Et ideo ſolus Deus, qui viam nouerat, eos ad rectam viam reducere poterat, & eis lumen ſuæ gratiæ miniſtrare. Quapropter ad ipſum gementes clamabãt, verbum prælibatum dicentes, vt dicere poterant:
Ibidem. *Veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum.* Circa quod verbum ad noſtram doctrinam eſt ſciendum, quòd quadruplex eſt modus veniendi ipſius videlicet Domini noſtri Ieſu Chriſti, & hoc vel propter quatuor cauſas. Primus modus eſt prout venit in mundum humanam naturam aſſumendo propter humanam generis liberationem. Videmus enim quando hoſtes alicuius Principis villam aliquam inuaſerunt, ſi eſt potens Dominus ſolet venire, vt terram ſuam eripiat, & vt homines ſuos de carcere, ſi capti ſint, liberet & reducat. Nũc autem ita eſt quod diabolus ab initio mundi rebellauit contra Dominum, quando voluit

ex na-

ex naturalibus suis creaturarum dominium vsurpare, quod habuisset, vt quidam dicunt, super omnes angelos, si stetisset. Vnde ex tunc cœpit in terram Dei, scilicet in genus humanum crudeliter desæuire: vnde quotquot de sæculo exibant, recludebat in carcerem. Sed filius Dei humano generi compatiens est, venit in mundum, & assumpsit humanam naturam, vt illos de prauitate diabolica liberaret, quos ab æterno, ad æternã patriam ordinauerat. Vnde Lucas, *Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.* Luc.19. Via autem per quam venit, virginea mater Maria fuit. Ipsa enim est via regia, per quam rex angelorum & hominum venit in hunc mundum, & quæsiuit quod à principio mundi perdiderat, scilicet, animã suam prælectam sponsam, & tam diligenter eam quæsiuit, vt tandem ascenderit altam arborem sanctæ crucis: vt dicit Bern. *Ascendit altè vt ab omnibus videretur; clamauit validè vt ab omnibus audiretur; lacrymas clamori addidit, vt omnis homo sibi compateretur.* S. Bernard. Et tunc primò inuenit sponsam suam, scilicet animam, quam à iuuentute sua quæsiuit. Sed videns eam perditam, & non posse liberari nisi pretioso suo sanguine; Quid ergo fecit sponsus verus & amicus animarum? certè multo carius suum pretiosum sanguinem

 voluit

voluit effundere, quàm eam sic illiberatam dimittere. Vnde ex nimio amore, quem tũc ad sponsam suam & amicam videlicet animam habuit, videbatur quasi sensum perdidisse; quia tunc passus est amorem, qui dicitur hereos, qui languentem in eo tandem interficit: & sic eam sua morte de æterna morte redemit. Vnde Greg. dicit quoddam verbum amore plenum: *Si Christus Mariæ filius tot habuisset membra, quot sunt stellæ in firmamento cæli: & quodlibet membrorum proprium corpus habuisset: omnia in mortem tradidisset potiùs, quàm solam animam in faucibus diaboli non redemptam reliquisset.* Secundus modus veniendi est, prout venit ad animam virtutibus desertam: vt eam spiritualiter ditet per suæ gratiæ benedictionem. Videmus enim quando aliqua ciuitas est destructa, solet Rex, quando habet affectum eam reædificãdi, ad eam venire personaliter. Et quãdo Rex venit ad eam, quæ priùs fuit pauper: fit diues, quia omnia sequuntur regem. Ita certe destruitur totaliter anima hominis per peccatum: & fit pauper in virtutibus & bonis operibus. Peccatum enim nihil aliud est quã priuatio, & destructio boni virtutis, & boni spiritualiter in anima. Sed quãdo Christus per suam gratiam venit ad animam, omnia bona spiritualia sibi restituit: & etiam priùs

S. Gregor.

priùs non habita superaddit vt Amb. ait. *Nō solùm ablata restituit, verùm etiam non sperata concedit.* Vnde Genes. (Et potest esse verbum Christi ad hominem, qui in peccato iacuit) *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es: benedixitq; tibi Dominus ad introitum meum.* Antequam enim Christus venit ad animam per suā gratiam, valde modicum habet: quia peccatum priuat animam omnibus bonis virtutum & gratiæ, quæ solummodo animam spiritualiter diuitem faciunt: sed quando venit ad animam, bonis spiritualibus ditatur, & per benedictionem ipsius, omnia bona spiritualia in ea augentur. Vnde Prouerb. *Benedictio Domini diuitem faciet.* Quem enim Dominus per suam gratiam benedicit: non solùm virtutibus ditat interiùs, verùm etiam bonis operibus exteriùs, vt dicit Gloss. Istæ diuitiæ sunt veræ diuitiæ. Et ideo dicit Greg. *Si verè diuites esse cupitis, veras diuitias amate.* Veræ autem diuitiæ sunt, quæ nos diuites virtutibus efficiunt: Sed terrenæ diuitiæ non sunt veræ diuitiæ, hoc patet tripliciter. Primò, quia sunt quantitate modicæ; sed videntur magnæ, quia nimis appropinquant. Oculo existenti in cœlo, pūctualis videtur terra. Sic & de oculo hominis contemplatiui, cui videntur modica bona temporalia: vt legitur de

S. Ambros. Genes. 30. Prou. 10. S. Gregor.

Act. 9. de beato Paulo Act. *Apertis oculis nihil videbat.* Et Iere. *Aspexi terram, & ecce vacua* Ierem. 4. *erat, & nihili.* Et quamuis bona temporalia velut diuitiæ videantur mundanis hominibus esse magna: tamen in se sunt parua. Multa enim sunt quæ apparent, & non existunt: sicut littera sub cristallo videtur magna, & nummus aureus in aqua, hoc ideo est, quia densiore corpore sunt cooperta. Et sol quando oritur & occidit, videtur maior, quàm in medio cœli propter vapores, qui visum impediunt; sic terrenæ diuitiæ coopertæ sunt delectationibus, delitijs, & honoribus huius mundi: & etiam, quia nimis excæcant eos, qui nimiùm eas diligunt; ideo videntur eis magna, cùm tamen secundùm rei existentiam sint parua. Secundò patet, quia sunt pretio vilia. Quanto enim res est altior, tanto nobilior, & quanto res est inferior tanto vilior. Exemplum habemus in naturalibus: ignis inter elementa est elementum altius, & ideo nobilius: terra inter elementa est elementum inferius, & ideo vilius. Cùm ergo aurum & argentum in visceribus terræ inueniantur, non sunt ita nobilia vt æstimantur, cùm terra sit fex elementorum. Tertiò patet, quia sunt præmio in-
Prouer. 11. vtilia; quia dicitur Prouerb. *Diuitiæ nihil proderunt in die vltionis,* hoc est, in extremo

iudi-

iudicio, ſed tunc magis nocebunt. Et tunc ſpirituales diuitiæ plus valebunt: hoc eſt, bona opera, & virtutes: has, ſi tunc homo ſecum portat, regnum æternum iugiter poſſidebit: Et ideo ſancti in hac vita qui acquiſierunt ſibi ſpirituales has diuitias, temporales omnino contempſerunt: quia ſciuerunt quod non faciunt illud quod promittunt: promittunt enim ſuum poſſeſſorem facere felicem, & faciunt contrarium, dum auferunt ſibi regnum æternum, & ducunt ad infernale ſupplicium. Non dico tamen quòd in ſe mala ſint, quia valde bona; ſed mala ſunt illis, qui eis malè vtuntur: quia eas contra Dominum retinent, & eas pauperibus non diſtribuunt, & qui eas iniquè lucrantur, & nimiũ eis cor apponunt. Tertius modus veniendi Ieſu Chriſti eſt, prout venit in animam ſanctam, bonis operibus refertam, vt in ea dulcem habeat delectationem. Videmus enim quòd magni Domini veniant ad ciuitates nobiles, gratioſas, & fertiles ad delectandum & recreandum: hoc modo etiam Chriſtus rex Angelorum & hominum, qui delitias ſuas cupit habere cum filijs hominum, venit in animam nobilem & ſanctam, bonis operibus refertam, à quibus dulciter delectatur & reficitur. Vnde infelix eſt anima, quæ non habet locum, vbi

Deus

Deus honestè possit recipi: sed felix, quæ est ita munda & ornata & bonis operibus referta: vt audeat Christum inuitare & dicere illud Cant. *Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum.* Nota quod in ijs verbis tanguntur tria quæ debet habere sancta anima, quę vult Christũ ad hospitium sui cordis inuitare. Primò debet habere mẽtis anxietatem, vt ipsum dulciter alliciat. Hoc tangitur ibi, cùm dicit: *veniat dilectus meus.* Christus enim semper stat ad ostium cordis nostri, si essemus dispositi & haberemus accensum desideriũ ipsum inuitandi. Vnde ipse dicit in Apoc. *Ego sto ad ostium,* (scilicet cordis) *& pulso:* per secretam & internam inspirationem, *si quis aperuerit mihi,* per veram cordis dispositionem, & præparationẽ; *introibo ad eum,* dando deuotionem, & *cœnabo cum eo,* per veram delectationem: *& ipse mecum* per veram fruitionem. Surgat ergo anima sancta desiderio anxia, & dicat illud Cãt. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Tunc enim homo pessulum ostij aperit, quando non solùm peccata mortalia; sed etiam peruersas cogitationes, quę à Deo separant, totaliter à corde remouet: & sic Christum cum ardenti desiderio in hospitium sui cordis intromittit, & eum amicabiliter recipit. Sed heu miseri pecca-

Cant. 5.
Apoc. 3.
Cant. 5.

peccatores, ſic eum in anima non recipiunt, quos tamen ſuo precioſo ſanguine redemit: ſed quod peius eſt, aduerſarium, ſcilicet diabolum, per peccatum recipiunt. Vix vna die per annum recipiunt Chriſtum, ſed per totum annum diabolum, quia continuant peccatum, de quibus conqueritur Ioan. *Ego veni in nomine Patris mei, & nõ accipitis me; ſi alius venerit in nomine ſuo, illũ accipietis.* Non ſic fidelis anima: ſed inuitat eum & dicit: *Veniat dilectus meus*, quia in me nihil erit quod moleſtet ipſum. Et nota quòd notanter dicit *dilectus meus*, & quaſi gloriando, ſicut ſponſa habens pulcherrimum ſponſum interdum de eo gloriatur. Sic etiam anima ſancta de pulchritudine immortalis ſponſi ſui, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, vt dicebat beata Agnes. Vnde ſponſa quando interrogatur in Canticis: *Qualis eſt dilectus tuus?* reſpondet: *dilectus meus candidus*, per veram puritatem; quia *candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula*, vt dicit Sapiens: *& rubicundus*, per veram charitatem; quia *Deus charitas eſt* dicit Ioan. *Electus ex millibus*, imò ſuper omnes homines, quia *ſpecioſus forma præ filijs hominum.* Et non ſolùm ſpecioſus ſuper omnes homines, verũ etiam ſuper omnes creaturas. Vnde Aug. de verbis Domini: *Si magnitudinem quæris, maior eſt:*

Ioan. 5.
Cant. 5.
Sap. 7.
Ioan. 4.
Pſalm. 44.
s. Augu.

ſi

si pulchritudinem, pulchrior est: si dulcedinem, dulcior: si splendorem, splendidior: si iustitiam, iustior est: si fortitudinem, fortior: Si pietatem, clemétior est: Nulla ratio patitur vt factori factura æquetur, vel opus opifici comparetur. Quis talem sposum non diligeret, qui totus est desiderabilis, in quo nullus est defectus? Sed heu quàm multi sunt, qui ipsum non diligunt, quos decipit species, & decor creaturarum: quia dicit Sap. *Creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium:* & addidit Aug. *Heu Domine nunc intelligo, sed confiteri erubesco, species & decor creaturarum decepit oculum meū & non aduerti quòd omnibus creaturis speciosior es, quibus tamen vix vnam guttam tuæ inæstimabilis pulchritudinis communicasti. Quis enim ornauit cælum sideribus, aërem volucribus, aquam piscibus, & terram plantis & floribus, homines diuersis corporibus varijs virtutibus? Nónne, clementissime pater, per te illa agmina cælestium spirituum varijs donis sunt ornata?* Et statim postea dicit: *Sed quid sunt hæc omnia, nisi tuæ pulchritudinis modica scintilla?* Quando ergo anima sancta tantam pulchritudinem sui dilecti sponsi contemplando meditatur, quomodo fieri posset vt in amore eius non æstuaret, & ipsum cum anxietate cordis sui in hospitium cordis sui non inuitaret. Secundo debet

Sapien. 14.

S. August.

habere

habere loci amœnitatẽ, vt ipsum allectum firmiter retineat: Et hoc ibi cũ dicit: *In hortum suum.* Vnde notandum, quòd differentia est inter campos & hortos; campi enim non sunt benè clausi, sed expositi bestijs, quæ ibi transeunt, & herbæ eorum non sunt ita vtiles vel fructuosæ. Per istos ergo cãpos significantur peccatores, qui non sunt benè clausi per diligẽtem custodiam sensuum, & ideo sunt expositi peccatis: tot enim bestiæ ibi transeunt, quot peccata mortalia faciũt: & ideo si quid boni crescit in eis, hoc est, si aliquid boni incipiunt facere, vel actu faciunt, inutile est totaliter, & infructuosum: quia non est eis meritorium, quantum ad vitam æternam. Sed horti sunt benè clausi, & solẽt mũdè teneri, & per eos significatur fidelis anima, quæ debet esse clausa per firmam custodiã sensuum, vt per eos nihil intret per quod maculari possit, & debent ibi crescere flores diuersarum virtutum, vt rectè fiat hortus voluptatis per opera virtutum, Iuxta illud Ezechiel. *Terra illa inculta* (hoc est) anima priùs frigida & indisposita per peccatum) *facta est hortus voluptatis*, per opera virtutum: in tali horto Christus multum delectatur esse. Sed est notãdum quòd quatuor flores debent spiritualiter crescere in isto horto, quos Christus multùm diligit, Ezech. 36.

 & quæ-

& quærit in sponsa sua dilecta. Primus flos debet esse viola humilitatis, benè enim humilitas violæ comparatur, quia viola inter flores vernales priùs oritur, & se manifestat.
S. Gregor. Et ideo dicit Greg. *Virtutum origo humilitas est*, flos violæ quāto est virtuosior, tanto plus caput deprimit & declinat ad terram, sic quanto magis se aliquis humilitate deprimit, tanto maioris meriti est apud Deum. Hic flos primo Christum ad hortum deuotæ animæ adducit: hunc florem primò inuenit Angelus nuncius Gabriel in horto, hoc est beatissimæ virginis Mariæ vtero: quando in ea cælesti sponso hospitium procurauit, scilicet quando ipsa dicebat se humilem esse ancillam Domini: & propterea Christus de ea nasci voluit & in eius virgine vterum venit, & nouem mensibus mansit, & postea processit de eius vtero sicut sponsus de thalamo, sicut odor floris de rosario, sicut nobilis margarita de thesauro. Ecce quanta virtus huius floris: traxit enim filium Dei de sinu patris in vterum matris; nunquam enim virgo benedicta filium Dei sic attraxisset, quamuis alijs virtutibus claruisset, si non sola viola humilitatis in horto animæ suæ floruisset
S. Bernard. Bernar. *Potest placere humilitas quæ virginitatem deplorat amissam, sine humilitate audeo dicere nec virginitas Mariæ Deo placuisset.*

cuiffet. Secundus flos debet esse lilium castitatis. Vnde nota quòd castitas comparatur lilio, vel flori lilij, quia lilium habet aureum colorem, hoc est puritatem mentis; quia sicut auro nihil est præciosus, inter metalla, sic non est digna ponderatio continentis animæ; debet etiam habere candorē, hoc est castitatē corporis, & in vtroque odorem bonæ conuersationis: istud igitur liliū castitatis tam nobilis est flos, quod ea Christus dulciter reficitur, & pascitur: vnde dicit Bern. super illud Cant. *Dilectus meus qui pascitur inter lilia, amat floridam patriam flos de radice Iesse, & libenter pascitur inter lilia flos campi, & lilium conuallium.* Istum florem castitatis in tantum Christus dilexit & diligit, quod ipsum in hoc mundo colligit, & in cælesti paradiso transplantat. Vnde dicit sponsa in Cant. *Dilectus meus descendit in hortum suum, ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Tunc enim Christus lilia colligit, quādo castos homines puritatem mentis & corporis habentes, ex hac vita ducit ad cælestem paradisum, vbi eos æternaliter collocat & plantat: sed est notandum quod triplex est castitas, scilicet virginalis, vidualis, & coniugalis. Et in hac triplici castitate pascitur Christus & reficitur, si benè & legaliter seruatur. Sed tamē differenter: quia no-

S. Bernard.

Cant. 6.

biliori modo reficitur & pascitur à castitate virginali, quàm à castitate viduali, vel coniugali. Et à castitate viduali quàm coniugali, hoc tamen dico, si æqualiter seruant castitatem, & æqualiter viuant: quia vidua, vel mulier coniugata, ita posset virginem excellere in bonitate, quòd Christus magis reficeretur & delectaretur in sua bona viduitate, quàm in tali virgine, cuius vitā excelleret. Bern.
S. Bernard. *Melior quidē virginalis sanctitas quàm pudicitia vidualis vel coniugalis: quis dubitet? Sed tu, filia, si retinueris superbiam, & tu mulier humilitatem: melior est mater quàm filia; non dubito: præfero enim humilem mulierem superbæ virgini: cæteris vero paribus, tunc virgo excellit.* Tertius flos in horto animę crescēs debet esse Solsequiū misericordiæ & pietatis. Solsequiū dicitur à sequendo, quia sequitur solem, & declinat caput suum versus solem. Et benè significat virtutem misericordiæ & pietatis, quæ solem iustitiæ Christū sequitur per compassionem animi, quia Christus ex natura misericors est & pius: hic flos Christum in tantum delectat, vt ipsum cogat venire ad hortum animæ. Hunc florem sciuit Christus latêre in horto animæ Zachæi,
Luc. 19. vnde dicebat: *Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. At ille festinans descendit, & accepit illum gaudens in domum*

domum suam: Sed tunc primò Zachæus inuenit istum florem pietatis & misericordię, quando dixit: *Ecce dimidiū bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplum.* Ecce quomodo sollicitum pietatis & misericordiæ fuit in eo. ideo coëgit Christum in horto animæ suæ manere, quia dicebat: *In domo tua oportet me manere.* Nobilis est iste flos, quia citò profert fructū ęternæ vitæ. Quartus flos debet esse rosa charitatis. Comparatur autem charitas rosę; quia sicut rosa dicitur esse pulcherrima florum, sic charitas pulcherrima virtutum; est enim ornatus omnium virtutum. Cæterę enim virtutes possunt stare cum peccatis, secundùm quod sunt informes: charitas nunquam potest stare cum peccatis, nec etiam est informis: & ideo etiam dicitur esse forma virtutum. Hic flos tātæ efficaciæ est vbi crescit in horto animæ, vt non solùm trahat Christū, reficiat, & cogat; verū etiam sic vinciat Christum, vt ipsum animæ suæ indiuisibiliter vniat; quia inter omnia bona nihil vnit nisi charitas, quæ secundùm Dyonisium *est virtus vnitiva copulans amantem cum amato*, vnde in Ioan. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* O quàm efficax est virtus huius floris, scilicet rosę charitatis, quia separat animam S. Dyonis. 1. Ioan. 4.

ab omnibus creaturis, vt vnit eam soli creatori. Felix illa anima cuius hortus talem gerit florem, cui nullus melior; quia maior horum charitas est. Tertiò dico, quòd anima sancta quæ vult Christum ad hospitium sui cordis inuitare, debet habere cordis bonitatem, vt ipsum delectabiliter reficiat bonis operibus: vt ergo Christus delectetur, & reficiatur nostris bonis operibus, tanquã in bonis fructibus, quatuor requirũtur. Primò requiritur vt bona opera nostra sint vtilia, hoc est ne in peccato mortali fiant; peccatũ enim omnia bona opera reddit inutilia, quantum ad meritũ, & quantum ad præmium. Ramus enim ab arbore præcisus nullũ prorsus fert fructũ. Et ideo etiã Christus, in talibus non delectatur, nec reficitur, & ideo oportet quod homo nõ sit peccatis mortalibus oneratus. Vnde bonũ esset multociens cõfiteri. Secundò requiritur vt sit sincera, id est, quod conscientia non sit ab intus vermiculosa. Exemplũ habemus in multis fructibus arborũ, qui apparent delectabiles exterius, sed sunt totaliter vermiculosi interiùs. Et ideo non sunt tam apti ad comedendũ, sic multi sunt qui faciunt bona opera vt boni videãtur, & boni vocentur, & laudẽtur, sicut hypocritæ: & ideo in eorũ bonis operibus nõ delectatur Christus, nec reficitur, quòd sunt interiùs in

conscientia

conscientia corrupti totaliter mala intentione. Et ideo vt Christus in nostris bonis operibus delectetur, requiritur bona intentio conscientiæ. Tertiò requiritur quòd sint sapida, ita quod & placeant Deo: tunc enim bona opera nostra sunt sapida & placida Deo, quando sunt voluntaria. Exemplum habemus in natura cùm fructus violenter euellitur de arbore, arbor læditur & fructus eius efficitur insipidus & minùs validus. Sed quãdo cadit per se tunc sapidior est, & in nullo lædit arborem, sic quando homo coactus per infirmitates, vel alias miserias facit eleemosynam vel alia bona opera, non sunt tam placida nec sapida Deo, sicut quando facit non coactus infirmitate vel miseria, quia dicit Greg. *Non placent Deo coacta seruitia*, figura Machabæorum 6. de Antiocho qui erat infirmus & Deum orauit, à quo misericordiam non est consecutus. Et ideo vt homo suis bonis operibus reficiat Christum, quidquid facit debet facere voluntariè, non coactus aliqua necessitate infirmitatis, vel miseriç. Quartò requiritur quod sint sana, ne alijs generent infirmitatem. Tales sunt dissoluti, quorum dicta, & facta sunt nociua: legitur de salamandra, quod arborem quam tangit, eius fructum veneno inficit; sic est de illis quorum exempla mala, alijs sunt nociua,

S. Grego.

Machab. 6.

ciua, & in hoc quòd alijs nocent, ipsos & bona opera eorum inficiunt. Et ideo Christus quamuis bona faciant, tamen in eis non delectatur nec reficitur. Vt ergò Christus delectetur & reficiatur nostris bonis operibus, videamus ne simus alijs nociui, verbis, vel factis, vel alijs malis exemplis; sed magis ædificantes in omnibus verbis & factis nostris.
Matth. 5. Vnde dicebat Christus Apostolis suis. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Et si quis in se ista quatuor habuerit, securè poterit Christum ad fructus suorum bonorum operum inuitare,
Cant. 5. & dicere: *Veniat dilectus meus in hortũ suum.* Quartus modus veniendi Domini nostri Iesu Christi est, prout veniet in extremo iudicio, hora incerta ad audiendum vitæ nostræ computationẽ. Videmus ad oculum, quòd Reges soleant venire ad suas regiones ad videndum quomodo ciues se habeant, & vt officiales eorum rationem reddant; item ad corripiẽdum malos, & ad remunerandũ bonos. Sic Christus veniet in extremo iudicio ad audiendum computum vitæ cuiuslibet, vt remuneret bonos in gloria, & malos pu-
Matth. 24. niat in miseria: de hoc dicit Saluator Matth. *Et tunc parebit signum filij hominis in cælo, & tunc planget omnes tribus terræ: & videbunt filium*

filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & maiestate. Hîc notantur quatuor per ordinem. Primò, quòd secundùm doctores quosdã, instrumenta mortis Christi, vtpote crux, claui, lancea, & spinea corona, apparebũt in extremo iudicio: vt mortem exprobratissimam ostendant damnatis: & sic non erit necessitas protestationis & accusationis, cùm viderint ista instrumenta. Vnde etiam dicunt, quòd in Christo erunt cicatrices vulnerum, & etiam in martyribus suis ad ostensionem virtutis, & decoris. Sicut milites gloriantur de plagis in tormentis acceptis. Vnde in Zach. *Quid sunt istæ plagæ in medio manuum tuarum? & dicet: His plagatus sum in domo eorũ, qui diligebant me,* hoc est, diligere debebant. Secundò nota, quòd plangent super se omnes tribus terræ. Videmus quòd quando mercatores vident, quod amiserunt in mercimonijs, tunc plangant, sed tardè; ita isti qui plus dilexerunt peccata, quàm Christũ Apoc. *Et plangent se super eum omnes tribus terræ.* Vnde dicit glossa, quòd non tantùm dolebunt de tormentis inferni, quam quòd repellantur de Christi cõsortio; sed nihil proficiet eis. Vnde si tot guttas sanguinis flerent, quot ceciderũt ab initio mundi de pluuijs, Christus non curaret: imò si totus mundus pro eis fleret tantũ sanguinis,

Zach. 13. Apoc. 1.

quantum aquæ eſt in mari, Deus non liberaret eos de pęnis inferni. Tertiò, nota quod Chriſtus in forma humana iudicabit, ſicut iudicatus eſt in forma hominis: & hoc ad conſolationem bonorum, quia videbunt fratrem ſuum iudicem in forma humana. Et ad confutationem malorum, vt inproperet quod pro ipſis fecit, qui pro ipſis factus eſt
Genef. 16. homo, paſſus eſt, & mortuus. Ideo dicitur Geneſ. *Hic erit ferus homo.* Felix ergo erit qui poterit omnia iſta euadere, & ſecurè ſtare coram eo tanquam coram manſueto iudi-
Luc. 14. ce: Vnde dicitur Luc. *Orantes vt digni habeamini fugere omnia illa, quæ futura ſunt: & ſtare ante Filiū hominis*: ſed nota quòd mali tantùm videbunt eum in forma humanitatis, & non in forma Deitatis. In ea enim ſoli iuſti viſuri ſunt eum, vt eorum gaudia ſint plena; Diuinitas enim ſine gaudio videri non poteſt. Vnde mali in Diuinitate eum non videbunt, vt dicit Iſaias: *Tollatur impius ne videat gloriam Dei:* Vnde bonis apparebit blandus, & mitis; malis verò terribilis. Sicut ſi duo ſtant coram iudice, ille quem torquet conſcientia reputat iudicem terribilem; iſte verò qui nihil habet in conſcientia benignum. Quartò, nota quòd iudicium erit ſecundùm quoſdam doctores; ſuper illum locum vbi aſcēdit, & ſuper illum locum

veniet

veniet cum omni cælesti excercitu in nubibus, propter effectum nubium triplicem. Primò quia coruscabit, occulta cordiū manifestando, quando librum conscientiæ hominum malorum aperiet: in quibus omnia mala opera eorum reuelabuntur, & confusibiliter recitabuntur coram toto mundo. Secūdò veniet in nubibus, quia tonabit sententiam æternæ damnationis super damnandos, de qua dicitur Iob. *Quis poterit tonitrua magnitudinis illius intueri?* Vnde Aug. *Si post illam vocem clamorosam quam emisit in cruce moriturus, petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum surrexerunt cum eo, & introierūt in sanctam ciuitatem, & sol obscuratus est; quid fiet quando dabit sententiam æternæ damnationis super damnandos? Credo quod iste horror damnationis indicibilis sit.* Tertiò veniet in nubibus, quia pluet æterna supplicia infligenda: tantus enim, & talis feruor erit in tempore illo, contra insensatos; quod terra eos amplius nullo modo in se sustinebit, sed scindet se per medium, & præcipitabit eos in infernum: vbi ignis infernalis eos cruciet sine fine. Rogemus igitur, &c.

Iob. 26.
s. August.

Domi-

Dominica Quarta Aduentus.

SERMO QVARTVS.

GAudete in Domino ſemper, &c. Philip. 4. Quando homines eiuſdem patriæ habent hæredem principem fœmellam, quæ habet magnam hæreditatem, quæ non multum benè regit eam vel defendit, quia aliquando ab alio conturbantur, nec de hæreditate gaudere permittuntur: ſi tunc fortè aliquis potens & nobilis eam accipit in vxorem qui eorum curam & defenſionem ſuſcipit, multũ ſolet gaudere; & maximè, quando talis Dominus venit primò in terram & ciuitatem ſuæ ſponſæ, quilibet eſt ſollicitus de deducendo eo cum gaudio, de encœnijs ei præſentandis, & de exeundo illi obuiàm. Ita ſpiritualiter natura humana erat quaſi fœmella ſinè ſponſo, cui magna hæreditas, paradiſi ſcilicet erat promiſſa. Sed nullus homo de ipſa natura humana poterat gaudere, quia à diabolo impediebatur, & conculcabatur; ſed quid accidit? Certè diues, & potens, & nobilis, ſcilicet filius regis æterni accepit eam in vxorem in incarnatione, atque temporibus iſtis venit in terram ſponſæ ſuæ, & poſuit ſe in mundo, ſicut in regno

ſuo:

ſuo: *quia Domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium*, dicit Pſal. Et ideo gaudere debemus, quia per ipſum conſolabimur, & ad gaudium reducemur, & bonis operibus effluemus Eſai. *Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius*, & ſequitur: *Gaudium & lætitiam inuenietur in ea: gratiarum actio & vox laudis*, & ideo vult Apoſtolus, vt in aduẽtu Domini gaudeamus, dicẽs: *Gaudete in Domino ſemper*, circa quod verbũ ad noſtram doctrinam debemus ſcire, quod fidelis homo gaudere debet in Domino propter quatuor. Primò, quia habet ipſum tanquam fortiſſimum adiutorem, per quem defendatur. Secũdò, quia habet ipſum tanquam pijſſimum propiciatorẽ, cui per pœnitentiam reconciliatur. Tertiò, quia poteſt ipſum habere tanquam dulciſſimum ſui cordis inhabitatorẽ, ſi virtutibus benè muniatur. Quartò, quia habet ipſum tanquam largiſſimum remuneratorẽ, per quem ad æternum gaudium ſublimatur. Primò dico quòd habet ipſum tanquam fortiſſimum adiutorem per quem defenſatur: Videmus enim quando aliquis init bellum contra aliquem, quòd multùm gaudet, ſi poteſt ſe defendere, & habet bonum adiutorium. Sic certè continuum eſt bellum inter homines, & inimicos quàm plurimos, qui frequenter inuadunt

Pſalm. 21.
Eſa. 51.
Phil. 4.

dunt ipſum, ſcilicet quando tentatur. Et ideo multum debet gaudere, quòd Chriſtus eſt in adiutorium eius, ſi voluerit eis viriliter
Abac. 3. reſiſtere. Vnde Abac. *Ego autem in Domino gaudebo*, in quo eſt verum gaudium, in quo ſunt omnia quæ deſiderari poſſunt. In eo ſunt recollectæ perfectiones omnium creaturarum, quæ diuerſimodè reſperſæ ſunt in creaturis, quibus tamen vix vnam guttam perfectionis ſuę cōmunicauit. Et ideo, *in Do-*
Abac. 3. *mino gaudebo & exultabo in Deo Ieſu meo*, nō certè in aliquibus oblectamētis mundi, non in delicijs, nec diuitijs, non in honoribus, non in iuuentute, nec in fortitudine, non in pulchritudine, nec in generis nobilitate; quia omnis talis exultatio peſſima eſt, ſed *ex-*
Ibidem. *ultabo in Deo Ieſu meo*, hoc eſt in Saluatore meo, in quo eſt verum gaudium, & ſtatim
Ibidem. ſubdit rationem dicens. *Deus Dominus fortitudo mea*, à quo mihi omnis fortitudo reſiſtendi tentationibus & peccatis. Et ideo viriliter debemus reſiſtere diabolo, quia Chriſtus ſemper nobiſcum eſt tanquam *adiutor*
Psalm. 70. *fortis*. Ipſe enim habet modum probati militis, qui diù ſecutus eſt caſtra, & tandem renunciat militię, & filio reſignat arma, & quādo de nouo factus eſt miles, vadit cum eo ad torneamentum, & dat ei audaciam, & clamoribus excitat. Et quando videt quòd bene

bene se defendit, & sustinet ictus; multum gaudet: & quãdo vult cadere de sella, subleuat eum, & non permittit eum cadere voluntariè. Sic reuera Pater noster cælestis Iesus Christus, diù fuit secutus castra, scilicet 33. annis quibus fuit in hoc mũdo in tribulationibus, famæ & siti, & alia penuria, & maximè fuit vulneratus in bello pro nobis. Sed renunciauit militiæ in die passionis, quãdo consummata fuerat redemptio generis humani. Sed tunc dimisit ea filijs suis, scilicet sanctis Apostolis, martyribus & omnibus Christianis, vt sicut ipse fortiter dimicauit pro nobis, ita nos fideliter, & fortiter pugnaremus contra peccatum. Vnde multum gaudet quando homo resistit fortiter peccato, & quando libenter sustinuit omnes aduersitates iuxta illud. *Gaudium etenim Domini est fortitudo nostra.* 2. Esd. 8. Vnde legitur de B. Anthonio viro perfectissimo, qui cùm semel tota nocte tribularetur, & multas infestationes a diabolo habuisset, quæsiuit Dominum & eius consolationes, & non inuenit vt sibi videbatur; mane facto, vidit Iesum stantem, & dixit: *Domine vbi eras in nocte?* Respondit Dominus: *tecum eram gaudens in tuo certamine.* Secundò debet homo gaudere in Domino, quia habet ipsum pijssimum propiciatorem, cui per pænitentiam reconciliatur

liatur. Videmus quando pauperes odium alicuius magni incurrunt, de quo eis multa bona poterant prouenire, multùm gaudent quãdo ei recõciliantur, & ad priſtinam gratiam aſſumuntur. Hoc modo debet gaudere homo, qui Deum, à quo ei omne bonum prouenit, per peccatum mortale offendit, & eius gratiam amiſit; quando ei per veram pœnitentiam reconciliatur. Nihil enim in vniuerſitate creaturarum eſt, quod in tantum Deum offendit, ſicut peccatum: vnde niſi Deus hominem retineret per ſuam miſericordiam, ſtatim caderet in profundum inferni, quod patuit in angelis peccantibus, ex quo Deus eos per ſuam miſericordiam non retinuit, ſtatim ceciderunt de cælo ſicut fulgur, in profundum inferni: iſtud homo deberet conſiderare, & ſtatim cùm peccat amariſſimè deberet dolere, & pœnitere de peccatis, & ſtatim Deus indulgeret ei.

Ierem.6. Vnde Iere. *Luctum vnigeniti fac tibi plãctum amarum:* amaritudo enim cauſatur ex commixtione diuerſorũ amarorum, ſic pœnitentia ex diuerſis peccatis cõſtituetur. Et tunc fierent homini amara, quæ priùs videbãtur

Prou. 27. dulcia: Vnde Prou. *Anima ſaturata*, ſcilicet diuitijs, delicijs, & honoribus, & peccatis, *calcabit fauum*; hoc eſt, ſpernet dulcedinem cæleſtis patriæ, *anima verò eſuriens*, ſcilicet

scilicet iustitiam, *amarum pro dulci sumet*, id est, amaritudinem pœnitentiæ tanquam si dulcis sit sustinebit. Et hoc ideo, quia sicut ex aquis maris, quæ in se sunt amaræ, veniũt aquæ dulces; sic ex pœnitentia, quæ in se est valde amara, prouenit dulcedo cælestis patriæ: & ideo semper in hoc sæculo, tãquam in exilio existentes, debemus dolere & pœnitere sic, vt medium vitæ nostræ concordet principio & fini: flentes venimus in hunc mundum & cum dolore eximus: pro tali enim dolore pœnitentiæ Christus dabit homini in ista vita gaudiũ bonæ cõscientiæ, & post istam vitam dulcedinem cælestis patriæ. Vnde dixit Proph. *Conuertisti planctum meũ in gaudium mihi*, id est, pro eo quòd pœnitentiã egi pro peccatis, dedisti mihi gaudium bonæ conscientiæ. Quia non est maius gaudium in ista vita, quàm gaudium quando homo est in gratia & sine peccato, *Concidisti saccum meum*, id est, velum peccatorum, & tristitiam mortalitatis; *& circumdedisti me lætitia*, id est, vestisti me stola immortalitatis, & æternitatis. Tertiò, debet homo gaudere in Domino Iesu Christo, quòd potest ipsum habere tanquam dulcissimum cordis sui inhabitatorem, si virtutibus bene muniatur. Hospites multùm gaudent, quando valens homo vult in domo Psalm. 29.

eorum manere, cùm de ipso possint lucrari, maximè quando sunt bene muniti. Ita dico quod Deus quantum est de se, semper vult hospitari in domo nostra, id est, in conscientia, & maximus profectus potest in nobis accidere. Ideo debemus ipsum gaudēter suscipere, & maximè debemus muniri virtutibus & alijs bonis operibus. Vnde legitur Luc. de Zachæo, quando Dominus voluit secum
Luc. 19. hospitari, quòd *accepit illum gaudens in do-*
Phil. 2. *mum suam*, vnde Apostolus: *Accipe itaque illum cum gaudio.* Ipse enim solus potest animam inhabitare substantialiter, tam nobilis est enim creata, quod nūlla res creata, nec omnia bona creata in vniuerso, eam replere possunt, nec ei inesse substantialiter, sed per suas species tantum, & similitudines intentionales: vt aurum, & argentum, & lapides preciosi, & alia bona creata non sunt in anima per essentiā. Sed ipse creator omniū Iesus Christus substātialiter seu essentialiter animæ immoratur vt dicitur 2. Sent. Illabi menti illi possibile est, qui creauit eam, qui natura existens incorporeus, captibilis est suæ creaturæ, & ideo dicit in Euang. Ioan.
Ioan 14. loquens sub vna voce totius trinitatis: *Ad eum veniemus & mansionē apud eum faciemus*:
D Prosper. quia vt dicit Prosper de vita beata: *Anima virtutibus plena trinitatis est cathedra*, vnde non-

nonnunquam tota trinitas animæ quam inhabitat, communicat de bonis suis. Pater cui appropiatur potentia, dat ei potētiam; qua mediante potest resistere peccatis, Filius cui appropiatur sapientia, dat ei sapiētiam, qua potest discernere inter bonum & malum, & vt omnibus donis & gratijs sibi à Deo collatis, sapienter vtatur. Spiritus sanctus cui appropriatur bonitas, dat ei bonitatem; vt in omnibus quæ videt, loquitur, audit, cogitat, vel agit, semper proficiat & naturaliter bonum eligat, & malum respuat. Gaudeat ergo quælibet fidelis anima, quæ tantum hospitem recipere meretur. Vnde dicit Bern. *O felix anima quæ quotidie cor suum mundat, vt inhabitantem Deum suscipiat, cuius hospes nullo bono indiget: quia auctorem omnium bonorum in se habet. O anima nimis es auara, si non sufficit tibi tanti hospitis præsentia: quia scio quod tam liberalis est, quod communicabit tibi de bonis suis: nullo modo deceret tantum principem si permitteret hospitā suam indigentem. Adorna igitur thalamum tuum, & suscipe egem factorem tuum, in cuius præsentia lætabitur tota familia tua*, quasi diceret. Omnes vires tuæ lætētur, quia eas ditabit largiter donis suis. Quartò, debet anima gaudere in Domino, quia habet ipsum tanquam largissimum remuneratorem, per quem ad æ- Bernard.

ternum gaudiũ ſublimatur; pauperes enim clerici multùm gaudent quãdo eis promittitur prima dignitas vacans, hoc modo gaudent, & poſſunt gaudere boni; quia homo de miſero corpore egrediens ad gaudium indicibile transferetur: quod nunquam recipiet finem. Quod eſt contra mundi gaudium, quod ſi eſt hodie nõ eſt cras. Temporalia enim quia corruptibilia, & variationi ſubiecta ſunt: ideo neceſſe eſt gaudium eorum ſit corruptibile, & momentaneum. Exemplum habes: Gaudes hodie de filio nato, nobilitato, vel ditato, cras morietur & captiuabitur. Gaudes hodie de filia maritata, cras viduabitur, vel depauperabitur: Gaudes hodie de nimia ſanitate corporis, cras triſtaberis de eius morte. Sic gaudebant Apoſtoli de ſuo iocundo hoſpite Lazaro, qui eos dulciter frequenter reficiebat: ſed poſtmodũ de eius morte triſtabantur, vt dicerent, *eamus, &*
Ioan. 11. *moriamur cum illo.* Gaudes etiam hodie de amici tui ſocietate, cras triſtaberis de eius ſeparatione. Sic Apoſtoli Chriſti triſtabantur quando ab eis recedere volebat, & aſcen-
Ioan 16. dere cælum vt diceret eis: *triſtitia impleuit cor veſtrum.* Vnde in hoc mundo nihil eſt tam carum, quin in fine quando homo illud debet deſerere, & ab eo debet ſeparari, fiat amarũ; vnde expertus Rex Salomõ, qui omnibus

nibus diuitijs affluebat, quæ sunt sub cœlo, nec legitur in ijs vnquam similem habuisse, dixit: *Extrema gaudij luctus occupat*: Reuera tale non erit gaudium, quod beati cum Christo possidebunt, quia dicit Isa. *Lætitia sempiterna super capita eorũ: gaudium & lætitiam obtinebunt*, & statim subdit: *Fugiet dolor & gemitu*, quantũ ad molestiam intrinsecã, vnde August. *Amaritudo & omnis asperitas in regno tuo Domine, locum non habebit*. Et ideo dicebat Dominus Apostolis suis: *Gaudete* in illa die *& exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*. Vnde dicit Gloss. Merces vestra magna est, & pretiosa, & diuturna; tam magna & multa, quod non potest æstimari; tam pretiosa, quod non potest comparari; tam diuturna, quod non potest terminari. In isto gaudio secundùm Augustinum est affluentia deliciarum, & confluentia omnium bonorum. Ad quod gaudium, *&c.*

Prou. 14.

Isa. 35.

1. August.

Matth. 5.

In Vigilia Natiuitatis Domini.

SERMO QVINTVS.

C*Ràs erit vobis salus, cùm incaluerit sol, &c.* 1. Reg. 11. Qando aliqui sunt in necessitate maxima constituti, vtpote illi, qui ab aduersarijs in castris obsidentur, taliter quòd exire nequeant: & ab aliquo succursum ex-

pectant & auxilium, ſunt in tedio quouſque rumores audiunt de ſuccurſu. Ita Patres veteris teſtamenti ab Adam vſque ad paſſionem Christi in vinculis, & carcere inferni à diabolo tenebantur: nec erat fas eos egredi, & erant exules à gaudijs paradiſi, & quia ſuccurſum à Domino expectabāt, multum eos tedebat, quod tam diu morabatur. Vnde de iſto aduentu diuerſos nuntios habuerunt, ſine temporis determinatione: vnde vnus ex illis dicebat Iſa. *Dabo in Sion ſalutem.* Aliquando enim Aduentus Domini celeriter nunciabatur quia Iſa. *Iuxta eſt ſalus mea vt veniat.* Sed in prædictis verbis certus Aduentus Domini nunciatur, ſcilicet dies & hora certiſſimè declarantur, cùm dicitur. *Cras erit nobis ſalus,* ecce dies aſſignata, *cùm incaluerit ſol*, id eſt, naſcetur Chriſtus, ecce hora determinata. Circa quæ verba, quæ ſunt verba boni rumoris ad doctrinam noſtram eſt ſciendum: quod Chriſtus cras naſciturus comparatur ſoli propter quatuor, in quibus ſicut ſol excedit alia corpora, ita Chriſtus alios homines ſupergreditur & tranſcēdit. Primò quia ſol eſt luminare maius, eo quòd ſplēdet lucidiùs. Vnde vocatur ab Iſidoro fons ſplendoris, cuius irraditione, ſuperiora & inferiora illuſtrantur, aliæ enim ſtellæ & alij planetæ quotidie in noſtro hæmiſphe-

Iſa. 46. Iſa. 56.

misphério non apparent. Sed non est expertum in aliqua regione, quin sol quotidie aliquantulum videatur. Vnde in Christo fuit plus gratiæ, luminis, & splendoris, & honestatis vitæ, quàm in omnibus Sanctis. Vnde dicitur sol, quasi solus lucens, & iste solus fuit absque peccato; item sol secundùm Dionysium *illuminat omnes stellas:* ita gratia quæ est in omnibus sanctis est à Christo, & ideo etiã fuit sufficiens ad redimendum totum mundum, quia nulla alia creatura fuit ad hoc sufficiens: quod patet tali ratione. Quia ita obligatur homo ratione beneficij recreationis, sicut pro beneficio creationis. Si ergo pura creatura genus humanum redemisset, tantum essemus ei obligati quãtum creatori, ergo tantum teneremur diligere creaturam quantum creatorem: sed hoc est idololatria, ergo impossibile est, quod pura creatura potuit mundum redimere. Sed ipse verus sol iustitiæ Christus potuit, ergo & fecit: de isto sole iustitiæ dicitur Eccl. *Sol illuminans per omnia respexit*, id est, gratiam suã Christus omnibus hominibus cõmunicauit, quia totum mundum gratia sua illustrauit. Vnde notandum quod necesse fuit quod iste sol luceret. Diabolus enim totum mundum excæcauit peccatis, quia antequam Christus nasceretur nesciebant homines gaudia cæ- Eccli. 42.

lestis paradisi, supplicia inferni, vilitatem peccati. Sed quando ipse venit, fecit nos videre ista. In cuius figura in Natiuitate Domini lux circumfulsit Pastores, in signum, quod Christus vniuersum mundum illustraret. Qui ergo vult illuminari ab isto sole, non debet se ab eo elongare, sed prius debemus à peccatis nos mundare, si volumus perfectè illuminari. Videmus enim si speculum esset immundum & sordidum, & luto inuolutum: nunquam perfectè reciperet irradiationem luminis solis: ita qui vult recipere illuminationem gratiæ Dei debet in conscientia purgari & euolui, ab omni immunditia peccati, & intendere solem iustitiæ. Nam qui hoc non faciunt, possunt dicere il-
Sap. 5. lud Sap. *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis:* quia solummodo illuminat hominem ad hoc se disponentem per munditiam, & cor ad ipsum conuertentem. Secundò sol inter luminaria est luminare calidius, quantum ad experimentum nostrum, saltem effectiuè & virtualiter, vnde ab Isido.
Isidorus. vocatur *fornax ardoris*. Ita certè Christus, qui est verus sol iustitiæ, est multum incensiuus, quia corda quæ tangit accendit in amorem suum, & hoc necessariũ est: quia homo per peccatũ mortale totaliter infrigidatur,
quia

quia aufert calorē diuini amoris. Venenum enim peccati mortalis adeò frigidum est, quòd quàm citò tangit animam, auferat ei calorem vitalem, videlicet amorem, qui cōtinebat eius vitam spiritualem. Illud enim quod facit calor naturalis in corpore, hoc facit amor in anima. Vnde dicit Hug. *Scio* Hugo. *anima mea, quia amor est vita tua, & sine dilectione esse non potes.* Vnde sicut defectus naturalis caloris, & infrigidatio corporis est signum mortis naturalis: sic defectus caloris gratiæ, est signum mortis spiritualis ipsius animæ: Sed quando Christus sol iustitiæ tangit cor suo calore, accēdit ipsum amore ardentissimo. Vnde Ecclesiastici. *Sol exurēs* Eccli. 43. *montes, radios igneos exsufflans,* sol iste est Christus sol iustitię, qui tunc exurit montes, quando corda dura, & frigida, & superba accendit ad amorem, scilicet contritione, confessione, & satisfactione; vel ad amorem Dei, sui, & proximi. Sed tunc radios igneos exsufflat, quando diuersa dona & virtutes in animam diffundit. Vnde Aug. *Domine da* S. August. *mihi radium sapientiæ, qui nostras expellat tenebras, & fulgeat imago tua in nobis.* Vnde nota quod caro in nobis immittit ardorem carnalitatis. Vnde Prouerb. *Nunquid potest* Prou. 6. *homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant?* id est, ignem malæ

affectionis, quo ardent vestimenta animæ, id est, virtutes quibus anima ornatur: sed istum ardorem refrigerat ros castitatis. Iuxta
Eccli. 18. illud Eccli. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* item mundus immittit in nos ardorem cu-
Eccli. 40. piditatis. Eccli. *In ventre illius ardebit ignis.* Venter est conscientia, *ignis* auaritia, *quæ nunquam dicit sufficit.* Iste ignis extin-
Eccli. 3. guitur per pietatem. Eccli *Ignem ardentem extinguit aqua & eleëmosyna resistit peccatis.* Item diabolus ignẽ ambitionis, vnde Deut.
Deut. 5. *Montem ardere vidistis*, id est, superbum accensum ambitione honoris, qui ad modum
Eccli. 23. montis tumidus est, vnde Eccli. *Anima calida, quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat.* Sed hunc ignem extinguit humilitas fidei & humilitas Christi Ephes.
Ephes. 6. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere:* sed sol iste, scilicet, Christus immittit in nos ardorem charitatis, vt homo ardeat in amore sui creatoris, & Saluatoris. Iuxta illud Luc.
Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis,* & hũc amorem non vult Deus extingui, vnde Le-
Leui. 6. uitici, *Ignis in altari meo semper ardebit.*

Tertiò sol est luminare magis vtilius, quia plus proficuus, quantũ enim ad experimentum nostrum, est luminare magis vtile, vocatur enim ab Isidor. *Principium omnis pullulationis,*

tionis, facit enim germinare terra nascentia, id est, herbas, & arbores. Etenim sine sole nec arbores, nec semina germinarēt, & ideo sole recedente, herbæ & arbores arescunt: Sed iterū appropinquāte sole virescunt, quia per eius accessum terra fœcūdatur ad germinādū, radices enim & semina recipiunt humorem, & germen & flores emittunt, & tādem fructū proferunt, sic reuera antequam Christus sol iustitiæ per suam gratiam appropinquat, anima tua est arida in peccatis, nec profert fructū boni operis: quia nihil potest facere meritoriū vitæ æternæ. Sed rursum sole isto appropinquante, & adueniente, anima concipit humorē gratiæ & iustificationis: & postea emittit florē bonę operationis, & vltimo profert fructū æternæ retributionis. Et illud cōfirmatur in Psal. *Ortus est sol*, s. Christus sol iustitiæ per suā gratiā in anima: & postea. *Exibit homo ad opus suū*, quia tūc homo potest meritoriè operari, quādo sol gratię est in anima. Vnde naturaliter videmus quod quælibet creatura facit opus sibi à Deo institutum sine intermissione, sicut sol & luna & cæteræ creaturæ. Cùm ergo Deus fecit hominem ad operandū bona opera, ipsa est sua operatio: vnde Gen. *Creauit Deus hominē, & posuit in paradiso vt operaretur*, vt scilicet, reciperet mercedem æternam, sed nota quod est dif-

Psalm. 103

Gen. 2.

est differentia Deum & homines. Videmus enim multos operarios in mundo, qui nihil faciunt, nisi quod imperent & plus in sero recipiunt quàm alij, qui plus laborauerunt. Sicut patet in magistris operũ. Nõ sic apud Deum: nam qui plus laborauerunt, plus re-
Psalm. 127 cipient. Et ideo dicit Psal. *Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi*
Matth. 20 *erit*. Vnde dicit Dominus, *Voca operarios, & redde illis mercedem*. Vnde tales man-
Prouer. 12 ducabunt fructum operũ suorum Prouerb. *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.*

Quartò sol inter luminaria est luminare magis delectabile & iucundius. Vnde videmus quando in vere sol incipit appropinquare, quòd animalia in siluis lætificantur, aues ad dulciter canendum excitãtur, tristia corda alleuiantur; iuuenes, in quibus calor naturalis magis fortis est, iucundantur. Sic reuera Christus sol iustitiæ sua iucunda facie delectat, alleuiat, & lætificat Angelos & sanctos in patria, & ipsos ad exultationis canticum sine intermissione excitat. Vnde
Eccles. cantat Ecclesia *In ciuitate Domini, ibi sonant iugiter organa sanctorum, ibi cynnamomum & balsamum odor suauissimus carmina eorum, ibi Angeli & Archangeli hymnum Deo decantant ante thronum Dei*, Istum hymnum exprimit

Isa.

Isa. dicens: *Duo Seraphin clamabant alter ad* Isa.6.
alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus
Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius.
Quid delectabilius, quid iucundius isto sole
iustitiæ Christo? si enim est delectabile &
dulce videre solem istum corporalem vt dicitur
Eccles. *Dulce lumen, & delectabile est o-* Eccles. 11.
culis videre solem. O quàm delectabile,
dulce, & iucundum erit videre istum solem,
qui est fons vniuersæ iucunditatis & dulcoris;
quem semel vidisse, est omnia nouisse.
Tam iucunda est facies istius solis iustitiæ
Iesu Christi, vt dicit Augu. *Quòd si mali* S. August.
possent, mallent in inferno Deum videre & in
pœnis esse, quàm extra pœnas esse, & non videre
Deum. Et est ratio, quia ista iucunda facies sine
gaudio videri non potest. Et ideo si viderent
eum omnium pœnarum suarum obliuiscerentur,
& in illius intuitu iucundarentur: O quàm dulcissima & iucunda est hæc
facies, quæ in cælo non solùm homines, sed
etiã Angelos sole isto materiali clariores lætificat!
vnde possunt dicere illud Hest. *Valde* Hest. 15.
mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum.
Et verè mirabilis est, quia siue videat, siue
videatur in cęlis, semper ibi oẽs existẽtes
indicibiliter lætificat: quia dicit Aug. quod
tam dulcis est facies Dei, & tã pulchra, vt ea
semel visa nil terrenũ vltra delectari possit.
In Na-

In Natiuitate Domini.

Sermo sextus.

Natus eſt tibi puer maſculus, Ieremiæ. 20. Quando aliqua domina nobilis & formoſa habet magnum patrimoniũ, multum ſolet contriſtari, quando ex genere ſuo non habet heredem vel filium, qui poſſit eius patrimonium gubernare: maximè dum videt, quod ad alienos deuoluitur: per conſequẽs verò multùm gaudet, quãndo ex ſuo genere hæres naſcitur ad quem deuoluitur hæreditas. A principio mundi, natura humana magna fuit domina, quia ſuper omnẽ creaturam inferiorem planta, ſummi regis ſponſa, ipſius imagine inſignita; cui debebatur hæreditas paradiſi. Sed ea per diabolum nequiter eſt priuata, & ideo multùm deſolata non immeritò fuit. Hodie verò omnis triſtitia in gaudium eſt conuerſa, quando natus eſt puer maſculus de progenie eius, & hoc gaudium ſibi Ieremias ad memoriam reducit, cùm dicit. *Natus eſt tibi puer maſculus.* Ier. 20. Ad noſtram ædificationẽ dicere poſſumus quòd Saluator noſter hodie natus puer dicitur propter quatuor cõditiones, quæ ſunt & eſſe ſolent in puero, quæ eminentiùs in noſtro

nostro Saluatore sunt repertę. Prima conditio est quòd puer vult mundiùs excubari. Et ideo videmus quod panni in quibus pueri debent cubare, multùm & frequenter mundantur, & multùm siccãtur, aliter puer non dormiret. Ita certè puer noster Iesus Christus vult habere mundum lectum, id est, mundam conscientiam, quæ debet sterni pannis mundarum cogitationum: ita vt reddant bonum odorem internæ deuotionis. Talis conscientia est domus Iesu Christi. Talẽm conscientiam accipit pro camera, quia parata est puris cogitationibus, sanctis affectionibus, & bonis desiderijs. De tali enim conscientia, potest hic puer dicere illud Sap. *Intrans in Domum meam conquiescam in illa.* Et infrà, *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.* Ad hoc autem vt in domino conscientię tuæ iste puer Iesus conquiescat: tria spiritualiter requiruntur. Primum est pulchritudo mũditiæ nam ipse solus super omnes mundus est, *quia candor est lucis æternæ, & speculum sine macula*: vt dicit Sap. Et ideo vult habere mundã conscientiam, pro domo, vt ait Proph. *Domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudine dierum*, in mente & in corpore: quia sanctitudo est mentis & pulchritudo corporis per quam ornatur anima, vt in ea possit recipi Deus

Sap. 8. Ibidem. Sap. 8. Psal. 92.

Deus. Vnde videmus quòd non solùm homines, sed etiam aues, & bestiæ naturaliter quærunt loca munda, quanto magis Deus, qui super omnia mundus est. Vnde conqueritur Deus apud Iere. *Quid est quòd dilectus meus, in domo mea fecit scelera multa*? per quæ repellit me à domo sua, quæ deberet esse domus mea. Secundum est bonorũ operum plenitudo, maximè pietatis, & misericordiæ. Ad hoc enim docemur exẽplo naturæ. Videmus enim quod fontes & riuuli aquam receptam refundunt in mare vnde exit, quia dicit Sap. *Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat.* Sic luna & stellæ lumen receptum à sole communicant vniuersis rebus creatis in mundo, quasi ad laudem & gloriam solis. Sic etiam tenetur homo recepta à Deo refundere in vsus & necessitates pauperũ: quia dicit Proph. de homine honorato, & à Deo ditato: *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculũ sæculi.* Hęc est iustitia, de qua dicit Proph. ibidem, *Dispersit dedit pauperibus; iustitia eius manet in sæculum sæculi*: sic fecit ille Zachæus, cùm Dominus volebat manere in domo eius, dixit enim; *Ecce dimidiũ bonorum meorũ Domine do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ.* Tertiò, requiritur quies & delectatio totius familiæ, id est, omniũ potentia-

Iier. 11.

Eccles. 1.

Psalm. 111

Ibidem.

Luc. 19.

tentiarum animæ. Tunc enim eſt quies & delectatio in anima, quando caro & ſenſualitas ſubijciuntur ſpiritui; & omnes vires interiores animæ ſubijciuntur, & reguntur à ratione. Hoc videmus in exemplo naturæ; quia ſicut ſomnus vel quies naturalis, nihil aliud eſt, quàm ligamentum virium, & omnium ſenſuum, & eorum confortatio: ſic quies ſpiritualis, nihil aliud eſt, quàm concordia & cõfortatio omnium potentiarum animæ. Ad hanc autem quietem quatuor requiruntur: primum eſt abiectio peccatorum; quia in peccatis exiſtentes quieſcere non poſſunt. Vnde de anima peccatrice conqueritur Ieremias Tren. *Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt.* Tren. 1. Ieruſalem interpretatur pacis viſio, in qua deberet eſſe anima: ſed miſeria per peccatum impeditur, quia dicit Dominus per Proph. Iſai. *Peccata veſtra, diuiſerunt inter me & vos.* Iſa. 59. Et ideo debet homo abijcere peccata, vt in tali quiete contemplationis poſſit eſſe. Secundò requiritur contemptus honoris, & hoc valdè neceſſariũ eſt, vt dicit Greg. *Qui in hoc mundo aliquid videri volunt, grauibus in corde temptationum tumultibus fatigantur.* D. Gregor. Et ideo neceſſaria eſt humilitas cordis: vt honores omnes faſtidiat. Et hoc docuit Chriſtus Diſcipulis ſuis. *Diſcite à me quia* Matth. 11.

 mitis

mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Tertiò, requiritur fuga
Ierem. 2. exteriorum negotiorū, quia dicit Ieremias. *Migrauit Iudas propter afflictionem, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Et
Psalm. 54. ideo dicit Phroph. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo, & requiescam?* quia si non fugiunt homines exteriores occupationes, nunquam inuenient illam requiem. Et quia in his est magna inquietudo, & sollicitudo mentis vel cordis: ideo legitur in
Gen. 8. Gen. quòd *Columba,* id est, anima sancta, *non inueniens vt requiesceret pes eius, reuersa est in arcam,* hoc est in quietem internam. Quartò requiritur memoria diuinorum beneficiorum: quia tantum beneficium tibi impendit in creatione, quādo te super omnes nobilitauit, quod in nullo requiescere
D. August. posses nisi in ipso. Vnde dicit Aug. *Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum donec redeat ad te.* Istud ergo beneficium recolere debemus, & in nulla re alia creata consistere
Psalm. 114 quàm in Deo. Vnde dixit Proph. *Conuertere anima mea, in requiem tuam:* Hoc est in Deum, & subdit rationem: quia Dominus bene fecit tibi. Quia tantum te nobilitauit, quod in nulla re quiescere potes quàm in Christo. Hæc igitur requiruntur ad perfectam quietem omnium potētiarum animæ:

quæ

quæ debet esse domus Dei, vt in ipsa quiescat iste puer Christus, vt rectè possit dicere de ea: *Intrans in domum meam conquiescam cum illa, &c.* Felix anima, quæ tam iucundum hospitem habet in se requiescentem; in quo est summa delectatio. Visus delectatur in aspectu pulchri obiecti, auditus in amœnitate cātus suauis, olfactus in dulcedine rei odoriferæ, gustus in sapore cibi delicatissimi: Quanto magis anima, dum coniungitur summo dulci, in quo sunt recollectæ suauitates, & nobilitates, quę diuersimodè sunt resperſę in creaturis. Secunda conditio est, quod puer potest faciliùs pacificari. Videmus enim quòd puer de facili irascitur, & facilialiter pacificatur, puer enim minimo pomo pacificatur; ita puer noster Iesus Christus, multum facilis est ad diligendum, verùm etiam quod faciliter pacificatur quasi pro nihilo, scilicet, pro solo cordis gemitu. Non enim in potestate nostra est semper modicum pomum habere, sed in potestate nostra est, cordis gemitu pænitere. Vnde videmus, quod aliquādo à puero res magna pro modico & vili obtinetur. Puer enim plus diligit modicum sacari, quàm castrum opulentissimum, ita prò modica pęnitentia, ab isto puero cælestis gloria promeretur. Antequam enim fieret puer, ita cara erat Sap. 8.

cæleſtis gloria: quod nullus hominũ quantumcunque ſanctus, eam poterat poſſidere, vt patet in B. Ioanne Baptiſta, & in alijs ſanctis patribus; qui eam in morte non obtinebant. Sed poſtquã Chriſtus factus eſt puer, factum eſt nobis bonum forum. Bonum eſt ergo rem emere quàm diù eſt in manu pueri;& quàm diù poſſumus nos de falſis pecunijs expedire,& eas in bonas merces commutare. Et quia poſt mortem nõ valet pœnitentia, & vt faciliùs in præſenti negociari valeamus: ideo petiuit Dauid vt regnum cælorum, in manũ pueri poneretur, dicens.
Pſalm. 71. *Da imperium tuum puero tuo, & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.* Bonum ergo eſt puerum pacificare quàm diù puer eſt paruulus, puer enim eſt talis naturæ, quòd quando ab aliquo multociens offenditur, quando eſt in ætate vix poteſt de cætero obliuiſci. Ita certè quem modò peccatores offendunt, niſi eum pacificent antequam ſit in ætate, id eſt, antequam homo moriatur, vel antequam ad iudicium veniat; non poterunt de cætero ab ipſo veniam obtinere. Vnde poterit tunc dicere illud Pauli.
1. Cor. 13. *Cùm eſſem paruulus loquebar vt paruulus, cùm autem factus ſum vir, euacuaui ea quæ ſunt paruuli.*

Tertia conditio eſt, quod puer vult deliciatiùs educari. Videmus enim, quod pueri

non comedunt grossa cibaria; sed nutriuntur lacte nutricis & farina delicatissima; ita certè puer noster Iesus Christus vult nutriri delicatè & lactari, vnde potest pater cœlestis dicere cuilibet deuotæ animæ illud Exod. *Accipe puerum, & nutri eum mihi, & reddam tibi mercedem*, scilicet, æternam: istud ergo, quod delectat & nutrit istum puerum, est deuotio: ita vt homo habeat deuotionem in corde ad ea, quæ Dei sunt, & ad beneficia Christi. Videmus enim quod in magnis festis solent homines esse deuotiores quàm alijs temporibus. Sic & nos spiritualiter diebus istis, quia in istis diebus fuit reformata chorea, quæ priùs fuit dissipata à principio mundi. Vnde notandum quod Deus à principio mundi fecit choream Angelorum in cælo empyreo. Sed vnus cantor discordando ab alijs nimis altè incepit dicens: *Ascendam in cælũ & similis ero altissimo*. Ideo oportuit eum descendere, & mutauit eũ Deus de cælo in infernum, de Angelo in diabolum. Et similiter in paradiso terrestri fecit choream, de viro & muliere: sed diabolus fecit eos nimis altè incipere quando dixit: *Eritis sicut dij*. Genes. Et ideo descenderunt, quia dimisit eos Dominus de loco voluptatis, & mutati fuerunt, quia non poterant mori, & facti sunt mortales. Sed his

Exod. 2. Isa. 14. Gen 3.

diebus fuit chorea renouata,& Deus miſcuit ſe nobiſcum,& incœpit baſſè;quia humiliauit ſuam Deitatem, non tamen mutauit: & ex eo exaltauit noſtram humanitatem, vel humilitatem. In iſta chorea Angeli miſcuerunt ſe, & cantauerunt. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*; & ideo diebus iſtis debemus eſſe deuotiores, & ſic lactabimus Chriſtum. Sed poſſet aliquis dicere, non poſſumus habere lac,vbi accipiam? Dico tibi ſecundùm Philoſophum,Lac generatur ex ſanguine,& aſcendit ad mamillas, & ibi decoquitur, & ideo vocatur ſanguis bis coctus. Qui ergo vult habere lac deuotionis, oportet quod currat ad ſanguinem Chriſti, & ad eius dulciſſima vulnera, tam magna quàm parua,& ponere in corde ſuo;tunc niſi habeat cor durius lapide, habebit deuotionem.Quarta conditio eſt,quòd puer vult frequentiùs portari. Vnde lacrymatur & dolet quando deponitur ad terram.Ita puer noſter Ieſus Chriſtus vult ſemper à nobis deportari. Vnde ſi poſſibile eſſet, doleret vtique quando deponeremus eum: ſed eſt notandum, quòd iſtum puerum debemus tripliciter portare ſecundùm triplicē modum quo fuit portatus à tribus perſonis.Primò portauit iſtum puerum benedictum,

virgo

virgo mater Maria in suo vtero benedicto, vnde Luc. *Beatus venter qui te portauit*. Sic Luc. 11.
etiam debemus ipsum portare, in Sacramento altaris: qui enim corpus Christi sumit, ita veraciter Christũ portat in se, quàm diù durat species panis, sicut eum Maria nouem mensibus in vtero portauit. Et certè quodammodo excellentiùs quàm Maria: quia eum Maria sic portauit quãdo adhuc mortalis erat, nec in cælum ascenderat: tu portas eum quando sumis in Sacramento immortalem, & sicut iam sedet ad dexteram Dei Patris. Secundò, portauit eum in humeris suis sanctus Ioseph, cui desponsata fuit virgo benedicta, quando dictum fuit sibi: *Surge, tolle puerum*, Matth. Sic debemus Matth. 2.
etiam eum portare, per veram pœnitẽtiam. Vnde Ezech. *In humeris portaberis*. O quàm Ezech. 12.
dulciter eum portaret, qui eum sic portaret, sicut ipsemet dicit: *Iugum enim meum suaue* Matth. 11.
est, & onus meum leue: & hoc quidem verum est, quia portantem se non deprimit, sed alleuiat. Sic portauit eum quidam, qui magnam faciebat pœnitentiam: & membra sua cum vitijs, & concupiscentijs torquebat. Vnde cùm semel quæsitus fuisset quare hoc faceret, Respondit: Nõ curo quantum mihi Deus constet, dum tamẽ ipsum habeam. Tertiò, portauit ipsum in brachijs suis, ille vene-

venerabilis ſenex Simeon, de quo legitur in Euangelio Lucæ, *quòd accepit eum in vlnas ſuas*. Sic etiam debemus eum portare, in intimo amore. Amor enim Dei & amor proximi ſunt quaſi duo brachia, quibus iſte puer Ieſus dulciter amplexatur & deportatur. Iſtis duobus brachijs, deſiderat multùm deportari & amplexari: quia tam ardenter deſiderat, vt etiam à ſponſa ſua hoc petat
Cant. 8. in Cant. dicens: *Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, & ſuper brachium tuum, quia fortis eſt vt mors dilectio*. Iſto amore tam firmiter retinetur, quod rarò ſeparatur: Nam fides primo ipſum cogit, ſpes trahit, charitas retinet. Sic portauit eum quędam deuota mulier de qua legitur, quod quando deſiderabat aliquam diuinā conſolationem habere, aduocabat omnes virtutes Theologicas dicens: Fides mea, vade ad Deum, & adiura eum per omnes articulos fidei, qui de eo creduntur, vt veniat. Spes mea, para hoſpitium dilecto ſponſo meo, vt veniens dignè recipiatur. Charitas mea, tene eum, vt cùm venerit non recedat. Et ſic magnam conſolationem à Chriſto frequenter recipiebat.

Domini-

Dominica infra Octauam Natiuitatis.

SERMO SEPTIMVS.

MISIT *Deus filium suum factum ex muliere, &c.* Gal. 4. Quando terra, alicuius magni Principis fuit ab inimicis eius per longum tempus fraudulenter aut violenter detenta. Princeps ac verus Dominus quando videt tempus & horam, nititur terram illam (quòd Ius habeat in eam) de manu aduersarij liberare, & quamcitius ea obtenta se in suam possessionem restituere: vnde solent per aliquem ex parte sua missum, possessum capere. Ita diabolus terram Domini sui, genus scilicet humanum, de terra creatum per longum tempus vsurparat atque iniustè detinuerat. Sed Dominus, qui verus heres est vniuersorum, voluit hæreditatem suam ab eius dominio vindicare, quapropter temporibus istis decreuit possessionem suam recuperare. Missus ergo à patre vniuerso Domino filius Dei eam hæreditatem sibi redemit & accepit possessionem eius: Et hoc est quod innuit Apostolus in prædictis verbis dicens: *misit Deus Filium suum, &c.* Circa hoc verbum ad no-

ſtram inſtructionem obſeruandum : quòd filius Dei fuit miſſus à patre in mundum propter quatuor. Primò, vt nos liberaret. Videmus enim ad oculũ eos, qui ſunt in teterrimo carcere, ſub crudeli carceris cuſtode, magnoperè egere bono liberatore ; genus etenim humanum à caſu primi hominis vſquè ad Aduentum redemptoris erat clauſum in teterrimo carcere inferni, ſub diaboli crudeli cuſtodia, propter primum parẽtum peccatum, nec poterat indè liberari. Sed qui diues eſt in miſericordia pater cœleſtis, miſit eis liberatorem filium ſuum.
Iſa.19. Vnde Iſai. *Mittet eis propugnatorem & Saluatorem qui liberet eos:* Magna reuera gratia, ſi filius Regis pugnaret pro vili ruſtico; maior, ſi adeò ſe humiliaret, vt deſcenderet ad vilem hominem in carcere detentum, propriaque manu &ſolueret, atque indè educeret. Hoc fecit Filius Dei, non enim ei ſuffecit pro nobis pugnare, vt precium peccatorum noſtrorum ſolueret : ſed in die paraſceues, in infernum deſcendit, non quidem damnatorum, quia illos non illuminauit aut liberauit; ſed ad limbum patrum, quo detinebantur peccato originali obnoxij. Nec compulſus neceſſitate, ſed voluntate deſcendit. Poterat enim eos aliter liberare; ſed hoc fecit ad vinctorum conſolationem, quibus

quibus magna fuit consolatio præsentia animæ Christi. Et ideò dicit D. Dionysius, D. Dyon.
Descendit ad infernum anima Deificata, vt quemadmodum ijs, qui in terra erant, ortus est sol iustitiæ; ita ijs, qui in regione vmbræ mortis sedebant super illuceret. Descendit etiam eò ad confusionem aduersariorum, vt scilicet etiam ipsi dæmones confunderentur per eius præsentiã. Et sicut vicerat eos per passionem in natura assumpta; sic anima eius triumphauit de ipsis apud inferos ipsos inuitè spoliando. Igitur qui erant in inferno inferiori propter actualia mortalia damnati liberati non sunt: sed ij qui mortui erant in gratia solo originali decedentes. Vnde Sap. Sap. 10.
Sapientia (increata) *eos qui se obseruant à doloribus liberabit:* & ideo Psalm. *Misit de cælo & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.* Psalm. 56. Secundò, fuit missus Filius Dei vt nos debiles natura defenderet. Videmus etenim obsessos, vel ab aduersarijs inuasos multis & fortioribus egere auxilijs, & strenuo defensore, maximè quando obsessi sunt numero & viribus imbecilles, & locus obsessus non bene munitus. Enimverò homo in hac vita existens natura debilis & non bene munitus est, quia vndique peccatum circumstat, & hostes, diabolus, mundus, & caro eum ex omni parte inuadunt, maximè

autem

autem omnium, diabolus, eum in peccatum præcipitet, animamque eius deglutiat tanquam Leo paratus ad prædam: sed filius Dei missus est tanquam fidelissimus auxiliator & defensor. Quapropter dicit Psalm.
Psalm. 19. *Mittet tibi auxilium de sancto.* Vbi nota: quòd diabolus habebat ante Christi aduentum duas manus; vnam attrahentem, aliam impellentem. Manus attrahens erat potestas attrahendi ad limbum Iustos & Sanctos: huius manus tãta erat potestas vt nullus posset resistere. Vnde bene Tren. *Cùm*
Tren. 1. *caderet populus eius in manu hostili, & nõ esset auxiliator.* Hæc manus per Christi passionem est totaliter amputata, sic vt nullum iam possit ad limbum trahere. Manus verò impellens, est potestas præcipitandi in malum peccati: hanc adhuc habet, etsi multùm sit debilitata, per missionem auxilij Filij Dei: vnde nunc in tempore gratiæ, magnum veritatis lumen aperitur omnibus interius quidem per diuinã inspirationem, exterius autem per humanam instructionem. Iam enim omnibus veritas est propalata: maior etiã gratia datur modò in Sacramentis, & per consequens reprimitur concupis-
1. Reg 10. centia. In cuius figura dicitur. *Si filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi.* Ammon Interpretatur populus mœroris, per quos

quos intelligitur Diabolus & eius exercitus, contra quem Christus Auxiliator est, vt dicitur Isai. Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Tertiò, Filius Isai.50 Dei missus est vt nos peccatores patri reconciliaret. Etenim videmus vbi pauper diuitem magnum offendit indiget reconciliatore: Et certè quilibet peccator offendit & incurrit odium Regis magni, vt dicitur Eccli. *Altißimus odio habet peccatores.* Et Eccli.12 ideo Filius Dei missus est tanquam propitiator, vt nos à peccatis continuè Iustificet, & sic nos cœlesti Patri reconciliet, qui voluit ideo eum assumere humanam naturam, vt esset frater noster, vt eò propitior esset nobis. Vnde Ioan. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Nullus ergo de- 1.Ioan.4 speret de peccatis suis quamuis omnia peccata totius mundi perpetrasset, dummodo peccasse ex corde pœniteat, & veniã petat. Quia maior est eius pietas, quàm omnis iniquitas, vnde Ansel. *Certus sum,* inquit, *Domine, quia peccata meruerunt æternam damnationem: certior verò sum, quòd pœnitentia mea non sufficit ad satisfactionem: certißimus autem sum, ô Domine, quia misericordia tua omnem meam superat offensionem.* Accedat ergo peccator securè ad Christũ vt veniam petat, qui natura pius est. Nihil enim libentiùs

audit

audit Christus quàm vocem peccatoris veniam petentis, vnde cuilibet illorum dicit: Cant. 2. Illud Cant. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis*: De publicano etenim, Luc. 18. qui dixit, *Deus propitius esto mihi peccatori*, ipsemet Saluator testatur quòd descendit Iustificatus in domum suam. Quæritur hîc vtrum ad iustificationem, requiritur aliquid ex parte nostra. Dicendum quod sic: quia nulla perfectio cõfertur absque præuia dispositione. patet 1. in naturalibus. Corpus enim humanũ priùs disponitur & organizatur, & postea anima infunditur. 2. in artificialibus. Lapides enim & ligna poliũtur & dolantur, quibus postea domus ædificatur. Sic in diuinis, gratia iustificans non infunditur, nisi anima disponatur: quia inter omnia opera Christi, virtutis ac potẽtiæ maius Augus. est iustificatio impij. vnde Au. *Maius est iustificare impiũ, quã creare cælũ & terram.* Quod dupliciter exponitur. Primò quia in creatione fit res secundũ esse naturæ, quod minus est, quã esse gratię, quod datur in iustificatione. Iustificatio enim impij terminatur ad bonũ æternũ diuinę participationis, quod maius est bonũ, quã creatio cæli & terræ, quæ B. Aug. terminatur ad bonũ naturę, quod est terminabile ac corruptibile, & ideo B. Aug. vbi superiora dixisset, adiunxit. *Cælũ & terra transibunt*

ſtbunt: prædeſtinatorum ſalus & iuſtificatio permanebũt. Secundò, in creaturis nihil reſiſtit creatori: ſed in iuſtificatione impij eſt peruerſitas volũtatis: talis fuit in Paulo, ideo dixit ei Dominus: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Omnis enim creatura obedit creatori præter peccatores, ſicut patet in primordio creationis mũdi ac productionis creaturæ. *Quia ipſe dixit & facta ſunt.* Sed nũc clamat in Pſalm. *Laboraui clamans (* in Cruce *) raucæ factæ ſunt fauces meæ:* & tamen peccator non conuertitur. Vnde B. Aug. *Domine omnis creatura dicit mihi vt amem te, nec ceſſat clamare, vt inexcuſabilis ſim. Clamor enim eorũ eſt pulchritudo earũ.* Tertiò, maius eſt facere ſubitò quã ſucceſſiuè. Deus mũdum ſeptem diebus perfecit; iuſtificationẽ verò impij ſubitò perficit: *Neſcit enim,* inquit Am. *tarda molimina Spiritus ſancti gratia.* Cùm igitur tam magnũ opus ſit peccatorẽ iuſtificare: ideo requiritur, quod ad eã homo aliqualiter ſit diſpoſitus, ac præparatus. Ad eius verò diſpoſitionem, tria requiruntur: Primò, Approximatio ad Deum, quæ fit ſecundum affectum vt dicit Aug, *Deo affectu non loco approximamus.* Hinc Iacob. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Secundò, Impedimenti remotio. Impedimẽtum hoc eſt peccatum, quod quidẽ per diſplicentiam remo-

Act.
Pſalm. 32.
Pſalm. 68.
Aug.
Aug.
Iacob 4.

remouemus, in qua consistit ac causatur contritio, per quam peccatũ laxatur. Psal. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Tertiò, cordis apertio scilicet pura confessio; quia sicut ille qui habet clausum oculum, non potest materiale lumen videre solis: sic ille qui non præparat se, faciendo quod ipse est, & aperiẽdo spiritualem oculum, lumen gratiæ non recipit, vnde Apoc. *Ego sto ad ostium* (cordis) *& pulso* per internam & secretam inspirationem. *Si quis aperuerit mihi* per veram cordis dispositionem & pręparationem; *Intrabo ad eum*, conferendo ei gratiam & iustificationem. Quartò, missus est filius Dei vt nos in hoc mundo laborantes ad patriã dulciter inuitaret. Qui diu laborauerunt in seruitio alicuius magni Domini, solent ab eo recreari & remunerari: sic filius Dei eos qui in hoc sæculo in pœnitentia, & alijs operibus bonis pro eius amore laborant, ad cœleste conuiuium in patria dulciter inuitat vbi eos delectabiliter recreabit. Quod figuratum est Apoc. vbi dicitur *Vidi Angelum*, Christum qui dicitur Angelus à nuntiando, quia nuntiat nobis æterna gaudia: *stantem*; quia nunquam cecidit per peccatum, vel *stantem* per rectam intentionem, *in sole*, Sol enim habet lumen & calorem; sic Christus habet lumen conuersa-

Psalm. 50.

Apoc. 3.

Apoc. 19.

uerſationis, & calorẽ dilectionis. *Et clamauit voce magna omnibus auibus*, id eſt, fidelibus, qui ſunt agiles & leues in benè operando, *quæ volabant per medium cæli* per meditationem & deuotionem quaſi orando, & diſcurrendo ad diuerſos ſanctos. *Venite & congregamini ad cænam magni Dei, vt manducetis carnes regum*, id eſt, vt delectemini in cibis regalibus Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Et huic figuræ alludit Saluator *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Iſte Luc. 14. homo ſimilitudinariè eſt Pater cœleſtis, qui fecit cœnam magnã, propter cœnantium multitudinẽ, vel ferculorum plenitudinem. talis erit cœna iſta, quòd cœnantes erunt innumerabiles, atque omnes Reges & nobiles erunt. Fercula enim delitiæ tot erunt, quod omnes quotquot ſunt, fuerunt & erunt linguæ, minimum exprimere non poſſent ferculũ. Sequitur: *vocauit multos.* Sed accidit in hac cœna, quod in curia magnatum, vbi quandoque cõtingit multos vocari, ſed paucos venire. Omnes enim ſunt vocati, ſed non omnes veniunt, quia quidem detinentur per mundanam vanitatem, quia magis delectantur in dignitatibus ac honoribus, quàm in Deo. ideò Pſal. *Tenuit eos ſuperbia* Alij detinẽtur per carnis Pſalm. 72. immunditiã, quia nihil ſpirituale ſapit eis.

Alij detinentur per cupiditatem temporalium rerum. Plus enim solliciti sunt de acquirenda pecunia, quàm de gratia Dei. Alij detinentur delitijs corporalibus, vt gulosi: & ideo non veniunt, quia nihil sapit eis Deus. Maiorem enim gustum inueniunt in vno ferculo de farina, quàm de centum Missis siue concionibus. *Horum Deus venter est*, dicit Apostolus: Quid ergò fecit pater cœlestis? Certè, misit seruum suum, scilicet filium suum dilectum hora cœnę, in fine mũdi, *dicere inuitatis*, id est, prælectis suis, *vt venirent*; quia *multi*, (vt dicitur ibidem) *sunt vocati, pauci verò electi*: & hi tantùm venient ad istam excellentissimam cœnam. Vnde nota consuetudo est in his regionibus quòd, laborantes in obsequio alicuius viri, solet seruitor ex parte illius, qui præest, vocare ad donum hospitij vt post labores recreentur. Sic erit in nouissimo die, nã illi qui laborauerunt in Dei seruitio, & portarunt pondus pœnitentiæ ac tribulationis pro dilectione Dei, per seruitorem omnium Christum, *qui non venit ministrari sed ministrare*, ad domum cœlestis paradisi vocabuntur, qui transiens ministrabit illis. Hinc ipsemet inuitat Matth. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*, ęternâ scilicet refectione.

Philip. 3.

Domi-

Dominica prima post Epiphaniam.

SERMO OCTAVVS.

EXHIBEATIS *corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem &c.* Ad Rom. 12. Qui corpore sunt graciosi, ac moribus ornati, maximè placent viris primarijs & principibus. Sic enim Daniel & socij sui, quia graciosi erant, & sine macula: ideo placuerunt Regi Nabuchodonosor, vt coram illo ministrarent. Ita Apostolus, vt Deo placeamus, in his verbis nos monet, vt corpore simus casti, & animâ graciosi, dicens: *Exhibeatis corpora vestra, &c.* Circa quæ verba ad nostram doctrinam est sciendum: quòd quatuor sunt, per quæ Deo placere poterimus.

Primò, per veram pœnitentiam omnium peccatorum, quòd si aliquis magnus ab aliquo grauiter est offensus, nisi offendens de offensa grauiter doleat, & se deliquisse recognoscat, offenso placere non potest. Sed nos omnes, in multis offendimus illum, cuius magnitudinis non est finis, in tantum offensus fuit per peccatum primi parentis, quòd operibus manuū suarum maledixit. Et quamuis ferè mille

annis pœniteret, tamen posteris suis minimè profecit, quos omnes vno peccato dãnauit. Item in tantùm offensus fuit, quòd omne humanum genus diuersis defectibus miseriæ & passionibus afflixit, & omnibus à minimo vsque ad maximum, graue iugũ mortis imposuit. Vnde dicitur Eccl.

Eccli. 40. *Graue iugum super omnes filios Adam, à die exitus de ventre matris, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium*, hoc est in terram. Item multa millia hominum, qui nunquam in aliquod malum, cogitatione, locutione, vel opere consenserunt: propter idem peccatum, eternaliter damnauit pœna damni, non pœna sensus: vt sunt pueri decedentes sine Baptismo, imò omnes, quibus non datur gratia iustificationis, luunt peccatum primi parentis, vt dicit Apostolus:

Rom. 5. *Vnius delicto multi mortui sunt*. Item etiam vnigenito suo carissimo non pepercit: sed tantis & tot doloribus exposuit, vt in cruce

Matth. 27. pendens diceret, *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me*: imò adhuc tantum Deus offenditur per peccatum, & tantum odit peccatum, quòd non est aliquis sanctus in cœlo si peccare ei possibile esset, quin amicitia dissolueretur, & eijceret eum de regno suo, propter peccatum. Et tamen quantumcumque odio habeat peccatum, & quan-

& quantumcumque sibi displiceat, dummodo tamen homo in peccatis existens, humiliter se corrigat, & emendet per pœnitentiam, & humiliter petat veniam: statim Deus placatur & remittit offensam. Tunc enim fit, vt qui priùs displicebat modò placeat, quia vt dicit Greg. *Inde incipit homo placere Deo, cùm hoc in se punit, quod displicet Deo.* Et Bern. *Quantum displicet Deo impudentia peccatorum, tantum pœnitentis verecundia placet,* Idem Bern. *O fœlix pœnitentium humilitas, ô bona spes confitentium, quantum potens es apud omnipotentem, quàm citò vincis inuincibilem, & quàm citò tremebundum iudicem conuertis in pijssimum patrem.* Vt ergo peccator Deo placeat, nihil aliud requiritur: nisi vt veniam humiliter petat, quia dicitur Iudith. *Humilium, & mansuetorum deprecatio, tibi placuit ab initio.* Figuram huius habemus, 3. Regum 21. vbi Dominus multa mala comminatus fuerat Regi Achab, per Prophetam Heliam. *Quod cùm audisset Achab, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit, & dormiuit in sacco, & ambulauit dimisso capite.* Et dicebat Dominus ad Prophetam Heliam. *Nónne vides Achab humiliatum coram me? quia ergo humiliatus est, non inducam malum hoc in diebus eius.* Dicant ergo

D. Gregor. D. Bernar. Idem. Iudith. 3. Reg. 21.

peccatores, Deum offensum placare cupientes, illud Danielis cum humili corde:
Dan. 3. *In spiritu humilitatis & animo contrito suscipiamur à te, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo: vt placeat tibi Domine.* Quia
Psalm 50. dicit Propheta. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus, non despicies.* Secundò Deo placere possumus per sinceram misericordiam respectu egenorum. Videmus enim si Principis alicuius filij, vel fratres, essent in terra aliena depauperati, vel captiui, quibus si aliquis succurreret eorum innopiam subleuando, vel eos à captiuitate liberando, vel alio modo eis misericordiam impendendo; talis vtique Principi placeret, & eius gratiam acquireret. Nunc autē Christus Princeps, & Rex Regum, in terra aliena à regno cœlorum, habet pauperes & egenos, quos suos filios reputat, & fratres, qui in carcere paupertatis & miseriæ detinentur. Qui ergo talibus succurrit per misericordiam, vtique placet Deo. Et ideo dicit Apostolus: *Charitas fraternitatis maneat in vobis; Hospitalitatem nolite obliuisci.*
Hebr. 13. *Per hanc enim placuerūt quidam Angelis hospitio receptis.* Tantū enim placet Domino misericordia impensa egenis, quod de ipsa præ cæteris virtutibus examinabit in die districti

districti iudicij dicens: *Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare*, &c. Nam, *iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam.* Sed certus est homo misericors de remissione suorum peccatorum, & per consequens de dulci iudicio. misericordia enim habet tria paria litterarum, id est, tria testimonia euangelica, quæ homini pio denunciant esse remissa peccata. Primum patet Matth. *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.* Secundum est Matth. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum: & pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra.* Tertium est Luc. *Dimittite, & dimittetur vobis*, imò non solùm misericordia à debito Dei liberat, sed etiam ad soluendum obligat homini Deum. Nam dicitur Prouerb. *Feneratur Domino, qui miseretur pauperi.* Item in tantum opus misericordiæ respectu pauperum & indigentium Deo placet, quòd quicquid fit eis, reputat sibi factũ, iuxta illud: Matt. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Tertiò Deo placere poterimus per strenuam pugnam, respectu aduersariorum, scilicet, vt homo viriliter se defendat contra diabolum. Milites enim multùm placent regibus & principibus quando sunt audaces, & quando sunt fortes ad aggrediendum

Matth. 25. Iacob. 2. Matth. 5. Matth. 6. Luc. 6. Prou. 19. Matth. 25.

ardua, & ad ſuſtinendum impugnationes. Sic reuera multùm placet Deo homo ille, qui fortiter ſe defendit à tentationibus & impugnationibus peccatorum, & à tribulationibus & aduerſitatibus huius ſæculi. Quia dicit Greg. in moralibus. *Bonorum fortitudo eſt carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationem vitæ præſentis extinguere, huius mundi aſpera pro æternis præmijs amare, proſperitatis blandimenta contemnere, aduerſitatis metum in corde ſuperare.* Ecce quàm nobilis eſt virtus fortitudinis, quæ non ſolum ſeruat hominem à tentationibus diaboli, & aduerſitatibus ſæculi: verùm etiam ſeruat hominem ab impugnatione cuiuſcunque aduerſarij. Totus enim mundus non vinceret hominem, in quo eſt fortitudo Dei: ſicut patuit in illis tenellis virginibus, ſcilicet, Catharina, Agnete, Cecilia, Margareta, Barbara, & cæteris Virginibus, quæ tyrannos, & omnia tormentorum genera ſuperabāt. Nam ſecundùm Aug. *Fortitudo eſt amor, facilè omnia tollerans, propter illud quod amatur.* Et ideo tales virgines multùm placuerunt ſummo Deo. Videmus enim quando aliquis potens & valens habet bellum contra aliquem, & habet propugnatorem pro ſe, & videt quòd fortiter ſe defendit, & for-

D. Gregor. li. Moral.

D. Auguſt.

titer

...ter agit: multùm sibi placet, & non solùm sibi, sed etiam omnibus qui sunt de parte sua. Sic Dominus noster Iesus Christus, continuum habet bellum contra diabolum, & suos sequaces, & peccatum: & habet pugiles suos, scilicet, deuotos & sanctos homines. Quando ergo videt, quòd homo viriliter se habet, & defendit se ab istis, multùm placet ei: & non solùm sibi, sed etiam Angelis suis. Vnde legitur de David qui interpretatur manu fortis, quòd sibi dictum est, & in persona sua cuilibet, qui fortiter pugnat contra peccatum, diabolum & suos sequaces, scilicet, peccatores: *Ecce places Regi,*(cœlestis)*& omnes serui eius,* hoc est Angeli eius qui sunt eius serui & ministri *diligunt te.* (vera & æterna dilectione.) Quartò Deo placere possumus per amicitiam, vel dilectionem feruidam respectu diuinorum, sic, vt homo totum cor suum det Deo, per verum amorem. Videmus enim quòd amor ille præstãtior est, qui amatum præ alijs omnibus diligit, & amatoris cor, in amatum transfert. Sic reuera multum placet homo Christo, qui eum ita amat vt nihil præferat eius amori, sed totum cor suum ei ita perfectè offert, quòd nullam creaturam amat, quam propter ipsum, & in ipso non

1. Reg. 18

amet. Vnde notandum, quòd quæ pulchra, preciosa, ac rara sunt, homo cautè conseruat, atque vbi amoris causa eroganda sunt, in amicissimum & bene meritum ea collocat. Preciosum verò ac pulchrum clenodium cor hominis est: & ideo desiderant illud, scilicet Christus & diabolus. Vnde cùm diabolus semel à quodam interrogatus esset, quid plus amaret, Respondit: quòd tria præcipuè amaret, scilicet, lunam primam, rotam solis, & ferrum molæ, hoc est cor hominis, quod componitur ex tribus litteris. Nam prima est, C. quæ est similis lunæ primæ. 2. est O. quæ est similis lunæ plenæ. 3. R. quæ est similis ferro molari. Christus enim nihil aliud magis amat in homine, quàm cor. Vnde dicit Prouerb. Prouer 23. *Prabe, fili mi, cor tuum mihi*, scilicet, per verum amorem, videat ergo quilibet cui det vt bene det. Sed reuera ille sapienter, & benedat, qui cor suum Christo dat. Ille enim cor suum Christo dat, qui Christum vero amore diligit, qui omne alienum à corde suo excludit: diuinus enim amor tam delicatus est, quòd non patitur secum alienum: quia sicut eadem anima, non potest simul esse inhabitatrix duorũ corporum, ita amor mundi, & amor Dei, non possunt simul in eadem anima dominari. Si ergo perfe-

perfectè volumus amare Christum, & ei perfectè placere, necessarium est vt à corde nostro excludamus omnem amorem mundi. Et hoc meritò debemus facere, & ipsum super omnes amare, quia super omnia nos amauit. Vnde dicit Bern. *Si non dilexisset me plus quàm se, non se dedisset pro me.* Et hoc ipsemet testatur dicens: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Vult etiam ideo super omnia diligi, quia nihil diligit, quod non diligat propter ipsum, qui veraciter eum diligit, vt dicit Hugo de arra animæ. *Anima mea, sponsus tuus, in omnibus diligit te: quicquid diligit, diligit propter te, quia nihil diligit sine te.* Et quia tam vehemens amor est in Christo, ideo est meritò super omnia diligẽdus. Vnde dicit sponsa, Cant. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* quasi diceret: talem dilectum amicum ego habeo, qui totus est meus, & ego tota sum eius. Reuera talis homo, cuius cor sic fixum est in Christo, quod omnem alienum amorem à corde suo excludit, & ipsum solum diligit, super omnia: talis sibi placet. Vnde de tali homine scribitur Sap. *Placens Deo factus est dilectus* quasi diceret: Iste placet Deo, qui per veram dilectionem factus est eius amicus. Et bene dicit: *Factus dilectus, quia homo non habet à se,*

Bernard. Ioan. 15. Hugo. Cant. 2. Sap.

à se, vt sit dilectus Dei. Et subdit postea. *Et viuens*, scilicet, vitâ gratiæ, *inter peccatores*, hoc est amatores mundi huius, *translatus est*, scilicet, de vita gratiæ ad vitam gloriæ.
1. Ioan. 3. Vnde tales bene possunt dicere illud Ioan. *Scimus quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres:* hoc est, proximum in Deo: in qua dilectione demonstratur dilectio Dei. Rogemus igitur, *&c.*

Dominica secunda post Epiphaniam.

SERMO NONVS.

IDIPSVM *sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Rom. 12. Quando quis in proprijs rebus expertus est damnum, vel periculum damni: solet de eo monere vel familiares vel domesticos vt sibi caueant. Vnde pater videns filium deliquisse, humiliter castigat: ne confusionem incurrat. In hunc modum, beatus Paulus videns, quòd primus Angelus, & primus homo, fuerunt confusi ex magnitudine superbię, & quod malè eis accidit: quia dimersi fuerunt in infernum: Angelus malus in perpetuum, homo ad tempus longum: ideo his verbis nos instruit, ne dæmones imitemur & superbiá amemus,

dicens.

dicens. *Idipſum ſentientes, non alta ſapientes ſed humilibus conſentientes.* Rom. 12. Circa quæ verba, ad noſtram doctrinam eſt ſciendum: quòd homo debet ſe humiliare, propter quatuor cauſas.

Primò vt diuinam gratiam valeat impetrare, videmus enim quòd pauperes quando vident diuitem miſericordē tranſeuntem: allegant ſuam miſeriam, & inopiam, humiliant ſe coram eo, vt eleēmoſynam valeant impetrare. Ita certè qui vult diuinam gratiam impetrare, debet ſuam indigentiam humiliter recognoſcere, & non ſuperbire. Vnde dicit Aug. *Vera humilitas eſt intuitus propriè conditionis, & ſui conditoris, voluntariaq; mentis inclinatio.* August. Eſt enim velut quædam mentis genuflexio, ſemper Deum venerans. Talibus ergo, qui ſic ſe coram Deo humiliant, ſemper præſto eſt Deus conferre ſuam gratiam. Vnde Petrus, *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Exemplum habemus in naturalibus, quòd ſolares radij naturaliter congregantur in vallibus: & non poſſunt diſpergi vento. In montibus autem altis radij ſolares non congregantur, quia à vento diſperguntur. Et ideo valles ſunt naturaliter calidiores montibus. Sic radij diuinæ gratiæ in humilibus

libus cordibus congretatur in ſuperbis autem non; quia impediuntur à vento ſuperbiæ & vanitatis. Et ideo etiam humiles, in diuino amore ſunt feruentiores ſuperbis. Iacob. *Sicut aquæ fluunt ad loca humilia, ſic gratia humilia corda replet.* Vnde Auguſtin. *Confluit ad humilitatem vallis, aqua delata de tumoribus collis.* Item videmus quòd gemmæ precioſæ in locis humilibus reperiuntur. Vnde quædam earum, ad inſtar ſtellæ in firmamento fulgent. Sic precioſiſſima dona diuinarum gratiarum, ſemper in humilibus reperiuntur, quæ mentes eorum, ad inſtar radij ſolaris mundum illuminantis, illuſtrant. Item naturaliter omnes aquæ fluunt ad valles quibus irrigantur. Vnde ibi ſemper creſcunt & florent diuerſarum virtutum floſculi, coram Domino redolentes. Si enim natura, vt dicũt naturales, ita abhorret vacuum, vt potiùs, quàm ſineret eſſe vacuum, traheret ipſum aërem ad ipſum implẽdũ, quomodo ergo Deus & Dominus naturæ ſineret humilẽ eſſe vacuũ à gratia, qui ſe totum ob eius amorem euacuat à vicijs & peccatis? Abſit hoc; potiùs ergo quàm ſineret eum vacuum à gratia, infunderet ſeipſum ei. Hoc patuit in virgine benedicta, quæ totaliter fuit euacuata à crimine, ita quòd

Iacob. 44.
D. Aug.

hun-

nunquam peccato consensit. Vnde non solum in eius virgineum cor infudit plenitudinem gratiæ plus quàm vnquam in aliquam creaturam; verùm etiam in ejus virgineum vterum seipsum infundit illapsum: ita quod ipsum verum Deum, & hominem, nouem mensibus, in suo sacratissimo vtero portauit. Si quis ergo diuinam gratiam habere desiderat, iste veraciter coram oculis Dei se humiliet, & à Deo postulet eam: absque dubiò certissimè impetrabit. Quia dicit Bern. *In varietate comperi nihil ita efficax esse ad diuinam gratiam promerendam, quàm vt omni tempore inueniaris humilis.* Et reuera tanto maiorem dat Deus gratiam: quanto magis mentem inuenit humiliorem. Bernard.

Secundò debet homo se humiliare si Deum offendit, vt eum valeat pacificare: videmus enim quando aliquis offendit aliquem, quem libenter placaret, humiliat se, & prosternit se ad terram, & flectit genua sua, & fletibus siue lacrymis supplicat vt sibi ignoscat. Ita homo peccator se debet humiliare Deo, quem grauissimè offendit per culpam. Nihil enim in vniuersitate creaturarum ita offendit Deum, sicut peccatum, hoc solum Deum offendit, & Deo summè displicet. Hoc etiam solum est

quod

quod deturpat omnia. Omnia enim quæ in mundo ſunt, opera & creaturæ Dei ſunt; ſed ipſum peccatum ſolum eſt opus diaboli, ipſum etiam peccatum ſolùm eſt cauſa omnis miſerię, quam in mũdo ſuſtinemus. Vnde famem, ſitim, frigus, calorem & huiuſmodi, & etiam diuerſas infirmitates, quas ſuſtinemus, ex peccatis noſtris prouenerunt nobis. Item peccatum tantum offendit Deum, quod non ſolum nocuit nobis, qui propter peccatum primi parentis eramus omnes filij mortis: verumetiam omnibus creaturis. Terra, quæ ex ſe dulces & optimos fructus fecit, & abſque labore, ita per peccatum deteriorata eſt, & contaminata, quod quamuis exerceatur diuerſis laboribus, attamen ſpinas & tribulos germinat. Ecce quãtum offenditur Deus per peccatum: quid igitur reſtat peccatori faciendum, qui Deum grauiſſimè per peccatum offendit? Certè nihil aliud reſtat ei, niſi vt pœnitentiam agat, & humiliet ſe coram Deo, & flectat genua cordis ſui, & humilibus lacrymis veniã petat à Deo, qui naturaliter miſericors eſt. Et ſtatim placatur & remittit offenſam, quia dicit Pſalm. Pſalm 50.
Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Sic fecit illa ſanctiſſima mulier Maria Magdalena, quæ humiliter procidit ad pedes

pedes Iesu: & amarissimis lacrymis, cœpit rigare pedes eius. Vnde Christus de ea dixit. *Dimissa sunt ei peccata multa.* Nam magnę sunt efficaciæ lacrymæ humiles. Vnde glossa super Tobiam. *Oratio Deum lenit, lacryma cogit; hæc vngit, illa pungit.* Vnde quidam beatissimus Abbas nomine Effrem dicit quoddam dulcissimum verbum omnibus peccatoribus consolatorium. *O amator hominum benignissime Iesu, legio, gregem porcorum absque lacrymis te postulauit, eiq; dedisti. Ego verò cum fletu & gemitu, supplico tuæ bonitati, libera me ab omnibus iniquitatibus meis, & fac me participem illius latronis, qui per vnum verbum factus est hæres paradisi.* De effectu etiam humilium lacrymarum dicit Bernard. quoddam amorosum verbum. *O humilis lacryma tuum est regnum, tua est potentia, ante cōspectum iudicis intrare non vereris, sola si intraueris quidquid petieris obtinebis, accusantibus inimicis silentium imponis, & quādoque sentētiam ab ore iudicis rapis. Et quid plura? vincis inuincibilem, ligas omnipotentem.* Luc. 7. Effrem. Bern.

Tertiò debet se homo humiliare, vt sentētiā districti iudicis possit euitare. videmus enim quòd quādo aliquis habet causam coram iudice, solet se humiliare, ne cōtra eum detur sētētia, & ne maximè vel grauiter puniatur. Hoc modo debemus nos humiliare,

quia habemus coram Domino nostro Iesu Christo caussam, ne contra nos detur sententia districti iudicij, & sic æternaliter damnemur. Ideo dicitur Eccl. *Humilia te & expecta manus eius*, scilicet, Christi. Hæc manus est sententia districti iudicij, quam dabit cōtra omnes peccatores, in extremo iudicio. Qui ergo vult exspectare manum istam in futuro humiliet se modò, & emendet malè acta, quia nunc est tempus emendandi, & qui modò hoc non facit sustinebit ictū istius manus. Videmus enim secundùm quod manus est magis extensa, grauius percutit. Ita secundùm quod peccator grauius peccat, Deus extendit manum suam in puniendo, nimis durus erit iste ictus. Ista est manus de qua habetur in Daniele. Cùm Balthasar rex celebraret conuiuium, *apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie aulæ regis, & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum. Scriptura autem, quæ digesta erat, hæc est. Mane Thetel Phares*: Balthasar interprætatur absorbens diuitias, hic *fecit grande conuiuium*, & significat peccatorem, qui vno morsello peccati absorbet & deuorat deuitias spirituales, scilicet virtutes, & alia opera bona. Contra hunc apparent *digiti quasi manus ho-*

minis

Eccli. 5.
Daniel. 5.
Daniel. 5.

minis scribentis, hoc est, peccata eius punientur visibiliter, in cognitione Trinitatis. Sed Scriptura erat *in superficie parietis*, & *contra candelabrum in aula regis*, & *rex aspiciebat articulos manus scribentis*: quia in die iudicij, aperientur libri conscientiarum, & liber vitæ, in quibus scripta erunt omnia peccata hominum. Vnde tunc peccator non solùm videbit in illis libris sua peccata: verùm etiam, videbuntur ad sui confusionem, ab omnibus Angelis & sanctis Dei. Et *regis facies commutata fuit*, quia peccator scit, quod peccata sua à Deo non remanebunt impunita, *& cogitationes eius conturbabunt* eum, quia tunc non solùm miser peccator conturbabitur interius, ex remorsu conscientiæ, sed etiam exterius de penarum acerbitate. Scriptura autem quæ digesta erat, hæc est: *Mane Thethel Phares*. Manè interpretatur numerus, per hoc significatur, quod Deus numerauit dies vitę tuæ. Iob. *Numerus mensium eius apud te est*. Quapropter nemo faciat sibi vanam spem de longa vita. Nihil enim certius morte, sed nihil incertius die mortis. Et ideo nunquam homo deberet in peccatis mortalibus esse securus, quia dicit August. *Audacior est qui cum vno peccato mortali dormit, quā qui cum septem bestibus suis inuicem* de morte sua colligatis confligit. Sed audi quoddam hor-

Iob 14.

August.

horribile, quod mirabiliter deberet terrere miserum peccatorem, qui se credit diu victurum. Diuina enim prouidentia, cõstituit alicui peccatori aliquando 20. vel plures annos, ad viuendum, qui nunquam ad 20. peruenit annos. Vnde Psalm. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et Bernard. dicit. *Certum est quod morieris, & incertum est quando & vbi, vbique mors te exspectat, tu quoque si sapiens fueris vbique eam exspectabis.* Thetel interpretatur pondus, per quod significatur, quod Deus in extremo iudicio appendet in statera iustitiæ omnia opera tua, vt ponderet qualia sint, an bona, vel mala, & quot sint, an multa vel pauca, & secundùm hoc, pensabit gloriam vel pœnam. Vnde tunc diabolus clamabit validè vt dicit Bernard. *O iuste iudex, da mihi illos per culpam, qui tui noluerunt esse per pænitentiam.* Tanta enim tunc iustitia & inflexibilitas est districti iudicis, quod si beata virgo Maria, & omnes Sancti & Sanctæ, & Angeli Dei flecterẽt genua, & orarẽt cùm lacrymis pro aliquo, qui esset in mortali peccato: iudex non exaudiret eos, quia dicitur Pro. 6. *Zelus & furor viri nõ parcet in die iudicij, nec acquiescet cuiusquã precib. nec accipiet pro redẽptione dona plurima.* Phares interpretatur diuisio, quia tunc peccator diuidetur à Deo, & à cõsortio Sanctorum

Psalm 54.
Bern.
Bern.
Prouer. 6.

ctorũ sicut à luce tenebra, & hoc per diuinã sententiam: quam dabit cõtra eos per illud horribile verbum. *Ite maledicti*, &c. Et tunc fiet talis separatio, quod nunquam fiet coniunctio, & ista pœna erit maior omni pœnâ. Vnde dicit Chrysostomus. *Ego quidem noui, quod solam gehennam pertimescunt plurimi, sed tamen si mille gehennas quis ponat, nihil tale dicet: quale est ab istius beatitudine gloria propelli, & exosum esse saluatori*. Qui ergo vult omnia ista euadere, humiliet se modò coram Deo, & tunc securus potest esse de omnibus supradictis. Vnde dicitur in figura secundi Paralip. de rege Israel & eius populo, qui humiliati sunt, *Et auersa est ab eis ira domini, nec deleti sunt penitus*, quia tales non delebit, sed magis consolabitur. Iuxta illud Iudith. *Expectemus humiles consolationem eius*.

Math. 25. Chrysost. hõ. ad pugnit. Paralip. 12. Iudith 8.

Quartò debet se homo humiliare, vt ipsum Deus possit æternaliter exaltare; videmus enim quod clerici obediunt humiliter suis Episcopis, milites regibus, serui dominis, vt mereantur promoueri ad altiorem gradũ dignitatis. Ita certè si volumus à Deo exaltari in æterna vita: oportet nos Christi præceptis humiliari, & eis obedire. Ad istam humilitatem habendam, docent nos vegetabilia. Videmus enim, quòd arbores, prius in terra dilatantur & radicantur, quàm in al-

tum eleuentur. Arbor enim radicē in imo figit, vt sursum tendere possit. Sic qui sine humilitatis radice altitudinem quærit, nō proficit, sed deficit. Videmus etiam quod modicum granum seminis, si spargitur ad terram, habetur de fructu bona spes. Ita oportet quod homo priùs radicetur humiliter in bonis operibus, per custodiam dominorum præceptorum, quàm in altum eleuetur ad gloriam præmiorum. Apertè enim videmus tam in arte quàm in natura, quòd nulla res incrementum accipit, quæ priùs à paruitate nō cœpit. Hoc primo videmus in arte, quia omnis ædificans fundamenta sub terra ponit: antequam domum ædificet. Pueri primò litteras cognoscunt districtè, postea eas componunt. 2. hoc videmus in natura, quod natura dum corpus humanum componit, à corde modico membro incipit. Ita etiā est in spiritualibus, qui vult ęternaliter exaltari, necesse est ipsum priùs humiliari. Ideò dicitur
Iob 22. Iob 22. *Qui humiliatus fuerit, erit illi gloria*. Et bene dicitur *humiliatus fuerit*, non apparenter, sed veraciter, quia multi sunt, qui humiles apparent, in habitu & in gestu; qui tamē non sunt humiles spiritu, sed pessimi hypocritæ: qui similes sunt vulpi, quæ apparet
Eccl. 19. simplex animal, & innocens, sed est animal dolosū totaliter. Et ideo de talib. dicitur Eccles. 19.

clef. 19. *Est qui se nequiter humiliat, & interiora eius plena sunt dolo.* Tales non sunt verè humiles, *quia verè humiles debent esse humiles spiritu.* Sed est notandum quod ista humiliatio spiritus, debet prouenire ex amore, non timore. Exemplum habemus. Multi sunt qui libenter peccarent, sed timent pœnam & confusionem: sed illi non sunt ita accepti Deo, sicut illi, qui propter eius amorem, ne eum offendant, nolunt peccare. Sic humilitas spiritus quę prouenit ex amore, est Deo acceptior, quàm humilitas spiritus, quę prouenit ex timore. Gutta enim quæ de vna exit sine pressura, dulcior est; & fructus qui de arbore cadit sine violentia, sapidior est. Sic humilitas spiritus proueniens ex amore. Et tales Deus maximè exaltabit in æterna gloria: iuxta illud Prouerb. 29. *Humilem spiritum suscipiet gloria.* Et ideò dicitur Eccles. 7. *Humilia valde spiritum tuum.* Valde humiliat spiritum suum qui non ex timore, sed ex verò amore ipsum humiliat. Rogemus ergo, &c. Prouerb. 29. Eccl 7.

Dominica Tertia post Epiphaniam.

SERMO DECIMVS.

Rom. 12. NOli vinci à malo Rō. 12. Instante arduo ac periculoso bello cōmilitones inimicos aggressuri se mutuo solēt monere vt fortiter agant, ne faciāt fugam turpem. Vnde etiam Princeps imminente bello hortatur totum exercitum ad pugnandum pro victoria. Sic fecit beatus Paullus, profectus nostri zelator præcipuus, in his verbis. Sciebat enim, ex quo homo nascitur, & intrat campum huius mundi, quod contra diabolum, & contra peccatum, tamquam ad arduum bellum aggreditur. *Militia enim est vita hominis super* Iob. 7 *terram.* Ideo nos admonet, vt tamquam boni & strenui pugiles nos habeamus dicens. *Noli vinci à malo.* Circa quod verbum ad nostram instructionem est sciendum, quod maximè est nobis necessarium vitare mala, propter quatuor mala quæ incurrunt mala facientes.

Primum malum est quod amissa libertate incurrunt dæmonum subiectionē. Nos videmus ad oculum quādo aliquis est in ser-

uitio alicujus cui se obligauit vel subiecit; iste non potest se regere ad suam voluntatem, sed secundùm voluntatem domini sui. Sic quando quis facit malitiam peccati, fit seruus diaboli, & amittit libertatem spiritus, quia, peccatum tollit ab homine priuilegium libertatis, principuæ quo ad spiritum, qua nulli creaturæ, sed soli creatori erat subiectus. Omnis enim creatura habet aliquam conditionem subiectionis, quia omnes creaturas inferiores in mũdo Deus subiecit homini. Iuxta quod dicit Propheta in Psalm. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Superiores aut creaturas, Deus ipsi homini deputabit ad custodiam. Iuxta quod idem dicit, *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te, &c.* Vnde dicit Hieronymus. *Magna est dignitas animarum vt vnaquaque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Sed ipsa libera voluntas hominis tantum nobilitata est à Deo quod nulli creaturæ subiicijtur, & ita habet priuilegiũ libertatis. Sed faciendo peccati malitiam cadit in statum seruitutis. Iuxta illud Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Vnde sicut seruus non facit quod vult, sed quod dominus eius; sic peccator non facit quod vult, sed quod diabolus, quia dicitur 2. Pet. 2. *A quo quis superatus est eius seruus est.* Et natura-

Psalm. 8.
Psal. 90.
Hieron.
Iohan. 8.
2. Pet. 2.

les dicunt quando ceruus victus est ab alio ceruo, numquam ei postea resistit. Sed quando ei occurrit, dominum suum reputans, caput inclinat, & cornua, in signum subiectionis & seruitutis. Sic peccator cum difficultate resistit diabolo, postquam ab eo deuictus fuit cum difficultate exit de peccato. Sicut enim est in potestate hominis ire in puteum profundum, ita non est in eius potestate exire dicat enim

Chrisost.

Chrysostom. *Sicut nauis fracto gubernaculo illuc impellitur, quo tempestas impellit: sic homo diuinæ gratiæ destitutus auxilio, non agit quod vult, sed quod diabolus.*

Thren. 1.

Vnde conqueritur Ierem. Tren. 1. *Abierunt absque fortitudine*, hoc est absque robore virtutis & gratiæ, *ante faciem subsequentis*, hoc est diaboli, qui persequitur hominem per malas suggestiones, vt eum possit præcipitare in peccatum. Et quando hoc facit tenet eum quasi in vinculis ne exeat. Vnde

August. in li. confes.

August. dicit in libro confess. de primordio conuersionis suæ. *Suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde cathenam fecerat & constrinxerat.* Sicut enim iudex habet in maleficis dominium, ita diabolus per peccatũ. Cuius figurã habemus in Par. vlt. vbi dicitur quòd *Nabuchodonosor* qui interpretatur sedens in angustia, id est, diabolus *duxit Manaßem*

nisem regem qui interpretatur oblivio, id est peccatorem quia oblitus est gaudiorum Dei & pœnarum *in Babylonem*? id est, in confusionem peccati. Babylon interpretatur confusio. Et dicitur ibi quod multum pœnituit eum peccasse, & quod ad Deum clamauit & dixit. *Incuruatus sum multo vinculo ferri.* In tot enim vinculis diabolus tenet peccatorem, in quot peccatis est. Vnde Ambr. *Peccator semper est in laqueis semper in vinculis, nũquam liber à compedibus quia nunquam sine criminibus*. O quàm misera seruitus seruire peccato, *& non est respiratio* in hoc nec requies. Peccatum enim hominem requiescere non sinit. Vnde August. *Iussisti Domine, & sic est vt pœna sit peccatori, omnis inordinatus animus.* Et quod hoc sit verum, statim subinfert & dicit caussam. *Quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci.* Patet ergo quod malum facientes incurrũt primò dæmonis subiectionem.

2. Parali. 6.

Ambros.

August.

Secundum malum est, quòd amittunt spiritualium bonorum possessionem, videmus enim interdũ accidere, quod fures & malefactores dũ capiũtur, statim ab omnib. denudãtur & omnia eis auferuntur. Ita homo qui capitur in malo siue peccatis, omnib. bonis spiritualibus denudatur, & arma sua auferũtur, scilicet virtutes, gratiam, & dona Dei, qui-

quibus nolebat Diaboli resistere, & bona opera quæ facit mortua sunt : quia inutilia quantum ad meritum vitæ æternæ Iuxta
Esa. 59. quod dicit. *Opera eorum inutilia, & omnis iniquitas in manibus eorum.* Per vnum enim peccatum mortale amittuntur multa bona opera, & quantum ad meritum & præmium, ducuntur inutilia. Quemadmodum enim agricola perdit fructum laborũ suorũ, quando fruges dum incipiunt crescere aut vineę florescere gelu exuruntur. Ita homo est aliquãdo in bono statu, & in via Dei, & habet multa bona opera: sed adhuc est in flore quàm diu est in mundo. Sed quando venit ventus aquilonis, scilicet tentatio Diaboli, & facit gelu, id est, peccatum in anima : tunc anima læditur quasi vinea in primo flore, vt dicit Iob & totum amittit, in quibus priùs labora-
Ierem. 51. uit. Vnde dicit Ierem. *Quia non est spiritus in eis, vana sunt opera eorum & risu digna, & tempore visitationis suæ peribunt*: hoc est tempore tentationis, scilicet, quando ventus aquilonis visitat eos, id est, Diabolicæ tentationis. Tunc fiunt frigida eorum bona opera, quia in eis, Spiritus sancti gratia non est, vt tentationibus resistant. Videmus enim quod terra naturaliter non germinat, nec proficit sine calore aliquo. Vnde multæ terræ frigidæ sunt inhabitabiles, & nullum faciunt

faciunt fructum. Cùm igitur Spiritus sanctus sit calor animæ, & per peccatum fit anima frigida, ideo non potest facere spiritualem fructum, nisi mediante eius calore. Vnde etiam videmus, quòd arbor quæ habet radicem malam & amaram, facit fructum suum amarum: ita homo qui habet cor amarum amaritudine peccati, & immunditia malarum affectionum, spiritualiter non potest facere fructum bonorum operum Deo acceptorum, iuxta dictum saluatoris: *Non potest arbor mala fructus bonos facere.* Vnde Sapient. 10. *Sapientiam & disciplinam*, id est, increatam Spiritus sancti *qui abiicit* per peccatum *infelix est & vacua est spes illorum* quãtum ad præmium & *sine fructu labor eorum, & inutilia opera eorum*, quantum ad meritum. Matth. 7. Sap. 10.

Sed est notandum secundùm Raymundum & Ostiensem licet confessiones, orationes, & ieiunia & alia bona opera, quæ faciũt non verè pænitentes, sed in peccato mortali manentes, non valeant ad vitam æternam obtinendam: valent tamen ad quinque. Primò ad extremi iudicij supplicium tollerabilius subeundum. Secundò ad temporalem prosperitatem obtinendam. Tertiò vt citiùs corda eorum illustrentur ad pœnitentiam. Quartò ad assuefactionem bonorum operũ. Quintò ad diabolicę potestatis diminutionẽ

in

quia credendum est quod diabolus non habeat tantam potestatem in tales quantam haberet, si talia bona opera non facerent.

Tertiũ malũ est quòd in die iudicij, horribilẽ sustinebunt cõfusionẽ. Videmus enim apertè, quòd quãdo malefactores trahũtur ad iudiciũ in pleno foro corã oculis omniũ, eorũ scelera recitantur & publicantur ad eorũ confusionẽ. Sed miseri peccatores qui modò adijciũt peccatũ super peccatũ, in extremo iudicio, quãdo ducentur antè tribunal horrendi iudicis, indicibilem sustinebunt confusionem. Iuxta illud Ierem. 22. *Tunc confunderis & erubesces ab omni malitia tua:* quia tũc eorum scelera, quæ quidem modò per erubescentiam abscondunt, & nolunt ea confiteri nec dimittere; coram toto mundo recitabuntur, & ita apertè, sicut ea gesserunt in mundo ab omnibus videbuntur. Vnde dicit Hieron. *Heu nudabitur peccatorum conscientia, & aperto corde videbuntur litteræ peccatorũ meorum, quæ scriptæ sunt stilo ferreo, atque vniuersa multitudo astantium leget in pectore meo, signatas imagines peccatorum meorum*, tunc miseri peccatores præ nimia confusione, cum ingenti luctu & gemitu, dicent montibus: *Cadite super nos, & collibus operite nos.* Istum ergo diem districti iudicij semper deberemus habere ante oculos nostros, & cogitare quomodo

[Margin: Ierem. 22. — Hieron. — Luc. 23.]

modo possemus securè coram isto districto iudice stare, & cum electis suis regnum æternum accipere. Vnde dicit Hieron. *Siue comedam, siue bibam, siue aliquid faciam, semper sonare videtur in auribus meis illa terribilis tuba, Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Bene ergo tunc omnibus illis, qui securè ibi parebunt absque macula, stabunt enim cum gaudio ante tribunal Iesu Christi: sed ve miseris peccatoribus, qui sic in mundo vixerunt, quod cùm dolore & tristitia venient eo: miserabiliter enim confundêtur iuxta illud Ierem. *Confundentur confusione vehementi, quia non intellexerunt obprobrium sempiternum quod nulla obliuione delebitur.* Vnde etiam ad maiorem eorum confusionem, Deus excitabit omnem creaturam contra eos, vt dicitur Sap. 5. *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Volucres enim cœli, & pisces maris, & omnes bestiæ cõquerentur de ipsis, quòd eis indignè & malè vsi sunt. Terra excutiet eos mouens se vndique & scindet se per medium; aqua infra alueum suum se colliget, vt nec guttam habere possint ad refrigerium: aer, fulgura & grandines mittet contra eos, ignis, eos ad solatium non calefaciet, sed ad vindictam sine intermissione exuret. Sol & luna & stellæ in firmamento retrahêt radios suos, ne eis luceant, & sic omnis creatu-

Hieron. in Matth.

Ierem. 20.

Sap. 5.

ra

ra pugnabit pro suo creatore, ad vindictam & confusionem contra peccatores.

Quartùm malum est, quòd incurrent æternæ pœnæ obligationem. Malefactoribus enim quando capiuntur, tollerabilius esset si solùm amitterent hæreditatem; sed quando ad perpetuum carcerem damnantur, intollerabilis est eis pœna. Sic ipsi peccatores non solùm amittunt hæreditatem regni cœlestis: immo etiam æternæ pœnæ obligantur. Et ratio huius est secundùm Anselmum in libro Cur Deus homo. vbi dicit *quod secundùm mensuram delicti oportet esse satisfactionem*: aliter inordinatum remaneret peccatum, quod esse non potest, quia Deus nihil dimittit inordinatum in regno suo. Sed omne peccatum mortale habet quantitatem infinitam, scilicet culpam, quæ est infinita: quia tanta est offensa peccati sicut ille qui offenditur per peccatum, sed ille qui offenditur per peccatum est infinitus, scilicet, Deus; ergo & culpa erit infinita: ergo debet etiam pœna infinita puniri. Sed est notandum quod quadruplex est pœna damnatorũ. Prima est tenebra obnubilans, quia nunquam Deum videbunt, & hæc pœnarum est maxima. Vnde dicunt Sancti, quod vsque ad diem iudicii damnati vident gloriam bonorum; vt de hoc magis torqueantur

Lib. cur. Deus homo.

iuxta

iuxta illud Sap. *Videntes turbabuntur timore horribili dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præangustia spiritus gementes.* Sed post diem iudicii claudetur ianua; ita quod de cetero non poterunt videre gloriam Beatorum. Et ex hoc magis augmentabitur pœna eorum, quando considerabunt se esse indignos, vt videant gloriam Dei, & hoc erit eis pœna super omnem pœnam. Secunda pœna est sententia separans, *quia in nouissimo die exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum vt dicit* Mat. 13. Sed quãdiu durat vita præsens omnia sunt commixta vt patet in cursu naturæ & motu. Videmus enim quod lux & tenebra commixta sunt in aëre: hoc etiam videmus in luna, quæ in circuitu est luminosa, in medio verò tenebrosa. Item videmus in corpore humano, vbi commixti sunt boni humores cum malis. Item videmus quòd in corde humano, commixtę sunt malæ intentiones, cum bonis operibus. Sed in die iudicii separabuntur boni à malis sicut lux à tenebra; & hoc fiet per diuinam sententiam quando dicet: *Venite benedicti*, &cæt. & talis tunc fiet separatio, quòd nunquam fiet commixtio. Tertia pœna est inuidia contristans; quia voluntas damnatorum, est per inuidiam corrupta & damnata. Vnde sicut bonorum voluntas Matth. 25.

gaudebit de omni bono; ita voluntas damnatorum dolebit de omni bono: quia voluntas deliberatiua eſt in eis corrupta, ita quòd nõ poteſt velle bonũ. Ratio huius eſt & ſumitur à loco: Videmus in mũdo vniuerſo, quòd triplex eſt differẽtia locorum, ſcilicet, ſupremus medius & infimus: Videmus prętcrea quòd ea quæ ſunt in loco ſupremo, ſicut ſtellæ in firmamento exiſtentes ita ſunt lucidæ, quòd non poſſunt eſſe tenebroſæ. Et ea quę ſunt in loco infimo, vt terra, ita eſt tenebroſa quod non poteſt eſſe lucida. Sed ea quæ ſunt in medio ſicut aër, illuminatur & obtenebratur. Et ſecundùm hunc modum, ſancti qui ſunt in cœlo ſicut in ſupremo loco, ita ſunt confirmati in bono, quod nullomodo poſſint velle malum: & damnati qui ſunt in infimo, id eſt, in inferno, ita ſunt obſtinati in malo, quod nullomodo poſſint velle bonum: Sed homines qui adhuc ſunt in mundo, tamquam in medio loco vſque ad mortem, poſſunt eſſe boni, & velle bonũ & malum, & incidere in peccatum, & ab illo reſurgere, quamdiu ſunt in hoc mundo. Quarta pœna eſt gehenna crucians, hoc eſt infernalis ignis; qui tantæ eſt efficaciæ, quod nunquam extinguetur, vt dicitur Eſa.
a 55 *Ignis eorum non extinguetur*, quia non indiget lignorum incenſione, quia ipſi damnati erũt tam-

tamquam arida ligna æternaliter ardentia, nec indigent alicuius insufflatione; quia ira domini tamquam torrens ventus æternaliter insufflauit illum. De isto igne dicit Aug. *Quantum distat ignis materialis ab igne picto,* Augus. *tantum distat ignis infernalis ab igne materiali, cuius tanta est violentia, quod si in ipsum flueret marium vniuersitas eum nec modicum refrigeraret.*

Dominica Quarta post Epiphaniam.

SERMO VNDECIMVS.

PLenitudo legis est dilectio, &c. Rom. 13. Cupientes aliquē alicui reddere & familiarē & amabilē eum à virtute, commendāt & quæ in eo præclara sunt naturæ dona, laude efferunt, pater etiam, cupidus filium in arte aliqua proficere eandem filio commendat, bonaque inde prouentura enarrat, vt ad eam feruentiùs adspiret. Idem facit doctor eximius beatus Paulus Apostolus in hoc verbo. Vult enim dilectionem Dei & proximi cordi nostro imprimere, vult etiam nos tanquam pater dilectos filios ad dilectionis artem addiscendam, excitare, quòd pulcherrima sit, vt dicit Bernardus: *Ars artium est ars amoris, cuius magisterium ipsa retinuerit natura & Deus natura.* Igitur quia om-

nium quæ haberi potest nobilissima ars est: Ideo Beatus Paulus gratias & conditiones ipsius diuinæ dilectionis declarat, & bona nobis ex hoc prouenientia manifestat, dicens *plenitudo legis est dilectio*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciēdum, quòd sicut in rebus exterioribus, quatuor genera rerum quatuor modis plena esse videmus: sic in spiritualibus, inuenimus quatuor genera hominum, quatuor modis etiam esse plena.

Primò inuenimus in rebus exterioribus, quòd aer est plenus interdum vento, à quo agitatur, quando enim aer à vento agitatur, commouetur; & ex collisione vētorum solent turbines in aere generari, & in altum eleuari. Eodem modo inuenimus spiritualiter homines superbos, plenos vento vanitatis, siue vanę glorię. Iuxta illud Ierem. *Domus illorum* (hoc est corda illorum) *sunt plenæ dolo* hoc est vana gloria, quæ bene dicitur dolus, quia seducit superbos sua vanitate. Istis ergo, si Deus aliquando confert aliquā gratiam, statim aliquam complacentiam inueniunt in seipsis, quâ alios despiciunt & omnibus volunt præponi, & tantum strepitum faciunt ex illa gratia eis collata, quod semper prę alijs volunt loqui, nec alias loqui permittunt, & sic gratia sibi à Deo collata abu-

Ierem. 5.

abutuntur: Nec mirum; quia superbia, quæ est mater omnium vitiorum, non sinit, vt illa gratia bene vtantur. Dicunt naturales, quòd ceruus non habens cornua, discurrit hinc inde, & ostendit se alijs bestijs: sic superbi habentes aliquam gratiam, vtpote scientiæ, fortitudinis, & pulchritudinis, vel huiusmodi, tam præsumptuosè & indiscretè vtuntur ea, quod vbique ex hoc gloriantur, & ex hoc alios impugnant. sed oportet quod alij hanc gratiam non habentes, licet fortè sint perfectiores, eos fugiant. De hoc figuram habemus Exodi 34. *Videntes Aaron & filij Israel cornutam esse faciem Moysi timuerunt prope accedere.* Vnde oportuit quòd velaret faciem suam. Sed Iosephus dicit, quòd secundùm veritatem facies Moysi nõ erat cornuta, sed erant quidam radij ex facie eius, quasi cornua, verberantia oculos intuentium. Et legitur ibidem quod ipse se cornutum ignorasset. Vtinam & nos gratias, quas habemus ignoraremus, id est, non inde, per vanam gloriam alijs nos ostenderemus. Vnde etiam innuitur ibidem, quòd quando vidit se cornutum, velabat faciem suam. Sic & nos, quando aliquam in nobis gratiam videmus, illam statim deberemus velare velo humilitatis. Humilitas enim, summè necessaria est homini habenti aliquas gratias, & quanto Exod 34.

maiores homo habet gratias, tanto magis infestatur à diabolo per superbiam, vt eo amplius se extollat. Ergo habenda est humilitas, quia nulla virtus in tãtum fugat dęmones, sicut humilitas. Ipsa enim est illa dulcissima cithara regis Dauid, quæ expulit ab homine spiritum superbiæ. Huius figuram
1. Regum 3. habemus 1. Regum 3. *quod quando malignus spiritus diripiebat, Saul, tollebat Dauid cytharã & percutiebat & refocillabatur Saul, & melius habebat.* In cythara videmus quod multæ sunt cordæ, & tamen nulla habet melodiam nisi tangatur inferior. Sic homo multas habens gratias, multas virtutes, tamen nisi tangatur corda humilitatis, non fit melodia Deo accepta. Nulla enim gratia, vel virtus, sonat sine humilitate. Quando ergo homo habẽs aliquas gratias vel virtutes, infestatur à diabolo per superbiam, vt de gratijs sibi collatis, se extollat per vanam gloriam, accipiat cytharam virtutis, & tangat cordam humilitatis, & absque dubio fugiet ab eo spiritus malignus, nec eum vltra infestabit. Vnde legitur de Sancto Antonio, qui semel vidit omnes laqueos inimici super terram extentos, & cum suspirans dixisset: *quis hos poterit* effugere, audiuit vocem dicẽtem, *humilitas sola Anthoni pertransibit.*

Secundò inuenimus in rebus exterioribus,

bus, corpus humanum plenum malis humoribus, à quibus debilitatur; quia ex nimia superfluitate malorum humorum, & ex nimia repugnantia elementorum in qualitatibus, complexio hominis debilitatur, & ex nimia debilitate, tandem homo moritur, quæ quidem mors nihil aliud est, quàm separatio animæ à corpore. Ita etiam inuenimus spiritualiter, quòd peccator est plenus pessimis cogitationibus, concupiscentijs & similibus, quæ sunt tanquam mali humores in anima. Iuxta illud Eccl. 1. *Cor tuum plenum est dolo & fallacia.* Eccl 1. Ex quibus ipsa anima spiritualiter debilitatur & moritur, quæ mors nihil aliud est quàm separatio animæ à Deo quia in ipso Deo consistit vita animæ, vt dicit August. *Vera mors est quam homines non timent separatio à Deo qui est beata vita animarũ.* August. Quando ergo anima separatur à Deo, spiritualiter moritur. Et hanc separationem, causant peruersæ cogitationes: secundùm quòd dicitur Sapient. *Cogitationes peruersæ separant à Deo*, scilicet animam in quo est vita sua. Sapien. 1. Vnde nota, quòd triplices sunt cogitationes. Primæ sunt quæ sollicitant cor vel animam, sed non sordidant, nec animam à Deo separant: & istæ cogitationes sunt, quę se cordi violenter, & importunè immergunt absque omni delectatione & consensu, im-

mo contra rationem, & voluntatem totaliter. Sicut quandoque contingit, quod occurrunt huiusmodi turpes & abominabiles cogitationes de Deo, & sanctis, de Sacramento altaris, de supercœlestibus contra omnem voluntatem. Istæ ergo cogitationes, nec cor nec animam sordidant, nec à Deo separant, vt dicit Gregor. *Quantumcunque sit immunda cogitatio, mentem non polluit, cui ratio non consentit.* Secundæ cogitationes sunt, quæ cor licet animam sollicitant, & aliquantulum sordidant, sed à Deo non separant. Et istæ cogitationes sunt, quæ fiunt cum delectatione aliqua, non morosa; vel consensu, sicut contingit quando aliquando homo cogitat cum delectatione de mundi vanitate, carnis voluptate, peccati delectabilitate, antequam aduertit quod cogitet, vel vnde cogitet: quia aliquando cõtingit, quod homo vult recogitare peccata sua cum amaritudine & dolore, & antequàm aduertit, admiscet se aliqua delectatio, quam etsi sentit, tamẽ ei non cõsentit. Et tales cogitationes possunt etiam habere homines valdè bonæ conscientiæ aliquando, vnde dicit Bernard. *Boni conscientia est, quæ peccata præterita punit, & punienda non committit, quæ si peccatum sentit, peccato non consentit; quam si cogitatio maculat, ratio lauat.* Et talis cogitatio ali-

Gregor.

Bern.

aliquantulum cor sordidat, sed tamen quia sine consensu & voluntate fit, à Deo non separat. Tertiæ sunt cogitationes, quæ cor vel animam sollicitant, sordidant, & à Deo separant, scilicet, quando homo cogitat delectabiliter de peccato, & in illa delectabili cogitatione, trahitur ad consensum actus & operis, si haberet locum & oportunitatem. Tales cogitationes separant à Deo. Et istæ dicuntur peruersæ secundùm quòd dicitur Sapient. *Cogitationes peruersæ separant à Deo,* Sap. 1. scilicet ipsam animam in qua consistit eius vita. De talibus cogitationibus dicit Greg. Gregor. *Scimus quod aliquãdo minus est in corruptionem corporis cadere, quàm tacita cogitatione ex deliberata mente peccare.* Idem dicit Leo Papa in Leo. sermone. *Peius est corde per meditationem peccare, quàm per præcipitationem in opere.*

Tertiò inuenimus in rebus exterioribus agrum plenum floribus, vnde dulcis odor propalatur. Videmus enim quòd quando ager est plenus floribus, & bene redolet, dicitur quandoque à transeuntibus: Iste ager est quasi paradisus. Ita etiam inuenimus spiritualiter, quando ager deuota animæ est plenus diuersis virtutum floribus, super omnia redolet. Vnde de tali homine potest dicere cœlestis pater, illud Genes. *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Domi-* Genes 27.

 nus.

num. Anima ideo deuota, de sua conscientia volens facere agrum odoriferum, debet ipsum spiritualiter quatuor floribus ornare. Primò flore vineæ perfectæ humilitatis. Per florem vineæ bene significatur humilitas: quia sicut flos vineæ quando incipit florere, serpentes eam fugiunt, non valentes sufferre eius odorem. Sic quando flos perfectę humilitatis incipit florere, in agro conscientiæ deuotæ animæ, fugit ab eo serpens antiquus scilicet diabolus, qui cum radix & origo sit superbiæ, humilitatē sibi omnino contrariā sustinere nequaquā potest. Vnde de humilibus potest exponi illud Cāt. *Vineæ florentes odorē dederunt*, quia nobilis est iste flos odoris:
Bern. nā sine ista, nulla virtus Deo redolet, quia dicit Ber. *Suauius Deo redolet humilitas infirma, quā virtus elata.* Est & maximæ efficaciæ; nā mirifica dulcedine sui odoris, traxit cœlestē florē Dei filium in vterum terreni floris B. Mariæ
Luc. 1. virginis. Et hoc ipsa attestatur dicens *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, &c. Secundò flore lilij munditiæ & castitatis; quia sicut lilium, tam interius quàm exterius in folijs, est impermixtum colore, niueum habens candorem: sic perfecta mundicia & castitas, non solùm deberet esse exterius absque macula corruptionis, verum etiam interius absque macula malæ affectionis. Credo enim minus malum

[illegible] esse corpus inquinare, per præcipitationem, quàm mentem per malam & diuturnam affectionem. Suauis est iste flos mũditiæ & castitatis, quia solummodo habetur à Deo vt dicit Sapiens. *Non possum aliter esse continens nisi Deus det.* Huic assimilatur Christus, *qui est candor lucis æternæ, & speculum sine macula.* Vnde dicit Bernard. *Iesus est flos, orti virgo de virgine natus.* De suauitate huius floris dicitur Ecclesi.39. *Florete flores, & quasi lilium date odorem.* Delectabilis est valdè odor munditiæ & castitatis: est enim familiaris Deo & Angelis suis. Tertiò flore rosæ verecundiæ & pudoris. Et benè comparatur rosa verecundiæ, nam rosa est rubei & pulcherrimi coloris, & maximi candoris, & locum, vbi flores multum adornat. Sic ipsa verecundia vbi floret in agro conscientiæ, animam deuotam dulciter adornat, & non solum animam, verùm etiam exteriorem faciem adórnat roseo colore. Ipsa enim est omnium hominum decor, præcipuè tamen mulierum & dominarum. Vnde Ecclesi. *Gratiam super Gratiam, mulier sancta, & pudorata.* Omnis enim honor laus mulierum plurimum dependet in earum verecundia. Mulier enim sine verecundia, modicę laudis est, honoris, sicut ad oculum videmus. Hunc florem multum commendat Bernard. super

Sap.8. Bern. Eccli.39. Eccl.26.

Cant.

ner ser 86. in Cant. Cant. dicens. *Verecundia, specialis gloria conscientiæ est, famæ custos, virtutis sede, primitiæ virtutum, meritum naturæ, laus, & insigne totius honestatis*. De isto ergo flore verecundiæ potest exponi illud Eccles. Eccl. 50. *Quasi flos rosarum in diebus vernis*. Rosa vbi floret, suauissimum diffundit odorem, sic verecundia vbi floret in bona conscientia, suauiter redolet, & non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Quartò flore campi diuini amoris: optimè enim per florem campi significatur flos diuini amoris, quia crescit in America, vbi stat in solitudine. Sic ipse diuinus amor, vbi crescit in agro bonæ conscientiæ, animam in tantam dulcedinem Christi accēdit, quòd ipsam tam solitariam efficit; vt nihil aliud quàm cum ipso in solitudine esse appetat. Iuxta quod dicit sponsa Cant. 7. in Cant. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum*, Bernard. scilicet solitudinis. Vnde dicit Bernard. *O anima mea sola esto; vt illi solum te exhibeas*, quem ex omnibus elegisti: quid enim est aliud esse solum, cum Christo, & in solitudine: nisi omnem amorem mundi penitus à se remouere: valdè delicatus est diuinus amor. Vult enim solus esse cum sola, & ideo nequaquam patitur secum alienum amorem. Item secundò significatur per florem campi diuinus amor. Flos enim campi rubei coloris est, & in

& in se quodammodo habet inclusa signa dominicæ passionis, vtpote vulnera, clauos, spineam coronam, si quis diligenter consideraret: sic flos diuini amoris in agro cõscientiæ, facit animam in se iugiter gerere passionem sui dilecti, vt eius memoriam semper apud se habeat. Vnde talis anima potest dicere: *ponam te quasi signaculum, quia elegi te.* Et hoc etiam à sponsa sua petit in Cantic. *Pone me vt signaculum super cor tuum, quia fortis est vt mors dilectio.* Nobilis est iste flos charitatis, & meritò; est enim nobilitatus super omnes flores virtutum. Vnde propter eius nobilitatem, Christus seipsum appellat florem campi, in Canticis dicens: *Ego flos campi.* Vnde Ioan. *Deus charitas est.* Meritò ergo præcellit odorem omnium florum, & herbarum: vt de ea veraciter dici possit illud Cantic. *Odor tuus super omnia aromata.* Et sic habemus quatuor flores spirituales, quæ adornant agrum bonæ conscientiæ, & faciunt ipsum suauiter Deo redolere; nec mirum: quia videmus quòd flores naturales ad calorem solarium radiorum, à terra erumpunt, & pullulant, & vndiq; suauitatem sui odoris dispergunt: sic etiam quando calor diuinorum radiorum, refulget in agrum bonæ consciẽtiæ adornatum diuersis floribus virtutum, facit ipsum perfectissimæ in gratiam flo-

Cant. 8.

1. Ioan. 4.

ner ser 86. in Cant. Cant.dicens. *Verecundia, specialis gloria conscientia est, famæ custos, virtutis sedes, primitiæ virtutum, meritum naturæ, laus, & insigne totius honestatis.* De isto ergo flore verecundiæ potest exponi illud Eccles. *Quasi flos* Eccl.50. *rosarum in diebus vernis*. Rosa vbi floret, suauissimum diffundit odorem, sic verecundia vbi floret in bona conscientia, suauiter redolet, & non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Quartò flore campi diuini amoris: optimè enim per florem campi significatur flos diuini amoris, quia crescit in America, vbi stat in solitudine. Sic ipse diuinus amor, vbi crescit in agro bonæ conscientiæ, animam in tantam dulcedinem Christi accēdit, quòd ipsam tam solitariam efficit; vt nihil aliud quàm cum ipso in solitudine esse appetat. Iuxta quod dicit sponsa Cant.7. in Cant. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum*, Bernard. scilicet solitudinis. Vnde dicit Bernard. *O anima mea sola esto; vt illi solum te exhibeas*, quem ex omnibus elegisti: quid enim est aliud esse solum, cum Christo, & in solitudine: nisi omnem amorem mundi penitus à se remouere: valdè delicatus est diuinus amor. Vult enim solus esse cum sola, & ideo nequaquam patitur secum alienum amorem. Item secundò significatur per florem campi diuinus amor. Flos enim campi rubei coloris est, & in

& in se quodammodo habet inclusa signa dominicæ passionis, vtpote vulnera, clauos, spineam coronam, si quis diligenter consideraret: sic flos diuini amoris in agro cõscientiæ, facit animam in se iugiter gerere passionem sui dilecti, vt eius memoriam semper apud se habeat. Vnde talis anima potest dicere: *ponam te quasi signaculum, quia elegi te.* Et hoc etiam à sponsa sua petit in Cantic. Cant. 8. *Pone me vt signaculum super cor tuum, quia fortis est vt mors dilectio.* Nobilis est iste flos charitatis, & meritò; est enim nobilitatus super omnes flores virtutum. Vnde propter eius nobilitatem, Christus seipsum appellat florem campi, in Canticis dicens: *Ego flos campi.* Vnde Ioan. *Deus charitas est.* 1. Ioan. 4. Meritò ergo præcellit odorem omnium florum, & herbarum: vt de ea veraciter dici possit illud Cantic. *Odor tuus super omnia aromata.* Et sic habemus quatuor flores spirituales, quæ adornant agrum bonæ conscientiæ, & faciunt ipsum suauiter Deo redolere; nec mirum: quia videmus quòd flores naturales ad calorem solarium radiorum, à terra erumpunt, & pullulant, & vndiq; suauitatem sui odoris dispergunt: sic etiam quando calor diuinorum radiorum, refulget in agrum bonæ consciẽtiæ adornatum diuersis floribus virtutum, facit ipsum perfectissimæ in gratiam

flo-

florem,& ipſos flores virtutum ſuper omnia aromata redolere. Heu ſic non florent, in mortalibus peccatis exiſtentes. Videmus quod in agro bono, quo diuerſi flores redolent, ſi ſit ibi vnus flos fetens, omnium talium florum odorem bonum corrumpit. Sic certè ſi in agro conſcientiæ, quo diuerſi ſunt flores bonorum operum, ſi eſt ibi fetēs flos peccati mortalis, corrumpit totum.

Exodi 5. Tales namque poſſunt dicere illud Exodi *Fetere fecisti odorem nostrum.* Et ideo non debet homo ſuſtinere, vt in agro conſciētiæ ſuæ pullulet aliquis fetens flos peccati mortalis, vel malæ affectionis, vel cogitationis. Vnde cùm ſentit hos pullulare, ſtatim debet eos per confeſſionem,& ſatisfactionem eradicare. Iuxta quod dicitur Prouerb. 24.

Prouerb. 24. *Diligenter exerce agrum tuum,* ſcilicet agrum

Leuit. 16. conſcientiæ. Et ideo etiam ſcriptum fuit Iudæis Leuit. 16. *Agrum non ſeres diuerſo ſemine,* ſcilicet, bono opere & malo, ne malum opus omnino bonum corrumpat.

Quartò inuenimus in rebus exterioribus diem plenum claritate ſolis, à quo illuſtratur quando enim aer eſt plenus lumine ſereno, dicimus, ſol valde clarus eſt. Ita ſpiritualiter inuenimus quando animæ perfectæ illuminabuntur à ſole iuſtitiæ; tunc plena erit dies,& tunc plenæ erunt claritate diuinæ

næ cognitionis & dilectionis. Sed quamdiu durat vita præsens, ista claritate perfectè illuminari non possunt, ita vt Deum prout est perfectè in sua essentia cognoscant, sed secundum quandam sui similitudinem in creaturis, in quibus relucet sua sapientia, potētia & bonitas. Vnde dicitur Sap. *Per magnitudinem creaturæ & speciem potest intelligibiliter creator videri.* Vnde dicit Gregor. *quod viæ ad creatorem sunt mira opera creaturæ visibilis: non enim tam magna esset creatura nisi potens esset creator, tam pulchra nisi sapiens, tam suauiter disposita nisi bonus. Congruit enim diuinæ bonitati cuncta suauiter disponere.* Vnde dicit Ambros. *Deus qui natura inuisibilis est, vt à visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestaret, vt per incertū certū sciri posset, & ideo Deus omnium crederetur: qui hoc fecit quod ab omnibus impossibile est fieri. Poterat ergo cognosci vltra omnem creaturam, esse qui ea fecit quæ nulla creatura facere vel destruere valet.* Et sic patet, quòd in creaturis aliqualiter cognoscimus creatorem, sed tamen imperfectè. Sed quando anima resoluta à corpore intrat gaudium Domini sui, & hoc mortale induerit immortalitatem, non ampliùs videbimus Deum secundùm quandam similitudinem in creaturis, sed facie ad faciem, vt est in sua essentia. Tunc enim primò

Sap. 12. Gregor. Ambros.

mò replebitur anima perfectè claritate di-
Apocal 21. uina,vt dicitur Apoc.21.*Ciuitas illa non eget sole & luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam,& lucerna eius est agnus.* Tunc erit plena dies, immo superplena, vt dicit
Psalm 72. Psalm. *Dies pleni inuenientur in eis.* Et ideo cognitio nostra non erit tenebrosa prout cognitio nostra est in creaturis, sed perfectè
Esa.58. plena,diuina claritate. Vnde dicit Esa.*Tenebræ tuæ erunt sicut meridies*, id est,pro cognitione obscura, quam habuisti in creaturis, dabitur tibi vera cognitio creatoris: *& implebit splendoribus animam tuam*, videlicet claritate suæ deificæ contemplationis; quia implebit omnes vires animæ, suę claritatis dulcedine.
Bernard. Vnde Bernard.*Implebit Deus rationale nostrũ luce sapientiæ,vt nihil nobis penitus desit in vlla scientia. Implebit cõcupiscibile nostrum fonte iustitiæ,vt omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur. Cùm verò hoc quòd dicitur irascibile repleuerit Deus,perfecta erit in nobis trãquillitas & lætitia, & in summa iucunditate replebimur potestate diuina.*

Dominica

Dominica Quinta post Epiphaniam.

SERMO DVODECIMVS.

INduite vos sicut electi Dei, &c. Ad Colossen. Colossen. 3.
Homo alicuius valoris vel magni nominis multùm confunderetur, si nudus, & spoliatus cùm ribaldis inueniretur; atque vestes suas ad traxillos amisisset. Ita multùm debet confundi quilibet Christianus qui nudus gratiâ & virtutibus inuenitur à vilissimis dæmonibus spoliatus. Turpe enim est ei, quòd ad modicam delectationem peccati mortalis, amittat istas vestes. Et ideo ne nudi inueniamur, & erubescentiâ respergamur: hortatur Apostolus vt induamur non solùm veste corporali, sed etiam spirituali. Erubescentia consequitur nuditatem vtriusque vestis. In cuius figura tunc primò primi parentes erubuerunt, cùm fuerunt nudati veste innocẽtiæ. Erubuerunt etiam, quia non habuerunt vestem corporalem, de quo priùs non erubescebant; licet essent nudi corporaliter. Multùm ergo seruanda est hæc vestis, quæ in iudicio coràm toto mundo est portanda, quam qui non habet, nudus in tanta curia

Apoc 3. apparebit. Ideò dicitur Apoc. 3. *Vestimentis albis induaris*, quare & ipse Apostolus dicit. *Induite vos sicut electi Dei.* Circa quod verbum vt induamur sicut electi Dei, est sciendum, quòd Christus eligit quatuor genera hominum in hoc mundo.

Primò libenter eligit Christus sponsam, id est, animam, virtutibus pulchriorem. Videmus enim quod nobiles & diuites, sponsam pulchram desiderant, & procurant. In hunc modum filius summi regis in quo sunt omnes thesauri diuitiarum & perfectionum absconditi, sponsam desiderat virtutibus pulcherrimam. Cùm enim ipse sit ille *speciosus forma præ filijs hominum*, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, ideò non curat nisi de pulchra.

Possumus autem, eius pulchritudinem optimè cōsiderare in creaturis. Si enim pulcher est sol, pulchra est luna, pulchræ sunt stellæ, pulchrum est cœlum; si pulchri sunt Angeli, pulchri sunt homines: quāto magis iste qui fecit ista. Non dubium, quin maiorem pulchritudinem sibi reseruauit, quàm creaturis dedit, quia omne quod alteri dat de suo, abundantiùs habet, quàm ille qui recipit. Sed Christus, qui est sapientia Dei patris, dedit pulchritudinem omnibus creaturis, ideò pulchrior est omnium creaturarum

pul-

pulchritudine. Vnde quando à sponsa in Cant. 5.
Cantic. quæritur. *Qualis est dilectus tuus?* respondet. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Vnde candidus quidem virgineâ puritate, rubicundus excellẽtissimâ charitate, electus ex millibus, immò super omnes, perfectissimâ pulchritudine; quia incomparabiliter transcendit omnem creaturam, tam Angelicam, quàm humanam. Cùm igitur Christus sit tantæ pulchritudinis, non mirum quòd non eligit animam in sponsam nisi virtutibus pulchram, quia secundùm Cassiodorum. *Pulchritudo* Cassiodor.
vel difformitas animæ virtutum vel vitiorum qualitate gignitur. Et ideo sponsa Christi debet esse ornatior, tanto maiori studio placẽdi, quanto maior est iste cui placendus est. Vnde scribitur. *Pulcherrima feminarum eligitur ei,* id est, anima virtutibus pulchra, quæ Numer. 16.
dicitur fæmina propter fecunditatem bonorum operum. Vnde dicitur Numer. 16. *Quemcunque elegerit Dominus erit sanctus.* Qualis autem pulchritudo illorum quos elegit dominus debeat esse, describit Idem Trenorum 4. dicens. *Candidiores Nazarei* Tren. 4.
eius, id est, sancti, quos ipse elegit *niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* In quo quidem verbo, ipse tales sanctos quos Dominus elegit, describit apertè

perte, quia debent habere quadruplicem pulchritudinem.

Primò debent esse candidiores niue, propter virginalis castitatis cõseruationem. Ipsa enim virginalis castitas multum reddit animam pulchram, vt rectè de ipsa Christus dicere possit illud Cantic. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Comparatur autem bene virginalis castitas niui, tripliciter. Primò, *quia in niue est tanta puritas, quod omne aliud videtur esse sordidum*, vt dicit Chrysostom. Sic est de vera castitate, quæ tantæ puritatis est, quod sub cœlo nihil potest ei comparari. Vnde ex sua dignitate comparatur puritati Angelorum, quorum tamen puritatem quodammodo excellit. Vnde dicit Ambros. *Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines assimilantur Angelis, maior est tamen virginitas virginum in Ecclesia quàm Angelorum; Angeli enim in castitate viuũt, homines virgines in castitate triumphant.* Bene ergo pulchra virtus est castitas, quæ sic homines ornat quod Angelis comparantur. Vnde de eius commendatione idem Ambrosius dicit. *Fulgida virginitas, gemma est virtutum, germana Angelorum, lampas Ecclesiarum lux Patriarcharum canticum Prophetarum diuulgatio Apostolorum, ipsa calcat libidinem, vincit Diabolum.*

Cant. 4.

Chrysost.

Ambr.

Ambr lib. de virginitat.

lum, contemnit sæculum, deprimit omne piaculum. Secundò comparatur virginalis castitas niui propter eius dignitatem, nix enim origine est cælica: sic ipsa virginalis castitas est *donum optimum & datum perfectum desursum descendens à patre luminum*, id est, sanctorum, & est quædam emanatio sincera, distillās ab illo fōte ęternę castitatis, scilicet Iesu Christo à quo effluit omnis bonitas. Ab ipso enim datur, & mediante ipso conseruatur. Vnde dicit sapiens. *Non aliter possum esse continens, nisi Deus det.* Sap. 8. Tertiò virginalis castitas comparatur niui propter eius frigiditatem, sed quāuis sit frigida modico tamē calore ignis dissoluitur, & amittit frigiditatem & fit calida. Sed homo qui habet castitatem vitæ, est frigidus sicut nix, quia caret ardore concupiscentiæ. Sed quando inclinat cor suum ad ignem malæ concupiscentiæ, voluntariè amittit castitatem virginalem, & fit calidus, quia inflammatur igne malæ voluntatis nec mirum: Castitas enim corporis non sola efficit virginitatem, nisi adsit castitas mētis. Vnde credo quòd multæ sunt virgines corpore in ecclesia, quæ nunquam habituræ sunt in cœlo præmium virginum, quia dicit Isidorus. *Virgo carne, non mente nullum habet præmium in æterna repromissione.* Isidorus. Vnde fortè etiam sunt aliquæ quæ non habent ca-

ſtitatem corporis, ſed tantum mentis quæ percipiunt præmium virginum, vt iſtæ, quę in corde ſuo vouerunt Deo ſeruare virginitatem, & violenter contra earum voluntatem corrumpuntur, merces tamen earum duplicabitur ad iuſticiam. Secundò dico, q̃ò d ſancti à Deo electi, debent eſſe nitidiores lacte, per diuinæ ſapientiæ clarificationem. Dulcor enim diuinæ ſapiẽtiæ, multùm reddit animam pulchram. Vnde de ea dicitur Sapient. 7. *Hæc eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem luci comparata inuenitur prior.* Et ſapiẽtia bene comparatur lacti, propter duo. Primò propter lactis nitorem. Sic ipſa diuina ſapientia habet in ſe nitorem, quia facit animam nitidam & lucidam. Vnde dicit Auguſt. *Sapientia eſt margarita cœleſtis ſplendẽs in ſpeculo cordis, & eſt lux quædam veritatis puriſſima, totam mentem irradians ad contemplandum Deum.* Diuina enim ſapientia, ſuâ irradiatione facit nos Deum cognoſcere, vt diligamus, gaudia cœli vt appetamus, ſupplicia inferni vt timeamus, falſa mundi gaudia vt contemnamus. Secundò comparatur lacti propter lactis vigorem. Lac enim eſt dulce, & dat vitam pueris. Vnde matres nutriunt pueros ſuos dulcedine ſui lactis, vt viuant & creſcant. Sic ipſa diuina ſapiẽtia, dat vitam ſuis filijs ſpiritualibus, qui

Sap. 7.

Auguſt.

qui sunt puri vt pueri, id est, absque macula peccati: vt crescant in virtutibus & bonis operibus. Vnde dicitur Eccles. 4. *Sapientia filijs suis vitam inspirat*, & hæc vita est duplex, actiua & contemplatiua. Actiua est inferior, contemplatiua superior. Sed quamuis actiua sit inferior, tamē ad aliam summè est necessaria. Et ideo sapientia inspirat filijs suis vitam actiuam, ad exercitium vitę contemplatiuæ necessariam. Vnde dicit Gregor. *Qui ad arcem contemplationis ascendere desiderat, necesse est, vt prius in campo actionis se exerceat.* Secunda vita, quam sapientia filijs suis inspirat, est superior. Est enim perfectissima, quia est *optima pars, quæ non auferetur ab ea*, scilicet, anima sancta, nam hîc incipit, & in futuro terminatur. Est enim hæc vita deuotissima, quia Maria, id est, contemplatiua portat vngenta deuotionis, quibus ipsum dulciter delectat. Est etiā hæc vita contēplatiua æternæ vitæ simillima, quia opera æternæ vitæ quæ est futura narrat. Vnde August. dicit. *Vacabimus, & videbimus, & amabimus, & laudabimus, & eadem sunt opera vitæ contemplatiuæ.* Et est sciendum, quamuis istæ duæ vitæ, sunt duæ vitæ in actibus siue effectibus, sunt tamen vna in substantia ratione confinitatis Maria enim per quam accipimus vitam contemplatiuam, est soror Marthę, per quam accipi-

Gregor.

August.

florem,& ipsos flores virtutum super omnia aromata redolere. Heu sic non florent, in mortalibus peccatis existentes. Videmus quod in agro bono, quo diuersi flores redolent, si sit ibi vnus flos fetens, omnium talium florum odorem bonum corrumpit. Sic certè si in agro conscientiæ, quo diuersi sunt flores bonorum operum, si est ibi fetēs flos peccati mortalis, corrumpit totum.

Exodi 5. Tales namque possunt dicere illud Exodi *Fetere fecisti odorem nostrum.* Et ideo non debet homo sustinere, vt in agro consciētiæ suæ pullulet aliquis fetens flos peccati mortalis, vel malæ affectionis, vel cogitationis. Vnde cùm sentit hos pullulare, statim debet eos per confessionem,& satisfactionem eradicare. Iuxta quod dicitur Prouerb.24.

Prouerb.24. *Diligenter exerce agrum tuum,* scilicet agrum

Leuit.16. conscientiæ.Et ideo etiam scriptum fuit Iudæis Leuit.16 *Agrum non seres diuerso semine,* scilicet, bono opere & malo, ne malum opus omnino bonum corrumpat.

Quartò inuenimus in rebus exterioribus diem plenum claritate solis, à quo illustratur quando enim aer est plenus lumine sereno, dicimus, sol valde clarus est. Ita spiritualiter inuenimus quando animæ perfectæ illuminabuntur à sole iustitiæ; tunc plena erit dies,& tunc plenæ erunt claritate diui-

næ

næ cognitionis & dilectionis. Sed quamdiu durat vita præsens, ista claritate perfectè illuminati non possunt, ita vt Deum prout est perfectè in sua essentia cognoscant, sed secundum quandam sui similitudinem in creaturis, in quibus relucet sua sapientia, potẽtia & bonitas. Vnde dicitur Sap. *Per magnitudinem creaturæ & speciem potest intelligibiliter creator videri.* Vnde dicit Gregor, *quod viæ ad creatorem sunt mira opera creaturæ visibilis: non enim tam magna esset creatura nisi potens esset creator, tam pulchra nisi sapiens, tam suauiter disposita nisi bonus. Congruit enim diuinæ bonitati cuncta suauiter disponere.* Vnde dicit Ambros. *Deus qui natura inuisibilis est, vt à visibilibus posset sciri, opus fecit quod opificem visibilitate sui manifestaret, vt per incertũ certũ sciri posset, & ideo Deus omnium crederetur: qui hoc fecit quod ab omnibus impossibile est fieri. Poterat ergo cognosci vltra omnem creaturam, esse qui ea fecit quæ nulla creatura facere vel destruere valet.* Et sic patet, quòd in creaturis aliqualiter cognoscimus creatorem, sed tamen imperfectè. Sed quando anima resoluta à corpore intrat gaudium Domini sui, & hoc mortale induerit immortalitatem, non ampliùs videbimus Deum secundùm quandam similitudinem in creaturis, sed facie ad faciem, vt est in sua essentia. Tunc enim pri-

Sap. 12. Gregor. Ambros.

mò replebitur anima perfectè claritate diuina, vt dicitur Apoc. 21. *Ciuitas illa non eget sole & luna vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus.* Tunc erit plena dies, immo superplena, vt dicit Psalm. *Dies pleni inuenientur in eis.* Et ideo cognitio nostra non erit tenebrosa prout cognitio nostra est in creaturis, sed perfectè plena, diuina claritate. Vnde dicit Esa. *Tenebræ tuæ erunt sicut meridies*, id est, pro cognitione obscura, quàm habuisti in creaturis, dabitur tibi vera cognitio creatoris: *& implebit splendoribus animam tuam*, videlicet claritate suæ deificæ contemplationis; quia implebit omnes vires animæ, suę claritatis dulcedine. Vnde Bernard. *Implebit Deus rationale nostrũ luce sapientiæ, vt nihil nobis penitus desit in vlla scientia. Implebit cõcupiscibile nostrum fonte iustitiæ, vt omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur. Cùm verò hoc quòd dicitur irascibile repleuerit Deus, perfecta erit in nobis trãquillitas & lætitia, & in summa iucunditate replebimur potestate diuina.*

Apocal. 21.
Psalm. 72.
Esa. 58.
Bernard.

Dominica

Dominica Quinta post Epiphaniam.

SERMO DVODECIMVS.

INduite vos sicut electi Dei,&c. Ad Colossen. Colossen. 3
Homo alicuius valoris vel magni nominis multùm confunderetur,si nudus, & spoliatus cùm ribaldis inueniretur ; atque vestes suas ad traxillos amisisset.Ita multùm debet confundi quilibet Christianus qui nudus gratiâ & virtutibus inuenitur à vilissimis dæmonibus spoliatus. Turpe enim est ei, quòd ad modicam delectationem peccati mortalis,amittat istas vestes.Et ideo ne nudi inueniamur,& erubescentiâ respergamur:hortatur Apostolus vt induamur non solùm veste corporali,sed etiam spirituali. Erubescentia consequitur nuditatem vtriusque vestis. In cuius figura tunc primò primi parentes erubuerunt, cùm fuerunt nudati veste innocētiæ.Erubuerunt etiam,quia non habuerunt vestem corporalem, de quo priùs non erubescebant ; licet essent nudi corporaliter. Multùm ergo seruanda est hæc vestis, quæ in iudicio coram toto mundo est portanda, quam qui non habet, nudus in tanta curia

Apoc 3. apparebit. Ideò dicitur Apoc. 3. *Vestimentis albis induaris*, quare & ipse Apostolus dicit. *Induite vos sicut electi Dei.* Circa quod verbum vt induamur sicut electi Dei, est sciendum, quòd Christus eligit quatuor genera hominum in hoc mundo.

Primò libenter eligit Christus sponsam, id est, animam, virtutibus pulchriorem. Videmus enim quod nobiles & diuites, sponsam pulchram desiderant, & procurant. In hunc modum filius summi regis in quo sunt omnes thesauri diuitiarum & perfectionum absconditi, sponsam desiderat virtutibus pulcherrimam. Cùm enim ipse sit ille *speciosus forma præ filijs hominum*, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, ideò non curat nisi de pulchra.

Possumus autem, eius pulchritudinem optimè cõsiderare in creaturis. Si enim pulcher est sol, pulchra est luna, pulchræ sunt stellæ, pulchrum est cœlum; si pulchri sunt Angeli, pulchri sunt homines: quãto magis iste qui fecit ista. Non dubium, quin maiorem pulchritudinem sibi reseruauit, quàm creaturis dedit, quia omne quod alteri dat de suo, abundantiùs habet, quàm ille qui recipit. Sed Christus, qui est sapientia Dei patris, dedit pulchritudinem omnibus creaturis, ideò pulchrior est omnium creaturarum

pul-

pulchritudine. Vnde quando à sponsa in Cantic. quæritur. *Qualis est dilectus tuus?* respondet. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Vnde candidus quidem virgineâ puritate, rubicundus excellẽtissimâ charitate, electus ex millibus, immò super omnes, perfectissimâ pulchritudine; quia incomparabiliter transcendit omnem creaturam, tam Angelicam, quàm humanam. Cùm igitur Christus sit tantæ pulchritudinis, non mirum quòd non eligit animam in sponsam nisi virtutibus pulchram, quia secundùm Cassiodorum. *Pulchritudo vel difformitas animæ virtutum vel vitiorum qualitate gignitur.* Et ideo sponsa Christi debet esse ornatior, tanto maiori studio placẽdi, quanto maior est iste cui placendus est. Vnde scribitur. *Pulcherrima feminarum eligitur ei*, id est, anima virtutibus pulchra, quæ dicitur fæmina propter fecunditatem bonorum operum. Vnde dicitur Numer. 16. *Quemcunque elegerit Dominus erit sanctus.* Qualis autem pulchritudo illorum quos elegit dominus debeat esse, describit Idem Trenorum 4. dicens. *Candidiores Nazarei eius*, id est, sancti, quos ipse elegit *niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* In quo quidem verbo, ipse tales sanctos quos Dominus elegit, describit a-

Cant. 5. Cassiodor. Numer. 16. Tren. 4.

pertè, quia debent habere quadruplicem pulchritudinem.

Primò debent esse candidiores niue, propter virginalis castitatis cõseruationem. Ipsa enim virginalis castitas multum reddit animam pulchram, vt rectè de ipsa Christus dicere possit illud Cantic. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Comparatur autem bene virginalis castitas niui, tripliciter. Primò, *quia in niue est tanta puritas, quod omne aliud videtur esse sordidum*, vt dicit Chrysostom. Sic est de vera castitate, quæ tantæ puritatis est, quod sub cœlo nihil potest ei comparari. Vnde ex sua dignitate comparatur puritati Angelorum, quorum tamen puritatem quodammodo excellit. Vnde dicit Ambros. *Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines assimilantur Angelis, maior est tamen virginitas virginum in Ecclesia quàm Angelorum; Angeli enim in castitate viuũt, homines virgines in castitate triumphant.* Bene ergo pulchra virtus est castitas, quæ sic homines ornat quod Angelis comparantur. Vnde de eius commendatione idem Ambrosius dicit. *Fulgida virginitas, gemma est virtutum, germana Angelorum, lampas Ecclesiarum lux Patriarcharum canticum Prophetarum diuulgatio Apostolorum, ipsa calcat libidinem, vincit Diabolum.*

Cant. 4.

Chrysost.

Ambr.

Ambr lib. de virginitat.

lum, contemnit sæculum, deprimit omne piaculum. Secundò comparatur virginalis castitas niui propter eius dignitatem, nix enim origine est cælica: sic ipsa virginalis castitas est *donum optimum & datum perfectum desursum descendens à patre luminum*, id est, sanctorum, & est quædam emanatio sincera, distillãs ab illo fõte ęternę castitatis, scilicet Iesu Christo à quo effluit omnis bonitas. Ab ipso enim datur, & mediante ipso conseruatur. Vnde dicit sapiens. *Non aliter possum esse continens, nisi Deus det.* Sap. 8. Tertiò virginalis castitas comparatur niui propter eius frigiditatem, sed quãuis sit frigida modico tamẽ calore ignis dissoluitur, & amittit frigiditatem & fit calida. Sed homo qui habet castitatem vitæ, est frigidus sicut nix, quia caret ardore concupiscentiæ. Sed quando inclinat cor suum ad ignem malæ concupiscentiæ, voluntariè amittit castitatem virginalem, & fit calidus, quia inflammatur igne malæ voluntatis nec mirum: Castitas enim corporis non sola efficit virginitatem, nisi adsit castitas mẽtis. Vnde credo quòd multæ sunt virgines corpore in ecclesia, quæ nunquam habituræ sunt in cœlo præmium virginum, quia dicit Isidorus. *Virgo carne, non mente nullum habet præmium in æterna repromissione.* Isidorus. Vnde fortè etiam sunt aliquæ quæ non habent ca-

ſtitatem corporis, ſed tantum mentis quæ percipiunt præmium virginum, vt iſtæ, quę in corde ſuo vouerunt Deo ſeruare virginitatem, & violenter contra earum voluntatem corrumpuntur, merces tamen earum duplicabitur ad iuſticiam. Secundò dico, quòd ſancti à Deo electi, debent eſſe nitidiores lacte, per diuinæ ſapientiæ clarificationem. Dulcor enim diuinæ ſapiẽtiæ, multùm reddit animam pulchram. Vnde de ea dicitur Sapient. 7. *Hæc eſt ſpecioſior ſole, & ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem luci comparata inuenitur prior.* Et ſapiẽtia bene comparatur lacti, propter duo. Primò propter lactis nitorem. Sic ipſa diuina ſapientia habet in ſe nitorem, quia facit animam nitidam & lucidam. Vnde dicit Auguſt. *Sapientia eſt margarita cœleſtis, ſplendẽs in ſpeculo cordis, & eſt lux quædam veritatis puriſsima, totam mentem irradians ad contemplandum Deum.* Diuina enim ſapientia, ſuâ irradiatione facit nos Deum cognoſcere, vt diligamus, gaudia cœli vt appetamus, ſupplicia inferni vt timeamus, falſa mundi gaudia vt contemnamus. Secundò comparatur lacti propter lactis vigorem. Lac enim eſt dulce, & dat vitam pueris. Vnde matres nutriunt pueros ſuos dulcedine ſui lactis, vt viuant & creſcant. Sic ipſa diuina ſapiẽtia, dat vitam ſuis filijs ſpiritualibus,

Sap. 7.

Auguſt.

qui

qui sunt puri vt pueri, id est, absque macula peccati: vt crescant in virtutibus & bonis operibus. Vnde dicitur Eccles. 4. *Sapientia filijs suis vitam inspirat*, & hæc vita est duplex, actiua & contemplatiua. Actiua est inferior, contemplatiua superior. Sed quamuis actiua sit inferior, tamẽ ad aliam summè est necessaria. Et ideo sapientia inspirat filijs suis vitam actiuam, ad exercitium vitę contemplatiuæ necessariam. Vnde dicit Gregor. *Qui ad arcem contemplationis ascendere desiderat, necesse est, vt prius in campo actionis se exerceat.* Gregor.
Secunda vita, quam sapientia filijs suis inspirat, est superior. Est enim perfectissima, quia est *optima pars, quæ non auferetur ab ea*, scilicet, anima sancta, nam hîc incipit, & in futuro terminatur. Est enim hæc vita deuotissima, quia Maria, id est, contemplatiua portat vngenta deuotionis, quibus ipsum dulciter delectat. Est etiã hæc vita contẽplatiua æternæ vitæ simillima, quia opera æternæ vitæ quæ est futura narrat. Vnde August. dicit. *Vacabimus, & videbimus, & amabimus, & laudabimus, & eadem sunt opera vitæ contemplatiuæ.* Et est sciendum, quamuis istæ duæ vitæ, sunt duæ vitæ in actibus siue effectibus, sunt tamen vna in substantia ratione consinitatis Maria enim per quam accipimus vitam contemplatiuam, est soror Marthę, per quam accipi- August.

 mus

mus vitam actiuam. Nā vna est semper propter aliam, Actiua propter contemplatiuam, actiua tanquam meritum, contemplatiua tanquam præmium. Vnde optimè dicit Sapiens. *Sapientia filijs suis vitam inspirat*, non dicit vitas, sed vitam. Tertiò debent esse rubicundiores ebore antiquo per ardentem dilectionem. Comparatur autem diuina dilectio siue charitas ebori antiquo, quia sicut in ebore antiquo est rubedo permixta albedine, sic pulchritudo animæ causatur ex cōcursu castitatis & charitatis. Sed quia charitas eminentior est castitate, ideò charitas non dignatur infundi, nisi in mundo corde. Videmus enim quando pictores volunt depingere pulchro colore aliquam imaginem de ligno vel de lapide subtiliter & artificialiter factam, priùs depingunt albo calore, postea aliquo alio pulcherrimo colore. Sic qui vult depingere animam suam, quæ est artificiosa, & subtilis imago sanctæ Trinitatis, quæ dat animæ roseum colorem, debet priùs ipsam depingere mundissimo colore castitatis, quæ dat animæ lileum colorem. Et tūc erit pulcherrima imago, ita vt etiam eius pulchritudinem Christus desideret & dicat illud Sapient. 4. *O quàm pulchra est generatio casta cum charitate.* Charitas tamen est eminentior castitate. Ideo dicit August. *Quantùm*

Eccl. 4.

Sapien. 4.

August.

tùm in te crescit amor, tantùm in te crescit pulchritudo; quia ipsa charitas est anima pulchritudo Idem, *Amor inferioris pulchritudinis polluit animam.* Quartò debent esse pulchriores saphiro per cœlestem conuersationem. Cõuersatio enim honesta reddit animam valde pulchram. Vnde ipse cœlestis sponsus dicit in Cant. vbi alloquitur spõsam suam. *Quàm pulchri sunt gressus tui*, hoc est honestæ conuersationis *in calciamentis*. hoc est sanctorum exemplis, quibus honestè graderis, *filia Principis* Christi Dei. Comparatur autem cœlestis conuersatio saphiro. Saphirus enim est similis sereno cœlo, & quando percutitur radijs solaribus, ardentem mittit fulgorem. Sic homo qui est cœlestis conuersationis coram Deo & hominibus, quando radijs diuinis illustratur, ardentem emittit fulgorem bonorum exemplorum. Vnde dicit Machab 6. *Refulsit sol in clypeos aureos & resplenduerunt montes ab eis.* Isti clypei aurei sunt homines bonæ conuersationis & sanctæ, qui in se sunt muniti virtutum clypeis deauratis charitate, quibus quidem à se repellunt ignita tela diaboli. Quando ergo in istos homines resplẽdet sol diuinæ gratiæ, tunc fit ibi quædam irradiatio bonorum exemplorum. Tunc montes, hoc est homines iusti & sancti, qui sunt montes propter eminentiam bonæ vitæ, re-

Cant. 7.

1. Machab. 6

ſplendent, hoc eſt illuminantur ad perfectiorem gradum bonæ vitæ. Homo enim cœleſtis conuerſationis, eſt quaſi ſpeculum aliorum per oſtenſionē bonorum exemplorum: quare dū ſe boni in ipſo ſpeculantur, ad lau-
Matth. 5. dem ſummi creatoris excitantur. Vnde dicit Saluator. *Sic luceat lux veſtra corā hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

Secundò libenter Chriſtus eligit hominem contra vitia fortiorem. Videmus, quando homo habet fortem aduerſarium, libenter eligit pugilem fortem & bellicoſum. Cùm igitur diabolus ſit aduerſarius Chriſti, quia vndique eum impugnat à ſuis membris; ideò Chriſtus libenter eligit hominem fortem & ſtrenuum, vitijs & peccatis reſiſtentem. Vnde talis eſt pugil Chriſti contra diabolum, non quin Chriſtus per ſe poſſet eum vincere, quia vicit eum triumphans in cru-
Ioſue 4. ce; ſed etiam vult vt vincatur à ſuis, vt eò magis confundatur. Et ideò legitur Ioſue 4. quòd *Moyſes dixit Ioſue*, id eſt, cœleſtis pater filio. *Elige tibi viros*, id eſt, fortes homines, quia vir dicitur à virtute *& pugna contra Amelech*, id eſt, diabolum. *Amelech* enim interpretatur lambens ſanguinem humanum, quia ſemper deſiderat noſtram damnationem. Ideò frequenter impugnat nos

diuer-

diuersis tentationibus, vt nos vincat. Omnia enim regna mundi non tantùm desiderat diabolus, sicut si vnâ tentatione vinceret nos, vt solùm daremus consensum peccato quamuis non perfectissimus actu, vel si in vno bono proposito, vel bona cogitatione, nos posset impedire, & ideò fortiter debemus ei resistere. Huius figuram habemus Iudicum. *ideo quod Sampson descẽdebat in Thamnatha. Cumque venisset ad vineas opidi apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem spiritus domini in Sampsonem & dilacerauit leonem, quasi hedum in frusta decerperet.* Sāpson qui interpretatur sol fortis vel fortitudo, significat hominem qui fortiter resistit diabolo. Hic descendebat per humilitatem, & sic descendere est ascendere, vt dicit Saluator. *Qui se humiliat, exaltabitur.* *Sed descendit in Thānatha.* Thamnatha interpretatur consummatio eorum, & significat cœlestem patriam, vbi omnia consummabuntur. Sed tunc *venit ad vineas opidi*, quando proficit in bonis operibus, quæ sicut vineæ florentes, dant odorem Deo, quibus continuè transit ad patriā. Sed tunc *apparuit ei in via catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei*, quādo enim diabolus per suam malitiam & duram tentationem nititur impedire ne in bonis operibus proficiat, & ne ad

Iudith.14. Luc.14.

patriam

patriam perueniat. Sed tunc *spiritus Domini irruit in Sampsonem*, id est, hominem qui fortiter sibi resistit, & dilacerat leonem, id est, diabolum quasi *hedum in frusta decerpit*. Toties enim fortis homo, in quo est diuina gratia, dilacerat diabolũ, quoties suis tentationibus resistit, quia nulla maior confusio sibi potest fieri, quàm suis tentationibus non consentire. Dicit enim Chrysost. super Mattheũ. *In primis grauis est, & insuperabilis impetus diaboli, sed si aliquis forti animo sustinuit eum in secundo inuenit infirmiorem. Quanto enim magis repercussus fuit, tanto magis refrigescit & deficit, qui tandem confusus recedit.*

Chrysost.

Tertiò, Christus libenter elegit hominem in pœnitentia vberiorem, per deuotionem. Videmus enim quod quando aliquis homo habet terram sterilem & omnino infructuosam, dimittit eam, & vbi potest, libẽter eligit meliorem, quæ sit fertilis ad fructũ faciendum. Terra sterilis, & infructuosa, est ipse peccator in peccatis obstinatus, quem Deus diu tenuit, & expectauit, vt faceret dignos fructus pœnitentiæ. Sed tunc dimittit eum, quãdo videt eum ita obstinatum, quod non vult ad eum conuerti, nec curat pœnitentiam facere de suis peccatis. Et ideò Christus eligit aliam terram, quę est fructuo-

sa

sa. Terra fructuosa est ille, qui aggreditur pœnitentiã, & irrigatur gratia Dei, & tunc fit humidus per deuotionem, qui priùs fuit siccus per obstinationem. Obstinatio enim in peccatis obstruit fontem diuinæ misericordiæ; & facit animam siccam sine humore diuinæ gratiæ, quæ est causa deuotionis animę, & vbertatis pœnitentiæ. Sed si quando per veram confessionem remouetur ab anima obstaculum peccati, quod obstruit fontem diuinæ misericordiæ, tunc ipse fons diuinæ misericordiæ irrigat animam suâ gratiâ, & fit humida per deuotionem, quæ priùs erat sicca per peccati obstinationem; & tunc potest facere dignos fructus pœnitentiæ. Vnde dicitur Genes. 1. *Fluuius*, scilicet, diuinæ mise- Gen. 1.
ricordiæ *egrediebatur de loco voluptatis*, id est, de Christo, in quo superabundat voluptas totius suauitatis *ad irrigandũ* sua deifica gratiâ paradisum, id est, animam pœnitentem & multitudinem suorum peccatorum recognoscentem, quæ bene dicitur paradisus quia etiam eligit Christus, vt habitet in ea quia vbi Papa, ibi Roma, vbi Christus, ibi Paradisus. Vnde dicit Ps. *Elegit Dominus Sion* (id est animam speculantem suos defectus cùm amaritudine pœnitentiæ) *elegit eam in habitationem sibi*. In hoc maximè apparuit ardentissimus amor diuinæ bonitatis circa nos, quia

quia ſtatim cùm fuerimus cõuerſi ad Deum & egerimus pœnitentiam, vult nos eſſe habitaculum ſuum. Et ideo etiam ipſi Angeli qui tantam dulcedinem & bonitatem Chriſti vident circa nos, quòd non ſufficit ſibi quod mittat nobis Angelos, ſed ipſe Rex Angelorum dignatur ad nos venire, & manſionem ſibi de nobis facere; præ admiratione & gaudio ardentiſſimis deſiderijs deſiderant noſtram conuerſationem & pœnitentiam, tamqnam Deo chariſſimam, ideo & nos in manibus ſuis portant & cuſtodiunt, ad Deũ leuant, & diſcurrunt alacres inter Deum & nos; offerunt Deo noſtra vota & orationes: nobis autem reportant ſuam gratiam. Et cùm aliquis peccator conuertitur, gaudent ſuper omne gaudium huius mundi: congaudentes diuinæ dignationi, propriæ reparationi, & noſtræ ſaluationi. Propterea ipſe rex Angelorum Chriſtus qui ſedet ad dexteram patris, dicit ad illos pro nobis illud regis Dauid ad ſeruos ſuos: *Seruate mihi puerum Abſalon* (qui interpretatur luctus patris, & ſignificat peccatorem) ſeruate eum mihi, ne pereat, ne plus offendat, ne magis morte moriatur. Et ſi peccator conuertitur & agat pœnitentiam, dicit ad Angelos ſuos Luc. 14. *Congratulamini mihi omnes, quia inueni ouem quam perdidi:* quia iam non perdidi laborem meum,

2. Regum 18.

meum, possessionem meam; gratis non portaui crucem meam, non fudi gratis sanguinem meum, in isto enim homine conuerso & pœnitentiam agente, mercedem mei laboris & mortis meæ recepi.

Quartò Christus libenter eligit hominem in virtuosis operibus diligentiorem: Apertè enim videmus, quòd homines libenter eligunt operarios, qui cum diligentia laborant, & in labore fructum suum faciunt Sic spiritualiter Christus libenter eligit eos, qui spiritualem fructum virtutum & bonorum operum faciunt. Vnde Christus dicit Ioan. 15. Ioan. 15. *Elegi vos & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.*

Sunt autem duodecim fructus spirituales, quos fructus homo à Deo electus debet afferre: & hi dicuntur fructus spiritus de quibus dicit Apostolus ad Galath. 5. *Fructus autem spiritus sunt Charitas, gaudium, pax, patiētia, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Gallat. 5. Primùs ergo fructus est Charitas, quæ animam inflammat ad Deum diligendum, & ad desiderandum patriam cœlestem. Vnde Gloss. dicit super isto verbo. *Charitas est quæ de terra ad cœlum euocat.* Hæc est enim virtus charitas, quæ dum inflammat facit terrena contemnere & cœlestia appetere, & quantò plus in mente crescit, tantò plus

D. Ciprianus. plus terrena contemnit. Vnde dicit Cyprianus: *Mens quæ plena est diuino amore, flagrat iugiter desiderio æternorum, super omnia ei redolent aromata virtutum, & suauitates cælestium gaudiorum.* Secundus fructus est gaudium. Hoc vtique potest dici rectè gaudium animæ. Vnde Augustinus in libro confess. *Gaudeamus*, inquit, *de bonis Domini, de conscientia pura, de confessione beata, de pænitentia digna, de luctu & vera tristitia.* Tale gaudium nō habet qui ambulat in tenebris vitiorum. Vnde Thobias. *Quale enim gaudium qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Illud gaudium solùm habebunt illi, qui per fidem à Christo purificantur à tenebris vitiorum. Vnde Actorum 15. *Fide purificans corda eorum.* Quoniam enim spiritus veram fidem menti infundit, tunc ipsa purificatur à peccato, & inde oritur quoddam gaudium quod vocatur gaudium mentis, secundùm Glossam.

August. in li. confes.

Tob. 3.

Tertiùs fructus est pax cordis, quâ homo habet quietum cor vt non litiget cùm proximo, sed cum vitijs, quia cum vitijs litigare est cum virtutibus concordare. Hāc pacem seminat Spiritus sanctus in cordibus hominum. Et ideo Apostolus optat nobis istam pacem. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.*

Philip. 4.

Quàm

Quàm nobilis sit iste fructus pacis ostendit Christus Matth. 5. dicens: *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur.* Matt. 5.

Quartus fructus est patiētia quâ infirmitatem, paupertatem, & alia aduersa homo gaudenter tolerat. Hunc fructum Spiritus sancti acceperunt Apostoli, de quibus legitur Actor. 5. quòd *ibant gaudentes à conspectu consilij, quia digni habiti sunt, pro nomine Iesu cōtumeliam pati.* Nobilis est iste fructus patiētię, & reuera beatus est ille, in cuius corde ille fructus per Spiritū sanctū seminatus est. Seruat enim animam hominis in vitam æternā. Vnde Luc. 5. *In patiētia vestra possidebitis animas vestras.* Virtutem patientiæ multùm cōmendat Gregor. dicens: *Virtutem patientiæ, signis & miraculis maiorem credo.* Actor. 5. Luc. 5.

Quintus fructus est longanimitas. Est autem longanimitas, perseuerantia in bono opere, & quædam dulcis exspectatio æterni præmii, nullo permixta tædio. Vnde dicit Bernard. *Labor meus vix est vnius hora, & si plus est, non sentio præ amore.* Iste fructus est nobis valdè necessarius: Omnis enim labor noster, & omne seruitium nostrum, omnis virtus nostra, & omne quod patimur aduersi, numquam obtinebit à Deo mercedem sine perseuerantia & longanimitate. Vnde Isidorus de summo bono: *Solùm perseuerantibus*

promittitur præmium. Non enim est beatus qui bonum facit, sed qui incessabiliter facit. Qui enim perseuerauerit vsque in finem saluus erit, dicit Saluator. Si ergo volumus præmium æternum à Deo recipere: oportet nos perseueranter operari, & sine tædio exspectare, vt dicitur Iacob. 5. *Ecce agricola exspectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.* Sic & nos sine tædio, & cùm patientia exspectemus æternum præmium: & sic accipiemus primitiuum fructum, id est, vitam animæ post mortem; & vltimum fructum, id est, corporis incorruptionem post resurrectionem.

Iacob. 5.

Sextus fructus est bonitas. Est autẽ bonitas quædam animi dulcedo ad homines & ad Deum: Hoc enim solet facere S. Spiritus in homine vt habeat cor dulce ad omnes, vt nõ facilè moueatur ad iracundiã vel ad amaritudinem. Istum fructum accepit ille Ioseph qui Christum sepeliuit. De hoc legitur quòd *erat vir bonus & iustus.* bonus interiùs, iustus exteriùs: Bonus enim homo habet tã dulce cor, vt nullatenus possit aliquã crudelitatẽ, vel amaritudinem exercere immò omnibus prodesse studet. Vnde Hieronym. *Bonitas est virtus qua oritur vtilitas, vel virtus propter semetipsam, vel affectus,* qui fons sit vtilitatis.

Luc. 23.

Hieronymus.

Septimus fructus est benignitas, quæ facit

cit hominem largum & paratum ad subueniendum egenis. Glossa: In quo multum potest homo mereri vt benignus sit, & pius pauperibus subuenire. Pretiosus fructus valde est iste fructus spiritus: quia facit hominem similem Deo, qui largissimus est. Vnde Barlaâ. *Deum maximè imitabitur, quia nihil iudicauit pretiosius quàm misereri.* Vitam etiam hominis ad finem bonum perducit: Vnde Hieron. *Non memini illum mala morte mortuum, qui liberalem antè duxit vitam.* Vt autem subueniamus egenis & simus largi docemur exemplo naturæ: Videmus enim quòd fontes & riuuli aquam receptam, refundunt in mare vnde exeunt: & Luna & Stellæ firmamenti, lumen receptum à sole communicant vniuersis rebus creatis; sic etiam tenetur homo recepta à Deo refundere in usus & necessitates pauperum.

Damascen. in historia Barlaam & Iosa.

D. Hieronym.

Octauus fructus est mansuetudo, quæ facit hominem tractabilem, vt non sit incompositus verbis, gestib. & factis, at semper ordinatè & disciplinatè incedat: Vnde in Eccl. *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super omnē gloriā diligeris.* Nobilis est fructus mãsuetudinis, quia eis promittitur terra & pacis fruitio. Vnde Psalm. *Mansueti autem hereditabunt terram & delectabuntur in multitudine pacis.* Vnde Bernard. *Humilibus datur*

Eccl. 3.

Psal 36.

D. Bern.

cœlum, mitibus terra, quod autem relinquitur immitibus nisi infernalis pœna & miseria.

Nonus fructus est fides, quæ facit hominem certum de inuisibilibus, vt de Deo, gloria cœlesti, & de pœna infernali; Vnde August. *Fides est credere quod tu non vides.* Hunc fructum acceperunt omnes sancti, de quibus dicit Apostolus ad Hebræos: *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones.* Sine isto fructu, nullus potest ducere spiritualem vitam; Vnde ibidem dicit: *Sine fine impossibile est placere Deo:* Si enim homo faceret omnia bona opera quæ, omnes Sancti, qui in cœlo sunt, fecerunt, si solam fidem non haberet, non placeret Deo.

August.

Heb. 11.

Decimus fructus est modestia, quæ facit seruare modum in dictis & factis, quod magnę virtutis indicium est. Vnde quidam Doctor Iulianus dicit: *Optimus in omni re modus & laudabilis vbique mensura.* Quare illi qui modum nesciunt seruare in operibus, non habent istum laudabilem fructum. Tam laudabilis enim est, vt nullum opus sit Deo acceptum nec placitum absque eo. Vnde dicit Bernard. *Ab initio Deus modum acceptauit, & nihil vmquam immoderatum equitati ipsius placuit. Hinc factum est, quod in modo, pondere, mensura & numero condidit vniuersa;* atque etiam ipsi

Bernard.

ipsi homini protinus modum præscripsit, & mandatum dedit.

Vndecimus fructus est continentia, quę facit hominem abstinere ab illicitis, vt ab illicito visu, gustu & tactu. Vnde hortatur Apostolus: *Ab omni specie (inquit) abstinete vos.* Magnus fructus est, quòd homo scit abstinere ab illicito visu sensuum: nam per hoc homo cauet multa peccata, in quibus cadit qui non habet istum fructum. secundum quod conqueritur Ierem. *Ascendit mors per fenestras nostras.* Quãdo enim sensus nostros ad illicita aperimus, tũc per eos tãquam per fenestras, mors animi ingreditur; Vnde & ipse Sapiens multùm commendat fructum continentiæ dicens: *Non est digna ponderatio continens animæ.* 1. Thessal. 5. Ierem. 9. Eccles. 26.

Duodecimus fructus est castitas, quę facit hominẽ rectè vti cibo, potu & alijs delectabilibus, facit cõiugatos rectè vti cõiugio, viduas viduitate; virgines tamen facit quodãmodo excellentiùs vti sua virginitate. Nobilis quidem est iste fructus: conseruat enim hominem ad modum Balsami à corruptione spirituali tam mentis quàm corporis: Vnde dicit Bernard. *Castitas ad instar balsami odoriferi, quo condita* corpora, odorifera seruantur, sensus & artus continet & constringit. Vnde & ipse Sapiens multùm commen- Bernard.

 dat

Sap. 4. dat eam dicens: *O quàm pulchra est generatio casta cum charitate.*

Dominica in Septuagesima.

SERMO DECIMVSTERTIVS.

1. Cor. 9. SIC *currite vt*, &c. 1. Cor. 9. Quãdo aliquis exercuit malũ opus de quo sibi malum accidit, multũ solet amicos & filios commonere ne tale quid faciãt. Primùs verò homo exercuit malum opus peccati, de quo sibi malè accidit, vnde S. Ecclesia hodie recolit nobis miserabilem casum totius humani generis: Cecidit enim per peccatũ à dignitate Angelorũ ad conditionẽ pecorũ & iumentorũ, & à Paradiso voluptatis eiectus, operatus est terram de qua scriptũ est Gen. Donec reuertaris in terra de qua assũptus es. Cecidit de libertate spiritus in seruitutẽ carnis. In tãta.n. libertate erat factus, vt caro obtẽperaret animæ, & anima Deo. Sed per peccatũ cecidit à statu gratiæ in statũ culpæ, & omnis miseriæ, s. sitis, caloris, frigoris, tribulationis, infirmitatis & mortis. Hunc igitur casũ recolens in principio missæ clamat: Circũdederunt me gemitus mortis: & cantat tractũ de mortuis, s. De profundis: Cantica lætitiæ suspendit, s. Alle. Te Deũ, Gloria in excel. Apostolus igitur in verbis propositis monet nos ne curramus tali modo aut imitemur primũ parentẽ

pecca-

peccando,ſed potiùs vult nos currere,id eſt, operari,vt vitã æternam mereamur, dicens. *Sic currite vt comprehẽdatis.* Ad noſtrã doctrinã,eſt ſciẽdum,quòd quatuor ſunt,quæ maximè debent hominẽ mouere,ad currẽdum ſpiritualiter in bonis operibus.

Primum eſt tẽporis breuitas. Videmus enim quando aliquis incipit aliquod opus,& videt quòd tẽpus eſt breue, multũ ſolet feſtinare:viator enim diſtans à termino multũ ſolet currere,vt ad eum perueniat: ita certè hominem debet mouere ad currendum in bonis operibus ſpiritualibus tẽporis breuitas.Si enim modò non operamur,nõ poterimus poſtea;Vnde dicit Iob: *Dies mei velociores ſunt curſore.* Nullus curſor, quãtumcunq; leuis,ita fortiter currit ſicut nos. Curſor cũ dormit vel quieſcit, non currit:ſed nos omni hora currimus ad mortẽ ſine interruptione. Vita enim noſtra,nihil aliud eſt quàm quidã curſus ad mortẽ. Vnde noſter in hac vita proceſſus habet ſe ad modũ diei, qui hora poſt horã tendit cõtinuè ad occasũ: De I.ad III. de III.ad VI.& ſic procedendo. Eodẽ modo dies hominis:nã hora I.quãdo ſol eſt in ortu ſuo, eſt infantia. Hora III. cum ſol plus aſcendit eſt adoleſcentia,quando ſcilicet vſus rationis & diſcretionis incipit vigere; Hora VI. quando ſol eſt in ſuo feruore, eſt iuuentus,quando homo eſt in ſua fortitudine

Iob 9.

Hora nona, quando sol incipit tendere ad occasum, est senectus, Hora vespertina, quando sol est in occasu, est senium, quando homo incipit deficere: Nox verò, est ipsa mors. Ecce cursus dierum nostrorum. Vnde

Ierem. 49. Ierem. 49. *Subitò eum currere faciam ad eam*, scilicet mortem: Semper enim appetimus tempus post tempus, & sic semper currimus ad mortem: Vnde dicit Gregor: *Hora ne fini-*

D. Greg. *atur appetit, sed per augmentum vitæ quotidie ad finem tendit nec apprehendit.* Vnde dicit

Iob. 9. Iob. *Dies mei velociores fuerunt cursore.* Et sequitur, *& non viderunt bonum*, scilicet, quod sperabant. In ista vita sunt etiam multi qui cogitant, talis est ita diues, ita etiam faciam, & frequenter præueniuntur morte, & non vident illa, quæ proponebant. Sic dicebat

Luc. 12. ille de quo Lucæ 12. Saluator ait: *Anima mea, multa habens bona reposita in annos plurimos*: Ipse mensurabat vitam ad longas vlnas, requiesce, comede, bibe; & statim iste miser audiuit: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te.* Et ideò debet homo solùm appetere Deum, in quo sunt omnia bona: Iuxta

Prou. 11. illud Prouerb. 11. *Desiderium iusti omne bonum.*

Secundò debet hominem mouere ad currendum spiritualiter in bonis operibus, peccatorum periculositas. Videmus enim

ad

ad ſenſum quando homo eſt in aliqua via periculoſa, libenter & velociter currit, vt poſſit euadere periculum: ſic reuera homo qui eſt in peccatis, eſt in via ſummè periculoſa, & ideò debet fortiter currere in bonis operibus, ne à diabolo capiatur, & in infernum demergatur. Talis debet eſſe, vt dicitur Ierem. 2. *Curſor leuis explicans vias ſuas*, id eſt, Ierem. 2. non debet eſſe depreſſus onere peccati. Et ſi fuerit depreſſus, tunc debet explicare vias ſuas, id eſt, debet confiteri peccata ſua. Illos enim qui ſunt depreſſi onere peccati, diabolus faciliter detinet in via peccatorũ, ne viam beatorum perficiant. Ille enim artifex multas adinuentiones & aſtutias habet, quibus homines peccatores conſolatur, & in via peccatorum detinet, ne per viam bonorum operum currant. Sunt autem ſeptem adinuẽtiones diaboli, quibus homines in peccatis detinet.

Prima quòd non reputent adeò peccatum graue vt eſt, immò etiam grauiſſima peccata propter conſuetudinem reputant quaſi nihil, dum committunt: immò multi ſunt qui ita parùm reputant peccatum, quaſi non ſit infernus, vel Deus damnans vel diabolus puniens: Dicunt enim, ſi peccatum eſſet adeò graue vt prædicatores dicunt; nemo ſaluaretur: nec ipſi qui ſciunt

ſcripturam & vident, vnquam tanta committerent; ſed eas dicere talia, vt homines terreantur, ne inaudita & abominabilia cōmittant. Iſta eſt prima adinuentio & aſtutia diaboli, qua peccatores decipit & detinet in peccatis. Sed ſciant iſti, quod non eſt vel minimum peccatum mortale, quin commiſſum, damnet hominem æternaliter: immo ſciant, quod ſi tot pœnas ſuſtinerent, qui moriuntur in vno peccato mortali, quot guttæ aquarum fuerunt tempore Noe in diluuio; quæ in tantum inundauerunt, quòd quindecim cubitis tranſcenderent montes altiſſimos: adhuc tamen non appropinquarent ad Deum ad vnum paſſum. Tales modò cogitant; certè ſi ita eſt, litterati illi inſipientes ſunt, qui hoc vident in ſcripturis, & tanta mala committunt. Verùm dicunt: inſipientes ſunt, & tu peccator inſipiens es, & continget nobis ambobus vt ſimeæ: Nota quod ſimea capitur in arbore. Secunda adinuentio eſt, quod facit eos in corde ſuo cogitare. Ecce quid tu feciſti, alij plures fecerunt, & tamen ſaluari ſperant, & multa alia quæ ipſi faciunt tu inuitè velles facere? Scio talē clericū cuius vitā nō libens imitarer: ſi tu habes vnū peccatū ipſe benè habet quatuor, ipſe poſſidet iniuſtè plura quā tu: caue inquam tibi ab hac inuentione & aſtu-

tia diaboli. Si enim ſcis aliquem peiorem te, nunquid tu ex hoc melior es? etſi Iudas fuit peior te, aut Pilatus vel diabolus, tu ex hoc ſanctior non es. Hoc modo ergo detinet eos in peccatis & frequenter facit eos cogitare: Ecce ſi non facis, vt alii boni homines in ſæculo, nullus te curabit. Quamdiu aliquis eſt in ſæculo, oportet vt viuat ſicut alij, donec proponat finaliter ſæculo renunciare, & tūc gerat ſe ſicut religioſus homo. Sic ſuggerit diabolus iuuenibus & diuitibus, & ſic tam diu detinet eos, quod antequam aduertant præcipitet eos in profundum inferni. Tertia adinuentio quæ decipit peccatores, & detinet in peccatis eſt, quòd facit eos cogitare: Deus tā miſericorditer ſæpiùs egit tecū & tanta bona tibi hucuſq; fecit, quòd nequaquam te perire permittet, pro tam breui delectatione in peccatis. Numquā, enim tam amara pro nobis ſuſtinuiſſet, ſi ſciuiſſet, diabolum in animas noſtras tantam poteſtatem habiturum. Ex quo enim hucuſque benè fecit nobis, non deſeret nos. Reſpondeo: verum dicis, Deus hucuſque benè fecit tibi, quia multa bona tibi fecit: Fecit te hominem, non bouem vel ſerpentem; creauit te ad imaginem ſuam, redemit te ſanguine ſuo, quod non fecit Angelo: dedit tibi neceſſaria, non fecit te leproſum, vel cæcum

vel

quâ decipit peccatores & detinet, est, quòd dat aliquibus cogitare, ne timeas, qui audet peccare audet & pęnitere; Maria Magdalena fuit magna peccatrix, & cessauit à peccato, & viriliter satisfecit, ita vt iam de maioribus sanctis sit in cœlo, sic Paullus, sic sanctus Petrus, qui ter Dominum negauit; tu numquã Dominum negasti, habeas ergo te benè; benè adhuc euades, adhuc etiam magnus poteris fieri in cœlo. Et benè quidem verùm est quòd dicit: sed si conuersionem differs, vix vmquam eris magnus in cœlo. Sed dico tibi, si benè audes peccare, Deus benè audebit condemnare. Vnde de paucis legimus quòd sint facti magni in cœlo, qui multa peccata commiserunt: sed infinitos tales dãnatos inuenimus. Ferè omnes qui iam sunt in inferno benè audebant peccare, & nullus eorum benè audebat pœnitere & satisfacere. Et si vnum de talibus mihi ostẽderis, qui benè ausus fuit peccare & pœnitere, ego tibi mille ostendam qui benè pœnitere non audebant. Nemo credat quòd Deus tantùm diligit peccatores, etiam quantumcũq; pro eis passus est, ut eis velit dare regnum suum si non pœnituerint, immo nullam creaturam ita odio habet vt diabolum & peccatores: eos enim in tantùm odit Deus, vt nihil ita vile est inter omnia huius mundi, quòd velit

multi sunt qui vellent retro ianuam sedere, qui hîc inuitè ex humilitate retrò ianuam vellent sedere, tales enim sedebunt retrò ianuam diaboli. Senibus verò facit cogitare, citò volo me conuertere, vtinam hoc vel hoc fecissem, vtinam, de hoc vel de hoc me expediuissem, pueros que meos locassem, & ita ponunt terminum Deo quando volunt se conuertere. Hac astuciâ diabolus decipit tam religiosos quàm sæculares. Verũ multis cõtingit illud quod dixit in mortis articulo Ezechias Esa. 38. Præscisa est velut à texente vita mea. Nescit enim pannus quàm longum velit eum facere textor an ad decẽ vlnas vel ad triginta. Sed & si viuit diu peccator, quantò diutiùs in peccato viuit, tantò magis inuitè à peccato ex consuetudine recedit. Esa. 38.

Tertiò debet hominẽ mouere ad currẽdum spiritualiter in bonis operibus, tẽporis amissi desolabilitas. Videmus enim apertè, quando aliquis peregrinus aut viator morã inutilem trahit in via, & tempus malè expẽdit dormiendo vel aliquo alio modo: quãdo videt quòd tẽpus suum amisit & dietam suã implere non potest nisi festinet, dolet, & solet eo fortiùs currere, ne quãdo venit ad locum quo tendit, inueniat hospitia clausa. Ita certè homo est tamquam peregrinus & viator

ator in hoc sæculo, quia tamquam peregrini & viatores *non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*, sicut dicit Apostolus: Et ideo quando videt, quòd tempus suum malè amisit & expēdit per diuersa peccata, & cogitat quòd longè est ab æterna patriam, ultùm debet dolere, & eò magis festinare, vt viam diuinorum mandatorum, & omnium virtutum exercitia finiat, & celeriter currat, & tempus amissum per remissionem peccatorum recuperet: vt quando post istam vitam veniat ante ianuam æternæ patriæ, non inueniat eam clausam. Sic
Psal. 118. faciebat prophanam cùm dicebat. *Viam mādatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meū*, id est, inflammasti feruore deuotionis tuæ vel dilectionis. Si ergo volumus tempus amissum recuperare, oportet quòd in via diuinorum mandatorum, & omnium virtutum exercitio feruenter & celeriter curramus. Hæc enim via, est via salutis æternæ, & & ideo oportet quòd per eam cùm feruore deuotionis curramus, donec veniamus ad timorem, scilicet, ad æternam patriam vbi perfectam & sempiternam inueniemus requiem. Et tamen specialiter sciendum quod mandatum diuinæ dilectionis, inter omnia alia mandata cuilibet peccatori est summè necessarium. Ipsa enim diuina dilectio est

per-

perfectissima via, per quam homo peruenit ad æternam salutem. Vnde nota quod minima dilectio quæ fuit, est, & erit sufficiens ad salutem, sine qua nullus adultus saluari poterit, est ista: vt duo minima facias Domino.

Primum minimum est, vt si non omnia pro Dei dilectione contemnere & relinquere velis, saltem pro eo vilissimum omnium, scilicet, peccatum relinquas. Vilissimum omnium quæ sunt in mundo, est peccatum mortale, quo nihil vilius. Si non vis relinquere mundum pro Dei dilectione, si non amicos, si non venialia, dimitte tamen pro eius dilectione mortalia, vt luxuriam, superbiam, auaritiam, iram, gulam, & accidiam. Meliùs enim esset homini si nullum peccatum haberet, quàm si vniuersum mundum haberet.

Secundum minimum est, vt si Deo istud vilissimum, scilicet peccatum mortale præposuisti, saltem ei vt dignum est, in aliquo satisfacias, & hoc Dominus requirit à te, vt certè pro mortalibus satisfacias, non tamen secundum iusticiam, sed secundum eius magnam misericordiã. Pro nullo enim mortali sibi secundũ iusticiam satisfieri requirit, nisi tantùm pro vnico: pro isto enim solo secundum quod vult hominem satisfacere, secundùm iusticiam, quantumcunque sit ei

graue,aliter enim esse non potest: Istud vnicum est res iniustè acquisita, vel ablata. Pro iniustis enim rebus proximo vult satisfieri secundum iusticiam,si res suppetunt, nisi istæ,cui restituere teneretur,ex misericordia aliquid relaxet.

Quartò debet hominem mouere ad currendum spiritualiter in bonis operibus, æternorum præmiorum desideranda suauitas,videmus enim quod si aliquis scit quòd in sero habebit bonum hospitium vbi benè & lętanter erit receptus, multùm solet festinare & currere,vt ad illud valeat peruenire. Ita desiderium, & dulcedo cœlestium præmiorum quæ repromisit Deus diligentibus se,debent nos mouere,vt sine intermissione in bonis operibus curramus, donec ab ipso ea post istam vitam recipiamus. Vnde anima deuota petit à cœlesti sponso, scilicet,
Cant. 1. Christo in Cant. *Trahe me post te*, scilicet, mediante tua inenarrabili bonitate ad dulcedinem æternorum præmiorum, *curremus in odore vngentorum tuorum*, hoc est curremus in virtutibus & alijs bonis operibus, quæ sunt tamquam suauissima vnguēta tibi super omnia redolentia. Curremus igitur cùm feruenti deuotione in bonis operibus, vt ab ipso cœlesti sponso ad cœlestem patriā trahamur. Quapropter dicit Amb. *Curramus* Ambros.

ramus

rimus sequamur Christum, non est hic vera consolatio, sed ibi potius, vbi beata vita. Bernardus. *Curramus non passibus sed affectionibus, suspirijs, & desiderijs :* quia non solùm exercitus Angelorum; sed etiã Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & omnis cœlestis curia nos exspectat: vbi Christus præmiabit preciosissimis donis quæ repromisit diligentibus se, quæ adeò preciosa sunt, quod vnum istorum tãtummodo respondet labori mille annorum. Bernard.

Primum enim donum quo nos pręmiabit in patria est adeò pretiosum, quod omnes istud affectant, & hoc est iuuentus sine senectute. Hanc pueri, hanc senes omnes, appetunt, quia in ista ætate sunt omnes fortes, pulchri, amabiles & læti, & hic status optimus est inter ætates. Vnde etiam in hac ætate resurgent homines, in nouissimo die, scilicet, ætate triginta annorum, & tunc in iudicio dabit Deus suis electis hanc ætatem quando anima & corpus iterum conueniũt. Tunc enim implebitur quòd dicit Propheta. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Psalm. 112.

Secundum donum, quo nos præmiabit, adhuc preciosius est: immo adeò pretiosum, vt nullus sit qui non potiùs si mille mundos haberet omnes relinqueret, quàm isto careret, etiam si ei seruirent vt mundus seruiuis-

ſet Adam ſi lapſus non fuiſſet, adeò eſt pretioſum, vt etiam homo vellet potiùs non eſſe quàm eo carere. Et hoc donum eſt ſanitas. Numquam enim de cetero infirmabitur, libentiùs enim vellet homo non eſſe, quàm sẽper iacere in acuta febre, vel in agonia mortis: ibi verò adeò ſani erunt, quòd nec mors, nec ignis purgatorius, nec aliquid eos lædere poteſt, immo nec infernus.

Tertium donum adhuc maius eſt, quod eſt abundantia omnium rerum quibus indigemus. Hîc enim defectum in multis patimur, ſed ibi abundanter omnia habebimus.
Deut 8. Deut. 8. *Omnium rerum abundantia perfrueris ibi*, hîc enim nihil ſatiare poteſt hominem. verùm quid ſi pauper intra ſe cògitat, ſi hoc modicum haberem ſufficeret mihi: Reſpõdeo verùm eſt ad tempus, ſed non ſemper. Cùm enim aliquis ipſum moleſtaret, vellet ſtatim eſſe eo potentior, poſtea rex, poſtea imperator, poſtea ſuper omnes Angelos poteſtatem habere; poſtea verò eſſe ſicut Deus. Et quare vellet omnia iſta: Ecce cauſa, quia anima, quæ ſecundùm Deum facta eſt, non poteſt hîc ſatiari vel impleri, niſi venerit ad exemplar ſecũdùm quod facta eſt, & hoc eſt ipſe Deus, & tunc quieſcet, verbi gratia. Si ceræ imprimitur ſigillũ, etiam ſi poſtea deferatur per totum mundum

dum, & omnibus alijs sigillis adaptetur, nulli perfectè adaptabitur nisi primo & in isto quiescit. Sic est de anima ad imaginem Dei facta, quæ in nulla alia requiescere potest nisi in Deo.

Quartum donũ adhuc maius est quod sancti habebunt. In cuius cõparatione omnia prędicta nihil sunt: Hoc adeò est magnũ, vt omnes homines tam boni quàm mali illud appetant, omnes sancti Angeli desiderant, hoc est perpetua pax. Hoc donum etiam appetunt animalia irrationabilia, pecora, volucres, pisces & huiusmodi. Numquam aliquis tam malus, qui non semper illud donum diligeret. Fortè nunc cogitas, quare ita sæuiunt mali? ecce ratio, quia vellent alijs dominari, & sic pacẽ habere. Omnia quę in homine sunt, pacem quęrunt, oculi, aures, & omnia membra tam interiora quàm exteriora; sed hanc pacem hîc habere non possumus, quàm diu diabolus hîc nos impugnat diuersis mundi delectationibus: sed quãdo venimus ad terram promissionis, hoc est Esa. 32. ad æternam patriam: tunc *sedebimus in pulchritudine pacis, & in requie opu'enta*, vt dicit Psalm. 147. Isaiæ & Psalm. *Qui posuit fines tuos pacem*, vbi omnia quæ in homine sunt, habebunt pacem.

Quintum donum quod sancti habebũt

in corpore & anima,quo ſuos delectos præmiabit Deus, ſunt innumerabilia gaudia,& maximè innumerabilia , quia præter hoc quod ibi homo gaudebit de proprio merito,& de ipſo Deo , habebit infinita gaudia, cùm ibi ſint infiniti ſancti , & Angeli, quorum quilibet ſpeciale habebit gaudium. Nam ipſe Chriſtus communicabit ei gaudium quòd habet pro paſſione ſua , & ipſe pro religione ſua & huiuſmodi : & omnes Angeli ſimiliter ; iſtorum verò gaudiorum tanta eſt multitudo,quòd non eſt numerus. Valde tamen de hoc gaudebit , quòd videt Deum hominem, & non Angelum. Item quod eandem naturam, ſcilicet, humanam videt exaltatam ſuper Angelos,& ab Angelis,eam adorari.

Sextum donum , quo nos pręmiabit in patria eſt gloria ſempiterna , quam habebit quiuis ab omnibus ſanctis,ab Angelis,à beata virgine,& à Deo : pro eo quod diabolum eorum inimicum deuicit , & confudit , & quod gaudium eorum augmentabit , & ruinam Angelorum reſtaurauit , quod Deum omnibus mundanis præpoſuit , & eum ſic multipliciter ſeruiendo honorauit.

Septimum donum adeò magnum eſt,vt prædicta parùm æſtimarent,niſi daretur eis Zac.14. aliud, & hoc eſt ſecuritas, ſcilicet quòd prædicta

dicta numquam perdent Zachariæ vltimo. *Sedebit Ierusalem secura.* Parùm enim reputatur quod citò perditur: Sed Deus sanctos suos securos faciet. Vnde Apoc. *Iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra; quæ prima abierunt.* Apoc. 14.

Octauum donum omnium est excellētissimum quod solum sufficit, hoc est desiderium omnium voluntatum, quod inuenitur in Deo Iob. *Decernes rem & veniet tibi,* Iob 22. quamquam enim homo desiderat, solummodo speculum respiciat æternæ Trinitatis, & in quantum pro illo statu expedit, inueniet. In isto inquam speculo inueniet summam sapientiam, immo caussas omnium rerum si scire voluerit. Si vult pulchritudinem, inueniet maiorem quàm possit excogitare: si superabundantiam omnium quæ desiderantur, maiorem quàm excogitare possit; quātum vis, tantum eris pulcher, fortis, sapiens, & huiusmodi. Ad quæ nos perducat rex æternæ gloriæ.

Dominica in Sexagesima.

SERMO XIIII.

2. Cor. 11. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* 2. *Corinth.* 11. Videmus operarium laborantem, ad laborem patienter ferēdum excitat, tum præmij consideratio, tum post laborem recreatio, quia dicit Gregor. *Consideratio præmij minuit vim flagelli.* Et ideo Apostolus sciens, quòd homo est in mundo sicut operarius, qui in perficiendo operé salutis, multa incommoda debet sustinére, vt in gaudio illa sustineat, prēmij consideratiōnē proponit dicens pro se & quolibet pro Christiano: *libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Circa quod verbum ad nostram instructionem est sciēdum quòd quatuor requirūtur ad hoc quòd Christus habitet in homine.

Greg.

Primò requiritur quòd habeat pulchrū & mūdum hospitium. Videmus enim quòd magnates non libēter habitant in loco fœtido, vbi est aer corruptus; sed in loco pulchro & mundo, vbi est aer sanus: Ita filius Dei, qui est cādor lucis æternæ, & speculum sine macula: requirit in suo habitaculo mundiciem

diciem & puritatem, vt dicit Haymo super Haymo.
Ioannem: *Dominum Deum tuum susceptuꝛus, in habitatione cordis tui emunda conscientiam tuam ab operibus mortuis*, & à cogitationibus superfluis & immundis, quia mundus habitator mundam quærit domum, vt dicitur Sapi. 1. *In maliuolam animam nō introibit sapientia*, id est, Christus, qui est sapientia patris *nec habitabit in corpore subdito peccatis*. Vnde Num. 35.
n. 35. *Emundabitur vestra possessio me cōmorante obiscum*. Esa. 62. *& habitabit iuuenis cum virgine*, id est, Christus cum homine mundo. Esa. 62.
Nec mirum, quia sicut aer nebulosus non potest recipere solis lumen, & sicut aqua turbida non potest repræsentare faciem introspicientis: ita homo immundus & impurus diuersis peccatis, non potest Christum recipere: ideò debet emūdare cor suū scopa confessionis, & ipsū ornare diuersis virtutib. Videmus quod capsulæ siue sāctuaria vbi reponuntur reliquię sanctorū, solent de argento fieri & deaurantur mundissimo auro, & sic mundæ seruantur: quantomagis debet homo facere suum sanctuarium mundum & purum, qui est suscepturus illum qui est sanctus sanctorum. Vnde dicitur Exodi. *Facient mihi sanctuarium, & habitabo in medio illorum*. Exod 25.
Vnde & Psaltes dicit. *Tu autem in sancto habitas*, hoc est in corde puro & mundo. Sanctitas Psalm. 21.

ctitas enim nihil aliud est, quàm quædam mentis & corporis puritas: Et ideò dicit
Hieron. Hieronymus. *Nihil quietius, nihil purius conuenit esse in ea mente, quæ Deo pro habitaculo præparanda est, quem non templa auro fulgentia, nec gemmis altaria distincta delectant,*
Hieron. *sed anima virtutibus ornata.* Et idem Hieronym. *Verum templum Christi est anima credentis illam exorna, illam vesti, & ita suscipe Christum.* Videmus quando thalamus parùm est gratiosus, pinguntur in eo imagines & figuræ diuersorum colorum, quæ ornant & decorant ipsum thalamum, & tunc fit gratiosior ad habitandum: sic anima quæ ante fuit deformis per peccatum, quando est depicta vel ornata nobili colore diuersarum virtutũ, fit delectabilis habitatio, & thalamus sanctissimi regis, scilicet, Christi.

Secundò requiritur, vt habeat amoris incendium, videmus enim, quòd quilibet sanæ mentis libenter ibi habitat, vbi diligitur, ita Christus libenter habitat, vbi ardenter diligitur. Vnde dixit per Prophetam Ie-
Ierem. 7. rem. 7. *Bonas facite vias vestras*, me per charitatem diligendo *& studia vestra*, me per amorem quærendo *& habitabo vobiscum*, vos
1. Ioan. 1. intimè consolando. Et ideo Ioan. in sua Canica dicit. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Quare si vo-

ſi volumus quòd Chriſtus habitet in hoſpitio cordis noſtri, neceſſarium eſt, vt cor noſtrum ſit accenſum igne diuini amoris. Ignis enim diuini amoris ardens in corde amoroſo, Chriſtum ad ſe trahit. Et hoc ideò quia in ſe habet quandam virtutem attractiuam, ſicut patet in magnete qui in ſe quieſcit, & tamen attrahit ferrum. Hoc etiam patet in pomo pulcherrimo & rubeo quod in ſe quieſcit, tamen allicit ad ſe appetitum hominis. Sic diuinus amor quieſcens in domicilio cordis humani, ſuauiter Chriſtum attrahit, quia tam dulciter attrahit quòd attrahentem non facit ſentire ſuum motum vel tractum. Vnde ipſe Chriſtus dicit. Prouerb. 23. *Traxerunt me & non ſenſi* Vnde beatus Prou. 23. Auguſtinus, vt Chriſtum poſſit ſuauiter trahere ad hoſpitium ſui cordis, petebat à Deo Auguſt. dicens. *O amor qui ſemper ardes & nunquā extingueris, Deus charitas accende me.* Sciebat enim Dei filium tam delicatum eſſe, quod nuſquam, velit eſſe niſi apud ignem ſuauiſſimi amoris, vbi ardēter diligitur, vbi omnis alienus amor excluditur à corde. Ratio enim huius eſt, quia ipſe ſemper ſolet eſſe apud ignem charitatis in cœleſti Paradiſo, vbi eſt ardentiſſima charitas quæ nunquam ardere ceſſat, ſed ſemper ſuper omnia ſuauiter ardet. Vnde ait. *Totum cor meum, flamma tua di-*

lectio-

lectionis accendat Domine in tantum, quod nihil de meipso relinquatur, nec accendam ad meipsum, *totus te diligam, totus in te aestuem, totus in te ardeam à te inflammatus.* Et idem Augu-
Idem. stinus. *Hospitari vult apud te Christus, fac illi locum, vis autem facere illi locum, noli amare teipsum, illum ama. Si te amaueris, claudis contra illum ostium, si illum amaueris, aperis illi*, vt dicit
Cant. 8. in Cantic. *Aperi mihi soror mea ostium.* Item
Hugo. Hugo dicit. *Familiaris est itaque Deo charitas, quia ipse mansionem habere nolit, vbi ipsa non fuit.* Et ideò non libenter habitat in corde frigido sine igne amoris, quia sicut carbo sine calore ignis naturaliter est frigidus, & mortuus; sic cor hominis sine igne amoris spiritualiter frigidum est & mortuum. Vnde ibi nulla delectatio est. Sed quando cor humanum ita est accensum igne diuini amoris, quod Deum super omnia diligit & proximum sicut seipsum, tunc & seipsum Christus suauiter infundit & in amore illius iugi-
Sap. 8. ter delectatur. Iuxta quòd per Sapient. dicitur. *In amicitia illius delectatio bona est.* Nihil enim est in vniuerso mundo quod tam amabile sit Deo sicut cor humanum diuino amore accensũ. Iuxta quòd Christus per Sa-
Eccl. 3. piẽtem dicit. *Praebe fili cor tuum mihi*, scilicet, *per verum amorem.*

Tertiò requitirur quòd faciat Deo placitum

citum & gratum obsequium. Videmus enim quòd magnates & diuites non libenter ibi habitant, vbi non honorantur, aut non habent auctoritatem imperandi: sed vbi possunt pręcipere & voluntas eorum impletur, ac eis faciliter obeditur, & cum deuotione seruitur. Ita certè Christus qui est rex sempiternus & immortalis, non libenter habitat in tali homine, qui eius mandata non vult obseruare, nec ei obedire, nec ei gratum obsequium facere. Sed certè in tali homine Christus libenter habitat, qui ei obedit & deuotè inseruit. Iste enim veraciter Deo obedit, & ei deuotè seruit, qui semper eius mandata custodit. Et ideò dicit Gregorius. *Qui verè Deum diligit, eius mandata custodit, & in eius corde Dominus venit, & mansionem facit, quia sic eum diuinitatis amore penetrat, vt ab hoc amore tempore tentationis non recedat.* Gregor. Nam per hoc vt scribitur primo Paralip. 29. *Non paratur homini habitatio, sed Deo.* Feruor enim internæ deuotionis cor humanum adeò liquefacit & resoluit, vt promptè diuinis instinctibus consentiat, & mandata diuina in omnium virtutum exercitio firmiter teneat, nec in aliquo transgrediatur. Diuina enim mandata adeò concatenata sunt, vt qui vnum mandatum transgreditur, omnia transgrediatur. Hæc est illa catena aurea 1. Par. 29.
de

Exod.39. de qua habetur in figura Exodi 39. *Facies tibi in rationali catenulas sibi inuicem cohærentes de auro purissimo*, quia sicut si vnus circulus catenæ confringitur, totum quòd per illum ligatur dissoluitur; sic etiam qui vnum mandatum transgreditur, tantum est, ac si plura, licet in pluribus grauiùs peccet. Vnde Iac. 2.
Iac. 2. *Si quis totam legem seruauerit offendat autem in vno, factus est omnium reus.* Et nota quòd hæc catena diuinorum mandatorum benè dicitur aurea propter mandatum dilectionis, quæ omnia alia mandata deaurat & decorat. Sicut enim auro inter metalla nihil est pretiosius, sic inter mandata diuina & etiam omnes virtutes; nihil est pretiosius dilectione. In isto enim mandato, omnia mandata vnum mandatum sunt. Qui ergo vult, vt Christus in hospitio sui cordis habitet, hanc auream catenam non dissoluat, & sic merebitur Christum in hospitio sui cordis habere. Ipsa enim tam suauiter ligat Christum cùm corde humano, quòd Christus à tali corde nequit vmquam separari. Vnde dicit Saluator Ioan. 14. *Si quis*
Ioan. 14. *diligit me sermonem meum seruabit*, hoc est mandata, *& pater meus diliget eum & ad eum veniemus*, scilicet, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, *& mansionem apud eum faciemus*, quæ quidem

quidem non erit momentanea & transitoria, sed æterna.

Quartò requiritur quòd spiritualiter habeat securum & altum prçsidium, vel contemplatiuæ vitæ fastigium. Videmus enim ad sensum quod nobiles qui multos habent impugnantes, libenter morantur in castris super rupem firmatis, vbi hostibus non patet aditus: Ita çertè Dominus noster Iesus Christus multos habet hostes, qui ipsum volunt expellere de corde humano: ideò libẽter habitat in fortibus castris, hoc est in cordibus fortibus ad resistendum tentationibus & peccatis, & altissimis, hoc est erectis ad superna per cœlestem cõtemplationem. Vnde Eccles. 24. dicitur. *Ego in altissimis habito.* Illi enim veraciter sunt alti, qui habent cor erectum ad superna: inter omnia enim animalia homo habet corpus erectum propter animam, quæ naturaliter tẽdit sursum. Vnde dicit Augustinus super Genesim contra Manichęos. *Omnium animalium corpora quæ in aquis sunt, & quæ in terris viuunt, sunt inclinata ad terram, & non sunt erecta sicut corpus hominis.* Quo figuratum est animum nostrum in superna erectum esse debere. Vnde nota quod homo ratione illius quòd est imago Dei, eleuatus est super omnem eminentiam corporeę creaturæ, immo ratione illius quòd

Eccl. 24.

D. August.

quòd est imago Dei, maiorem proportionem habet ad Deũ qui est infinitæ virtutis, quàm ad quodcumque corpus. Patet in cera, quæ est impressa alicui sigillo, illa cera maiorem proportionem habet ad illud sigillum, quàm ad quodcunq; aliud sigillum, etiam si postea trãsferatur per totum mundum, & omnibus sigillis aptetur, nulli ita perfectè aptabitur & proportionabitur sicut primo. Sic est de homine qui est ad imaginem Dei factus. Et idcirco quia homo ratione illius qua homo est creatus ad imaginẽ Dei, maiorem habet proportionẽ ad Deum, quàm ad quodcunque corpus vel rem creatam: ideo non immeritò deberet homo esse eleuatus ab istis terrenis ad superna, & vacare soli contemplationi diuinæ. Nunquam enim aliqua creatura sic eleuata fuit sicut humana natura, ergo etiam præ omnibus rebus creatis debet esse magis eleuata ad cõtemplandum illum, ad cuius similitudinem creata est. Vnde cùm quidam sapiens interrogaretur, quare rectè creatus esset, Respondit, ideò rectè creatus sum vt contempler. In illis qui sic eleuantur à terrenis, & vacant diuinæ contẽplationi, Christus libenter habitat: in eis enim dulciter quiescit, quia non
Psal. 131: potest impugnari. Vnde dicit Psalm. *Elegit Dominus Syon*, id est, animam contemplatiuam,

tiuam. nam Syon interpretatur ſpeculatio. *Elegit eam in habitationem ſibi.* Sed nota quòd quatuor ad hoc requirũtur, vt homo ad arcẽ huius cõtẽplationis perueniat. Primũ eſt vt homo ſit abſtractus ab omnib exterioribus, & redeat ad quietẽ ſuæ conſcientiæ excluſis omnibus creaturis. Vnde Anſelmus: *Intra in cubiculum mentis tuæ, & exclude omnia propter Deũ.* Qui enim vult ducere vitã cõtẽplatiuã, ille ſolũmodo debet quieſcere in ſua conſcientia. Exẽplum habemus de turture, quæ eſt auis munda & ſolitaria, quæ nunquã reſidet ſuper rẽ fœtidã. Sic debet homo contẽplatiuus facere, atque in nidulo mundæ & puræ conſcientiæ debet reſidere ſolitarius, & excludere omnia propter Deum. B. Anſel.

Secundò quando homo ſe abſtraxit ab omnibus creaturis, & iam ſolus requieſcit in ſua conſcientia, tunc vltra requiritur, vt Deũ inquirat. Hoc fit quando homo ſe ſupra ſeipſum eleuat, & totum deſiderium ad hoc dirigit, quomodo Deum inquirat. Vnde dicitur Ierem. *Sedebit ſolitarius, & tacebit, & leuabit ſe ſupra ſe.* Et ideò Richardus primo de Trinitate. *Aſcendamus poſt caput noſtrum, nam ad hoc aſcendit in cœlum, vt prouocaret & poſt ſe traheret deſiderium noſtrũ.* Ad hoc miſit nobis ſpiritum ſanctum, vt poſt ipſum leuaret ſpiritum noſtrum. Vnde Anſelmus petit Thren. 3. Richard.

 dicens:

dicens: *Doce me Domine quaerere te, non possum quaerere nisi tu doceas, quaeram te desiderando, desiderem te quaerendo.*

Tertiò quando homo cum tam ardenti desiderio Deum inquirit, tunc vltra requiritur quòd Deum inueniat. Hoc fit quando anima per puram intelligentiam intrat claritatẽ lucis incorporeae, & se totam trahit in Dan. 10. Anselm. illius suauitatem. Vnde dicitur Daniel. 10. *Intelligentia opus est in visione.* Anselmus. *Domine releua me ad te, munda me, illumina oculos mentis meae, vt intuear te.*

Quartò quando anima Deum inuenit, requiritur quòd ipsius dulcedine quodãmodo fruatur, hoc fit quando appetitus in anima in Deo totaliter quiescit, & delectatur, nec iam aliud quidquam inuenit, quòd vltra per desiderium petat. Sed intrat in affectum, & dulcedinem inusitatam, quae si semper esset, felicitas magna esset. Vnde dicit August. Augustinus in libro confess. *Induxisti me domine in affectum multum inusitatum, qui si perficeretur in me, nescio qua sit vita aeterna, si illa non est, &c.*

Dominica

Dominica in Quinquagesima.

SERMO XV.

NVnc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Prima ad Corinthios 13. Qui primò ponuntur ad aliquod artificium sunt in principio quodammodo rudes ad discendum, vnde statim modos & tractus non capiunt artis; sed paulatim perueniunt ad perfectam artis cognitionem, ad quam exemplis & similitudinibus manuducũtur. Opus autem nostrum siue artificium, ad quod debemus tendere, est Dei visio, & Dei cognitio, & totum officium hominis in beata vita erit, delectari in visione & cognitione creatoris. Quod quidem artificium non possumus statim scire, sed oportet nos paulatim ad istud ascendere. Cùm autem venerimus ad beatam vitam, tunc perfectè, non in creaturis, non in figuris, vel scripturis, sed facie ad faciem cognoscemus. Vnde Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum; & quẽ misisti Iesum Christum.* Et hoc est, quòd dicit Apostolus in his verbis. *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quòd ad

1. Cor. 13.

Ioan. 17.

 hoc

hoc quod Deus, qui est nostra beatitudo à nobis cognoscatur, quatuor necessariò requiruntur.

Primò, vt lumen fidei in nos diffundatur. Huius simile videmus in cursu naturæ, ad hoc enim quod aliqua res corporalis cognoscatur, requiritur aliqua claritas exterioris luminis, nihil enim videtur sine lumine, quia omnia quæ videntur in lumine videntur. Ita certè est in spiritualibus, quia ad hoc quòd intellectus humanus pertingat ad diuinam cognitionem, necessariò requiritur, quòd illuminetur lumine fidei, quia homo secundùm statum suum naturalem, inclinatus est ad naturalia, & per seipsum, super naturalia eleuare se non potest. Et si intellectus debet recipere cognitionem supernaturalem, vel cognoscere, vel contemplari diuina, oportet quod aliquo lumine eleuetur, ad intuendũ istud diuinũ, & hoc facit perfectio fidei. Lumen enim fidei, facit nos cognoscere Deum, quia facit nos assentire illis, quæ nec naturaliter, nec per rationem scire possumus, vt quòd credamus, quòd virgo concepit, & peperit, & virgo post partum, permãsit. Et quòd Deus homo factus est. Et quod vna hostia sit corpus Christi, tam magnum sicut pependit in cruce in die veneris benedictæ? illud enim excedit omnẽ sensum hominis.

minis. Vnde in lumine fidei credimus de Deo, quæ à sanctis & sapientibus referuntur. Sed Iudęi & pagani, quia non habent rectam fidem de Deo, nihil perfectè cognoscunt de ipso, vel intelligunt: ideo maiorem cognitionem habet de Deo, quilibet fidelis Christianus, quãuis simplex & grossus, quàm subtilissimus, & sapiẽtissimus infidelis. Sicut oriente sole, initiatur dies, ita oriẽte lumine fidei in anima, incipit cognitio diuina. Vnde dicit Greg. super Ezec. *Per fidem lux vera nascitur in mente.* Fides enim introducit intelligentiã & cognitionem omnipotentis Dei. Ad hoc autem quod fides nostra sit bona & recta, quinque requiruntur. D. Greg.

Primò quòd sit pura, quòd nihil falsitatis, vel vanitatis admisceamus, vt illi qui varias incredulitates, confingunt & credunt, sicut piromantici, hydromantici, aruspices, arioli, nigromantici qui puritatem fidei diuersis stultitijs commaculant, & obseruantes fantasmata, somnia, diuinationes, & incantationes. Et ideo præcipit Dominus Deuter. 18. *Non inueniatur in te, qui ab ariolis sciscitetur, nec obseruet somnia, nec auguria, aut phitones consulat, aut diuinos, nec a mortuis quærat veritatem. Omnes hos abominatur Dominus, & propterea deleuit eos.* Deut. 18.

Secundò requiritur, quod sit integra &

indiuisa, scilicet, vt omnia credenda credamus, vt hoc quod credit sancta Ecclesia, etiam nihil excipientes, & nihil apponentes. Veritas enim fidei adeò concatenata est, vt qui vnum articulum negat, totam fidem dissoluit. Hæc est enim illa aurea catena, de
Exod. 39. qua dicitur Exodi 39. *Facias tibi* (in rationali) *cathenas sibi inuicem coherentes de auro purissimo* : quia sicut si vnus circulus catenæ confringitur, totum quod per eum ligatur dissoluitur: sic est de fide, qui vnum articulum fidei negat, sic est hæreticus ac si plures articulos negaret.

Tertiò requiritur certitudo, quia nihil certius, nihil verius esse credamus, quã quod fides docet. Sensus enim corporis, opinione mẽtis sæpè fallũtur, & omnia in terra variabilia sunt, sola fides nunquam fallit. Nihil enim homini est certius ipsa fide, qua creditur, quod longissimum est à sensu, & hoc patet, quia certius est, quod videtur in lumine primæ veritatis, quæ Deus est, quam quod virtute in lumine creatæ veritatis. Item certior est cognitio, quæ fit per inspirationem, quàm quæ est per humanam inuẽtionem siue acquisitionem. Item certius est, quod scitur testimonio Spiritus sancti, quàm quod scitur testimonio creaturæ; & ideo fides certior est quàm aliqua alia scientia,

tia, ficut patet: nullus enim vellet pati pro certitudine aliarũ ſciẽtiarũ, ſed libẽter multi vellent pati pro certitudine huius ſciẽtiæ, D.Bern. ſ fidei. Vnde Ber. *Fides neſcit falli.* Vnde nota quòd ſenſus ſæpè falluntur, fides nunquam. Vt de alijs taceam, viſus qui præcipuus eſt, frequenter fallitur; Videt enim vnum & putat aliud. Videt ſolem multo maiorem terra, & putat bicubitalem eſſe. Videt ſtellas & putat minores eſſe ouis, aliquis videt ignem in aere, & putat ſtellas volare & huiuſmodi. Sed ipſa fides immobilis eſt. Vnde non licet nobis aliquod dubiũ de ipſa habere, dubius enim in fide infidelis eſt. Et non ſolũm pro certo tenere debemus, quod fides noſtra eſt certa, ſed etiã quòd ſola vera eſt: omnes verò reliquæ ſectę ſunt falſę, ſiue Iudęorũ, ſiue paganorũ, ſiue hæreticorũ, quia nullus extra fidẽ Chriſtianã poteſt ſaluari, ſicut nullus extra arcã Noe euaſit tẽpore diluuij: quia non eſt niſi vna veritas ex qua oña vera ſunt. Quartò requiruntur bona opera, quia nobilibus & pretioſis operibus adornari debet, vt dignum eſt, & decet. Quantumcunque enim bonus & magnus artifex eſt, nihil tamẽ valet ſine inſtrumẽto, vt faber ſine ferramẽtis, & nauta ſine naui, & domificator ſine bipẽne, & miles ſine armis, & clypeo inutilis eſt. Vñ Iac. 2. *Quid prodeſt, ſi fidẽ quis dicat* Iac. 2.

se habere, opera non habeat, numquid potest saluus fieri? Certè non, quia fides sine operibus mortua est. Vnde dicit Gregorius. *In dilectione Dei fides necessaria est, quia scriptum est. Sine fide impossibile est placere Deo.* Frustrâ autem sibi de sola fide blanditur, qui operibus bonis non ornatur.

D. Greg. Heb. 11.

Quintò requiritur, vt sit fortis, & constans adeò, vt homo sit paratius morti se pro illa exponere, quàm illam deserere vel negare. Exemplum de omnibus sanctis martyribus, qui pro illa seruanda exposuerunt res, & honores, & corpora diuersis supplicijs, non vt hęretici, qui statim ad primum impetum fidem negant verbis expressis vel copertis, vt sic quilibet sanctus, & verè fidelis perfectione fidei illuminatus, dicat illud Ps. *In hoc* (scil. lumine fidei) *cognoui quoniã voluisti me*, quia sine tali lumine saluari nõ potui.

Psalm. 40.

Secundò, vt Deus à nobis cognoscatur, requiritur quõd ad Deum interior oculus animæ dirigatur, & cõuertatur. Exemplum habémus in natura, videmus enim, quod ad hoc quod res corporalis cognoscatur, requiritur quòd potentia visiua ad eam dirigatur. Quantumcunque enim aër esset clarus, & oculus bene dispositus, si vertam ad eũ dorsum, & oculos auertam, numquam talem rem cognoscam. Sic etiam est spiritualiter, quia

quia ad hoc quod oculus animæ, ſcilicet intellectus pertingat ad cognitionem diuinã, oportet quod ipſe intellectus, qui vocatur oculus animæ, ad Deum dirigatur & conuertatur. Ille enim qui eſt in peccato, nec ſe eſſe cognoſcit peccatorem. Iſte oculos claudit, & auertit à Deo ne ipſum poſſit cognoſcere. Deus enim ſemper paratus eſſet intellectum noſtrum illuſtrare lumine ſuæ gratiæ, vt ipſum cognoſceret, ſicut patet in ſole materiali, qui ſuorum radiorum claritate, omnibus ſe viſibilem oſtẽdit. Sed qui oculos ſuos claudit, & eos ab ipſo auertit, ipſe ſol etiam ab ipſo claritatem ſuæ viſionis abſtrahit. Sic etiam eſt de Deo, qui ſe ſemper nobis cognoſcibilem oſtendit. Sed quando per peccatum oculum animæ claudimus, & ipſum ab eo auertimus, tunc etiam lumen ſuæ cognitionis nobis ſubtrahit. Et ideo ſi volumus ipſum perfectè cognoſcere, debemus oculum animæ noſtræ, hoc eſt intellectum noſtrum dirigere, & conuertere per pœnitentiam, & proprij peccati recognitionem habere. Vnde dicit Gregor. in paſtorali. *Senſus humanæ cognitionis, ſi ſtatum ſe peccatorem quis intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit.* Si autem candorem iuſtitiæ ſibi ſeu ſapientiæ ſuæ tribuit, à luce ſupernæ cognitionis ſe excludit. Neceſſe enim eſt, qui D.Gregor.

cognitionem diuinæ claritatis vult pertingere, quod nihil perfectionis sibi adscribat, nihil suis meritis tribuat, sed magis se esse peccatorem cognoscat, & totum quidquid gratiæ habet in se, diuinæ gratiæ cum humilitate cordis Deo adscribat. Vnde dicit Orig. Origenes super Ezec. *Suauius & subtilius contemplatur maiestatem diuinam, qui verus humilis est, & cognoscit infirmitatem suam.* Talis namque recognitio peccatorum, & humilitas dirigit oculum mentis nostræ, hoc est intellectum, ad perfectam cognitionem Dei. Vnde dicit D.Bernard. Bernard. *Quantò namque in cognitionem mei proficio, tantò ad cognitionem Dei ascendo.* Et quod pœnitentia & recognitio peccatorum ducat in cognitionem Dei, huius figuram 2.Par.33. habemus 2.Paral.33. *quod Princeps exercitus Assiriorum*, id est, dæmones *ceperunt Manassen*, qui interpretatur obliuiosus, hoc est, peccatorem qui oblitus est Deum Dominū creatorem suum, *& vinctum catenis*, id est, peccatis *duxerunt in Babilonem*, id est, in cōfusionem peccati mortalis, qui postquam se vidit quòd angustiatus est, scilicet, in peccato, *orauit Dominum, & egit pœnitētiam*, valdeque penituit & doluit de peccato, *& exaudiuit Dominus orationem eius, reduxitque eum ad populum & ad regnum suum*, id est, reduxit eum ad pœnitentiam, per quam acquiri-

quiritur regnum cœlorum, *& cognouit, quod Dominus ipse esset Deus*, qui ei fecit tãtã gratiã. Tertio ad cognoscendũ Deum requiritur, quòd inter nos, & Deum spiritualiter debita distantia habeatur & proportio. Exemplum habemus in naturalibus, quod ad hoc, quod aliqua res videatur corporaliter, necesse est, vt inter oculũ, vt rẽ visam, debita sit distãtia & proportio. Quantũcunq; inter oculũ, & rẽ visam esset magna claritas, quãtumcunq; etiã oculus se ibi cõuerteret & dirigeret, nũquã tamen posset cognosci ab oculo, nisi ibi esset debita distantia, quia quod nimis distat ab oculo, non posset cognosci. Ita certè vt oculus interior animæ pertingat ad cognoscendum Deum, necesse est, vt inter animam & Deum sit proportionata distantia. Hanc autem proportionatam distantiã faciunt bona opera. Tenent enim hominem, ne se à Deo elonget, vt dicit Scriptura. *Appropinquate Deo*, scilicet, bonis operibus, & *appropinquabit vobis*, scilicet, vt eum clariùs cognoscatis. Quantò enim magis in bonis operibus proficimus, tantò magis Deo per veram cognitionem appropinquamus. Vnde dicit Gregor. in moralibus. *Ad Deum tot gressibus mens accedit, quot bonis moribus proficit.* Sic dico per locum à contrarijs quanto magis in malis operibus proficimus, tantò

Iacob. 4.

D. Gregor.

magis

magis nos à diuina cognitione elongamus. Ipsa enim mala opera elongant hominem à Deo, vt ad ipsius cognitionem non possit pertingere. Vnde nota secundùm Basilium quòd *summa elongatio facit errare circa tria in rebus exterioribus*, Primò circa quantitatem, & ponit exemplum in sole, siue in solis quãtitate; quia sol cùm sit octies maior terra vel saltem maior quam terra, tamen propter nimiam elongationem videtur paruus esse. Insulæ maris cum sint magnæ videntur paruæ. Secundò dicit, quod nimia elongatio facit errare circa qualitatem, & ponit exemplum, de velo nauium, quod cum sit album, tamen propter nimiam distantinam videtur nigrum. Tertiò dicit, quod facit errare circa figuras, & ponit exemplum de turribus, quæ cùm sint quadratæ, tamen propter nimiam elongationem videntur rotundæ. Sic peccator per opera mala elõgatus à Deo, errat in cognitione Dei specialiter in tribus. Primo enim non cognoscit quantus sit, id est, quàm potens & quàm immensus, quia si cognosceret, vtique timeret eum, & malè agere cessaret. Vnde soli boni sic eum cognoscunt, quia non cessant bene agere. Vnde dicit Psalm. *Ego cognoui, quod magnus est Dominus.* Et Hier. 10. *Quis non timebit te O Rex gentium.* Vnde eius potentiam timent dæmones

D. Basil.

Psal. 134.
Hieron. 10.

mones, quia dæmones credunt & contremiscunt, solus peccator eum non timet, etiam cùm dicatur ei per Christum: *Timete eum, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittendi animam in gehennam ignis.* Matth. 10.

Secundò non cognoscit qualis sit, id est quàm sapiens sit & clarus: nã si cognosceret, peccare erubesceret. Vnde Eccles. 23. *Oculi Domini multo lucidiores sunt sole, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes.* Ideo boni homines, quia eius sapientiam & claritatem cognoscunt, peccare erubescũt. Dicit enim Boetius. *Magna est nobis indicta necessitas probitatis, cùm omnia agamus ante oculos iudicis omnia cernentis.* Gregor. *Si Deum præsentem, & omnia videntem, & iudicaturum credimus de omnibus, vix aut nunquam peccaremus.* Bernardus. *Quid tam timendum est, quàm potestas, cui non potes resistere, sapientia cui non potes abscondi? potuit minus timeri, alterutro carens; nunc autem profectò oportet quod timeas illum, cui nec oculus deest omnia videns, nec manus omnia potens.* Eccles. 23. Boetius. D. Gregor. D. Bernard.

Tertiò peccator non cognoscit, qualis figuræ sit Deus, id est, quàm misericors, & pius, vtique si hoc cognosceret, ret, statim se conuerteret, & pœnitentiam ageret. Et ideo quia sancti homines hoc

cog-

cognoſcunt, eius miſericordiam & bonitatem irritare nolunt. Vnde nota quòd figura ſuæ miſericordiæ & pietatis eſt quadrangularis. Habet enim quatuor Angulos. Primus eſt, quod peccatorem æquanimiter exſpectat. Secundus eſt quia reuertentem ſtatim recipit. Tertius quia omnium peccatorum ſuorum non recordabitur. Quartus quia ipſum à recidiuatione in peccatum cuſtodit.

Quartò ad cognoſcendum Deum requiritur, quòd interior oculus ipſius animæ firmiter in Deo teneatur, & figatur. Vnde videmus in naturalibus, quod qui vult oculis corporalibus aliquam rem perfectè cognoſcere, oportet quod ibi firmiter figat, & teneat oculos. Si enim citò auerteretur oculus, & nollet perfectè inſpicere, non bene poſſet cognoſcere, maximè rem, quæ indiget forti diiudicatione. Ita dico, qui vult pertingere ad perfectam Dei cognitionem prout eſt poſſibile in via, oportet quòd firmiter figat, & teneat interiorem oculum ipſius animæ in Deo. Hoc autem quòd firmiter facit tenere & figere in Deo interiorem oculum ipſius animæ, eſt perſeuerantia in bonis operibus & diuinis mandatis: quia dicit Chryſoſtomus. *Non incæpiſſe ſed perfeciſſe virtus eſt*. Et ideò dicit Saluator. *Si manſeritis*

D.Chryſ.
Ioan. 8.

ritis in sermone meo, veri mei discipuli eritis, & cognoscetis veritatem, hoc est me qui sum *via, veritas & vita.* Sed tamen notandum quòd quantumcunque oculus ipsius animæ hic in via purgatur, & quantumcunque per perseuerantiam bonorum operum in Deo figatur & teneatur, plenè tamen & perspicuè Deum non valet cognoscere. Sed certè quando anima ipsa separatur à mole corporis, quæ ipsam impedit & aggrauat in Dei cognitione, & introducitur in gaudium domini sui, tunc facie ad faciem æternum Regem cernet in gloria, quem hîc non nisi per speculum poterat intueri. Tunc anima versa in stuporem, poterit dicere illud Hester: Hest.15.
Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. Nam pulchritudinem Christi admirabitur oculus animæ, vt dicit Bernardus. *Videbimus gloriæ eius decorem, & sanctorum eius splendorem, & regiæ potestatis honorem. Cognoscemus patris potentiam, filij sapientiam, Spiritus sancti benignissimam clementiam, & ita notitiam habebimus beatissimæ Trinitatis.* Tam multa mirabilia ibi anima videbit, quæ perfectè admirari non sufficit. Vnde ipsa mirabitur sicut dicitur in libro Regum de *Regina Saba, quando venit ad Regem Salomonem* de longinquis partibus quòd *mirabatur domum suam, & habitacula seruorum, &* D.Bern. 3.Reg.10.

ordi-

ordinem ministrantium, & vestes eorum, & cibariorum abundantiam Sed præ omnibus mirabatur regem & verba eius. Sic anima deuota, quæ de terrenis venit ad cœlestia, mirabitur domum veri Salomonis, id est, Christi. Si enim vt dicit Augustinus: *carcer iste pulcher est in quo iacemus, quàm ergo domus ipsa.* Etiam mirabitur habitacula seruorum, id est, choros sanctorum. Mirabitur etiam ordinem sibi ministrantium, id est, Angelorum, qui ita sunt circa regem ęternum ordinati, vt omnes tam minores quàm maiores, semper ipsum possunt intueri. Itē mirabitur vestes Angelorum & sanctorum, tā solemniter enim vestiuit eos omnes Dominus, vt etiā minimo Angelo, vel sancto dederit decorem septuplo sole lucidiorem. Item mirabitur cibariorum abundantiam, quæ tam dulcia & delicata erunt, quòd nullus Angelus, vel Archangelus, vel alius cuiuscunque ordinis sanctus, tam dulcia fercula sciuisset cogitasse. Sed præ omnibus alijs, anima deuota mirabitur æternum regem, id est, Christum, & verba eius quæ nimium dulcia sunt. Nam si Angelus audiretur ad dimidium *Aue Maria*, plus lætificaret hominem, quàm omnes dulcissimi cantus omnium auium, omnium hominum, omnium instrumentorum musicorum, per centum annos, quàm tunc

D. August.

tunc si omnes Angeli audirentur, & si homo, in hoc tantum lætificaretur. O quantum lætificabitur, quando regem Angelorum audiet, cuius sola vox & verba incomparabiliter dulciora sunt omnibus Angelorum, & sanctorum concentibus. Vnde beatus Ioan. Euangelista, in fine vitæ suæ alloquebatur Christum dicens. *Vox tua plena suauitate melliflua, & allocutio incomparabilis eloquijs Angelorum.*

In capite Ieiunij.

SERMO XVI.

Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Ioel. 2. Quando pater videt filium male morigeratum, misericorditer solet eum reuocare, & ad rectam viam quantum potest dirigere. Hunc modum seruat pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, videns quòd ipsum quasi per totum terminum vitæ dimisimus, immo quòd peius est ipsum tota virtute tãquã proditores impugnauimus, nihilominus ex magna benignitate nos qui nõ Dei filij dicẽdi nisi ex benignitate sua, sed serui empticij, misericorditer reuocat & monet, vt de malis moribus ad bonos mores, & vitam bonam ad ipsum redeamus, dicens. *Conuertimini ad me in toto* Ioelis 2.

corde vestro. Vbi aduertendum pro nostra doctrina, quòd propter quatuor caussas debet se homo conuertere de peccato ad Deum.

Primò propter peccati abominationem. Videmus enim, quòd quando quis arripuit viam, quæ est immunda, dura, & laboriosa, solet se conuertere propter eius abominationem. Sed certè via peccati est immundior, quàm aliqua via corporalis. In via enim corporali, potest homo ita cautè incedere, quòd non polluet nisi pedes, & est pollutus exterius, nõ tamen interius, sed nõ potest per viã peccati, ita cautè incedere, quin polluatur in tota anima sua, & ideo multũ abominabilis. Peccatum enim adeò immundũ est, quòd pulcherrimas creaturas, id est, Angelos adeò difformes fecit, & immũdos, quod homo libẽtiùs arderet, quã ipsos, vt sunt, videret. Ipsam etiam animam quæ est pulcherrima imago creatoris, & quę etiam est mundata sanguine Christi pretioso, adeò immũdam & deformem fecit, quòd nihil sub sole, adeò est immundum & abominabile coram oculis Dei. Qui ergo per viã peccatorum incedunt, polluunt & abominabilem faciunt creatori animam, suo pretioso sanguine mundatam. Per peccatũ primi hominis anima à Deo deformis, & immun-

immunda erat facta, quòd non poterat mũdari à macula peccati per aliquam creaturam, sed per ipsum, qui eam sua imagine insigniuit, & multipliciter ornauit. Vnde certè ipse cœlestis spõsus animarum Christus, iaciens oculos suos in suam sponsam, vidit in eius facie maculam peccati, ipsam summe deformantem, attendens nullum solatium esse in ea, cùm sic abominabilis esset facta; certè fecit vnum fontem scaturire de latere suo, vt eam à tali macula mundaret, & proprio sanguine ornaret & coloraret. Vnde dicebat beata Agnes. *Sanguis eius ornauit genas meas*, vt rectè Christus ad eam possit dicere illud Cantic. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Qui igitur viam peccati incedunt, & animam suam iterum maculant, pro qua Christus sanguinẽ suum fudit, vt eam lauaret reus erit sanguinis Christi, vt dicit Augustinus. *Reus erit non parui pretij, sed sanguinis Iesu Christi, quicunque violat aut maculat animam, sanguine Christi mundatam.* Et ideò hortatur Hier. 18. *Conuertatur vnusquisque à via sua pessima.* Tunc enim homo conuertitur à via sua pessima, quando viam peccatorum deserit, & viam bonorum operum graditur, in qua animam suam mundam, & impollutam custodit, quã etiam ipse Christus, vt mundaret à macula peccati

Cant. 4.

D. August.

Hier. 18.

peccati, pretiosum sanguinem suum fudit.
D. August. Vnde beatus Augustinus. *Si collegisses stillas sanguinis de latere Christi cadentes, eas cum sollicitudine custodires*, qnantomagis animam tuam, pro qua sanguinem suum fudit.

Secundò debet homo sea peccatis conuertere ad Deum propter æternæ pœnæ euitationem. Videmus enim ad sensum quãdo isti homines viatores, transeunt passus periculosos, & sciunt imminere periculum, certè non trahunt moram in illa via, sed cõuertunt se ad aliam securam & bonam, vbi non timent. Ita certè homo, qui est in peccatis mortalibus, est in via grauissima & periculosa, quia si in illa capitur æternaliter damnabitur Et ideo sine mora & dilatione debet se conuertere ad viã pœnitentiæ, quæ est via secura & bona. Dilatio enim siue procrastinatio pœnitentiæ, seu meliorationis, multos damnauit. Est enim quidam laqueus horribilis, quo diabolus ferè omnes includit & capit diuersos homines diuersi status, tam litteratos quàm laicos, tam iuuenes quàm senes, tam fœminas, quàm viros. Heu quàm multos perdit, & quàm multos inuoluit hic laqueus. Vnde dicit Ecclesi. 29.
Ecclesi. 29. *Repromissio nequissima perdidit multos, promittit enim homines diu viuere, cùm sint proxi-*

mi

mi morti. Si dæmones hanc artem non inueniſſent pauci in Eccleſia damnarētur. Nam quaſi omnes haberent bonam voluntatem, vitam ſuam emendandi. Et quia hoc ſciunt dæmones, ideo hos laqueos dilationis, & emendationis inuenerunt. Sicut enim frequentiſſimè ſunt experti in hominibus infinitis, ab initio mundi, quòd dilatio noctis eſt dilatio anni, & dilatio anni eſt dilatio æternitatis ſine fine. Et ideo ſtatim cum homo caderet in peccatum mortale, deberet reſurgere, & agere pœnitentiā. Eſt enim humanum cadere in peccatum, ſed non reſurgere diabolicum: Ideo hoc ſummè deſiderat Deus, vt homo ſe conuertat, & de peccatis ſuis pœnitentiam agat. Vnde dicit Eccleſiaſticus 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem quoniam ſubitò veniet ira eius, in tempore vindictæ diſperdet te.* Eccleſ. 5.
Hic laqueus, ſcilicet, dilatio ſpoliat cœlum, replet infernum. Spoliat in cœlo omnes ſuperiores choros, omnes inferiores, hoc eſt omnes impedit, quia multi illuc non veniūt qui benè venirent, ſi dilationem melioris vitæ cauerent. Iſtud conqueritur Dominus per Habac. 1. *Totum in hamo ſublcuabit, traxit illud in ſagena ſua.* Quia quòd homo ſemper intendit ſe emendare, & hoc tunc procraſtinat de die in diem multos decipit, tam Abacuc. 1.

bonos quàm malos. Rarò enim tam bonus est, quin proponat fieri melior. Rarò etiam tam malus est, quin proponat fieri bonus.

Tertiò debet se homo conuertere, de peccatis ad Deũ propter boni amissi recuperationem. Videmus enim ad oculum, quando aliquis malè incessit, & à via deuiauit, licet via sit delectabilis, tamen quando videt, quòd est deuiatus, & amisit passus suos solet se conuertere ad rectam viam. Idcirco homo, qui est in peccatis mortalibus, licet sibi videantur delectabilia, tamen est deuiatus, & quidquid boni operis fecit amisit, quia bona in mortali peccato facta amittuntur, cùm non sint vitæ æternæ meritoria, nec culpæ præteritæ satisfactoria. Si enim homo adhuc in ista via existens, faceret omnia bona quæ fecit Beata Virgo, & omnes sancti in cœlo, & omnia bona opera, quæ fient ab hominibus, vsque in finem mundi; si haberet in se vitium vnius peccati mortalis, amitteret omnia, quia secundùm Greg. *Quidquid homo boni operis in peccato mortali facit, amittit*, scilicet, in promerendo vitã æternam. Vnde acceptior est pauper homo, qui ex pura paupertate nihil exterioris boni potest facere, si est virtuosus in se, quàm ditissimus rex, & Princeps, Ecclesias, & clau-

D. Gregor.

stra

ſtra ædificans, & eleemoſynas largiſluas faciens, & in alijs bonis ſe exercens, ſi in ſe habet maculam peccati mortalis. Plus enim iſte pauper homo virtuoſus, vno die meretur de præmio cœleſti, quàm iſte diues Rex, vel Princeps vitioſus mille annis, per quæcunq; bona opera. Multo enim melior, & Deo acceptior eſt virtus, quã bona opera ſine virtute. Opera enim ſine virtute ſunt, quę fiunt extra gratiã in mortali peccato: & ideò dicit Hier. *Omnes virtutes quæ fiunt in anima, ſunt informes, & earũ actus ſine gratia.* Et ideo quicunq; eſt in via peccati mortalis, cõuertat ſe ad Deũ per veram pœnitẽtiam, & tunc poterit omnia bona amiſſa recuperare. Ipſe enim cœleſtis Pater valde pius eſt circa filios, ad ſe conuerſos; quia non ſolùm, vt dicit beatus Ambroſius, *ablata reſtituit*, verùm etiam *inſperata bona concedit.* Huius figuram habemus. 4. Regum 20. *Quòd ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & venit ad eum Iſaias filius Amos dicens ad eum. Diſpone domui tuæ, quia morieris & non viues, & cõuertit faciem ſuã ad parietẽ, & fleuit fletu magno*, & ſequitur, quòd ei dictum fuit à Domino per Prophetam. *Vidi lacrymam tuam & ſanaui te.* Per iſtum Ezechiam, qui ægrotauit ſignatur homo, qui eſt in peccatis, qui diſpoſitus eſt ad mortem æternam. Ad iſtum venit Iſaias filius Amos

D. Hieron.

B. Ambroſ.

4. Reg. 20.

Iſaiæ 38.

Propheta,id est,predicator tanquam missus à Deo, vel gratia prædicatori diuinitus inspirata, dixitq; ad eum. *Dispone domui tuæ*, id est, prouide conscientiæ tuæ, quia nisi disposueris morte *morieris, & non viues*, qui ab ea maculam peccati eijcit, & etiam floribus bonorum operum & virtutum spergit. Sed tunc peccator conuertit faciem suam ad parietem, quando cōgeriem, & multitudinem suorum peccatorum cernit, quæ tamquam paries ab anima excludunt creatorem, sed tunc flet fletu magno, quando se à creatore exclusum recogitat, quòd nullum bonum opus ab ipso factum Deus acceptat, & sic pœnitentiam agit, & tunc dicitur ei. *Vidi lacrymam tuam, & sanaui te.* Hoc fit quando Deus homini remittit peccata, & eum ad gratiam recipit, & sua bona opera acceptat.

Quartò debet se homo conuertere à peccàto ad Deum propter æternæ mercedis repromissionem. Videmus enim ad sensum, quòd si aliquis seruus esset in debili, & malo seruitio, & aliquis diues largus, & potens vocaret eũ ad se, & diceret: Ecce in malo seruitio es, cōuertaris ad me & seruias mihi, & bonam mercedem recipies à me: certè cum gaudio conuerteret se ad eum, & seruiret ei cum omni diligentia, vt ipsum bene remuneraret.

neraret. Ita certè homo, qui est in peccatis, est in malo, & debili officio, vel seruitio, quòd multum Deo displicet, sed si vult se conuertere ad Deum, per veram pœnitentiam, & seruire ei fideliter in omni virtutum exercitio, in humilitate, castitate, paupertate, tantam mercedem, vult ei Deus dare pro hac seruitute, vt omnis creatura, & omnis mundus miretur. Quapropter dicit Dominus Isa. 45. *Conuertimini ad me, & salui eritis.* Sed certè quanta sit hæc salus, & gloria sciri non potest, conijci tamen potest ex alijs, vt dicit idem Isa. *Oculus non vidit Deus absque te,* immo tanta erit gloria nostra, si hic fideliter seruiamus Deo, quòd Deus à principio mũdi cogitare videtur, quomodo nobis in illo tempore magnum gaudium, & festum faciat Prouerb. 21. *Cogitationes Robusti semper in abundantia,* immo tantam dabit gloriam, quòd omnia cœlestia luminaria ad nostram gloriam nouo decorabit splendore. Terram etiam vestimento nouo, & decoro vestiet; quia tunc, vt cristallus, vel secũdùm aliquos, vt carbunculus perspicua erit: Et quamuis tunc pulcherrima erit, non tamen digna erit, vt saltem unius hominis de cetero capillum contingat. O si tantã fecit Deus gloriam cuilibet Angelo; in primo die suæ creationis absque seruitio, & sine labore, &

Isaiæ 45.

Isaiæ 64.

Prouer. 21.

dolore: quam homini pro tam diuturno labore, & seruitio, qui seruiuit sibi decem annis, vel viginti, vel omnibus diebus vitæ suæ, in magna paupertate, castitate, & humilitate, plenus dolore. Ita certè habemus in figura Genesis 29. quòd Christus curialiter

Gen. 29. quærit à tali homine, scilicet: *Num quia frater meus es, seruies mihi gratis? Dic quid mercedis accipias*, nolo quòd mihi gratis seruias, cùm nullus vnquam per vnum diem mihi gratis seruierit. *Dic quid mercedis accipias*, & si tu nolueris dicere dicam tibi. Dabo tibi quod *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, & non solum tibi, sed omnibus mihi fideliter seruientibus.

Feria Sexta post cineres, de Euangelio.

SERMO XVII.

Matth. 5. D*Iligite inimicos vestros, & benefacite his qui vos oderũt, &c.* Matth. 5. Duo facit hîc Dominus: dat præceptũ perfectissimũ, quod cõsistit in inimicorũ dilectione. Addit & modum euidentissimum, qui declaratur in operis exhibitione. Primum ibi. *Diligite inimicos vestros.* Secundum ibi. *Benefacite his qui vos oderunt.* Nota, quòd quatuor

tuor sunt quæ debemus facere inimicis nostris. Primò debemus eos ex corde diligere, Lucæ 6. *Diligite inimicos vestros, & benefacite, & date mutuum nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi.* Hic manifestè prohibetur vsura, quia dicitur date mutuũ, &c. Hic etiam præcipitur dilectio inimicorum, cùm dicitur, diligite inimicos vestros. Præceptum est, non consilium, quia sine virginitate potes saluari, sine charitate nequaquam. Sed numquam habebis veram charitatem, nisi diligas, quos Dominus præcipit diligere, scilicet inimicos. Impiè ergo præceptum Dei, si vis saluari Ioan. 15. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Noli implere præceptum diaboli, qui præcipit inuidiam, ne cùm eo damneris, sed imple præceptum Dei, & cùm eo regnabis Ioan. 17. *Pater, quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum, illi sint mecum.* Vis esse cùm Christo, dilige inimicum propter Deum. Sed fortè diceres. Hoc præceptum est graue, non possum implere, nec diligam illum, qui tam grauiter, & toties me offendit, stultum est, hoc dicere Augustinus. *De diligendis inimicis. Numquam aliquis, se poterit in veritate excusare, potes dicere non possum ieiunare, nunquam poteris dicere, non possum amare, nunquam credimus tibi, sed si dixeris, non possum ieiunare credimus tibi:* ô si velis

Luc. 6.
Ioan. 15.
Ioan. 17.
D. August.

velis attendere quot obprobria, quot supplicia, quot vulnera Christo illata fuerunt à Iudæis tamen Christus, pro eis orauit Luc. 23. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Et

Lucæ 23. si illud benè cogitares omnibus modis simile faceres. Si vis esse amicus Dei, oportet vt diligas inimicum tuum, quia Dominus diligit illum. Vis scire quantum Deus diligit peccatores. Attende, quòd propter peccatores incarnatus, & passus est Eph. 2. *Propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos conuiui-*

Ephes. 2. *ficauit nos Christus, cuius gratia saluati estis*. Itē differt pœnā eorū, vt conuertatur. Es. 30. Ex-

Esaiæ 30. spectauit nos dominus, vt misereatur nostri. Tr. 3. *Misericordia Domini, quod non sumus cōsūpti*. Ecce quantū Deus diligit peccatores, tota die offenditur, & dissimulat, vt cōuertā-

Threnor. 3. tur. Et quare nō, quia diligit. Sap. 11. *Misereris Domine, & dissimilas peccata hominum, propter pœnitentiam*. Ezec. 18. *Nolo mortem pecca-*

Sapien. 11.
Ezech. 18. *toris, &c*. Et ipsis pœnitentibus, omnia peccata dimittit Ezech. 18. *In quacumque hora peccator ingemuerit, omnium iniquitatum sua-*

Ezech. 18. *rum non recordabor amplius*. O quàm consolatorium verbum omnibus pœnitentibus Nō dicit, si peccator mille annis veniam quæsierit, si centum annis peccata defleuerit, si omnia peccata confessus fuerit, sed in quacumque hora ingemuerit, quia si detur impossi-

possibilitas confitendi, habeatur propositum confitendi, cum vera contritione, & Deus omnia dimittit. Quid agis ô miser, qui te vis de inimico vindicare, Deus diligit eos, & parcit eis, qui mille vicibus, offenderunt eum, quos posset vno verbo submergere in profundum inferni, & tu homo mortalis, odis eum, qui te vno verbo offendit? Considera Dauid qui Saulem Regem, ac Absalon filium suum se persequentes, dilexit, & mortem eorum lamentabiliter defleuit. Considera Christum qui Iudam traditorem amicum appellauit dicens. *Amice, ad quem venisti:* quasi diceret, licet me odio habeas, & ad mortem tradas; tamen adhuc te diligo, quia amicum te appello. perpende ô inuide stultitiam tuam in parabola, quam propono. Duo fuerunt inuidi, quibus data fuit optio, vt vnus illorum peteret quidquid vellet, & quidquid ei petenti daretur, alteri in duplo plus daretur quàm sibi: Tandem vnus inuidiâ accensus, petiuit, sibi erui vnum oculum, vt alteri eruerentur ambo. Et tu miser inuide stultior es isto, quia iste petiuit sibi inferri minus malum, vt alteri inferretur maius. Et tu eligis sustinere maius, vt inferas inimico minus. Lædis ipsũ in exteriori substantiã, & teipsum in conscientia: occidis ipsum in corpore, & teipsum in anima I. Matth. 26.

Ioan. 3.

Ioan.3. Ioan.3. *Qui odit fratrem suum homicida est*, & sic patet primum principale.

Secundò debemus inimicis petentibus
Luc,17. veniam ex corde dimittere Lucæ 17. *Si septies in die peccauerit in te frater tuus, & septies ad te conuersus fuerit, dicens pænitet me, dimitte illi*, non dicit semel, sed septies, id est, toties
Math.18. quoties veniam petit. Matth.18. dixit Petrus. *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam vsque septies. Dixit ei Iesus, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies*, id est, toties quoties in te peccare potest secundum ex-
Hieron. positionem Hieron. *Quotiescunque offendit, si petit veniam, dimittas ei.* Sed heu multi faciũt contra hoc præceptum, qui dicunt, toties me offendit, & toties ei dimisi, quòd amplius dimittere non possum. Noli tu ita facere. Attende quotiescunque, & quantumcunq; Deum offendisti. Si pœnitet te toto corde, Deus dimittet tibi, fac & tu similiter. Si dicis tam grauiter offendit me, quàm sibi non possum parcere. Cogita quòd tu per vnum peccatum mortale plus Deum offendisti, quia illa offensa est infinita, & est maior quàm aliquis offenderit te qui patrem, matrem, & filios & filias, tuas occidisset, & omnia bona tua abstulisset, quia ista offensa est finita. Si ergo vis, quòd Deus dimittat tibi offensam maximã, oportet te dimittere propter Deũ modi-

modicam, Ecclef. 28. *Dimitte proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Intellige: Indignum est Deum propitium esse illi, qui crudelis est in proximum. Si seruus alicuius regis offendisset eum, & si occidisset vnicum filium eius, & istum seruũ alius offendisset in modico, vt scilicet, dedisset ei vnam alapam, vel simile. Si rex ille diceret seruo illi, dimitte conseruo tuo, qui te in modico offendit, & ego dimitto tibi, qui me multum offendisti, si seruus hoc renueret, stultus & insanus reputaretur: Sic tu peccator stultissimus es, & insanus, si non vis dimittere proximo tuo, qui te modicum offendit. Si vis ergo, quòd Deus dimittat tibi, dimitte proximo Matth. 6. *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, & Pater vester cælestis dimittet vobis debita vestra. Si autem non dimiseritis, &c. nec Pater dimittet vobis peccata vestra.* Magna præsumptio est credere, quod Deus vellet ignoscere illi homini, qui propter Deum non vult proximo indulgere.

Eccles. 28. Math. 6.

Tertiò debemus pro inimicis preces fundere Lucæ 6. *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Ecce non solùm pro amicis, sed pro inimicis orandum est. Hoc est contra illos, qui semper detrahunt, & maledicunt inimicis. Nota quòd tria sunt, quæ te mouere possunt, vt ores pro inimi-

Lucæ 6.

inimicis. Primum est, quòd per hoc magnum prẹmium consequeris. Secundum est, quòd cùm Christo, in hoc conformis eris. Tertiũ est, quòd per hoc in oratione exaudieris. De I. Matt. *Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersus vos mẽtientes, propter nomen meum: gaudete in illa die: & exultate quia merces vestra copiosa est in cœlo.* Ecce quàm vtilis est tibi inimicus tuus, qui auget tibi mercedem tuam in cœlo. Meritò ergo debes orare pro eo. Hoc enim facit tibi inimicus tuus, quod lima, quæ ferrum radit, & in radẽdo purgat & nobilitat. Sic inimicus tuus in persequendo te in exterioribus, purgat in interioribus, & nobilitat in superioribus. Eccles. 1. *Vsque ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iocunditatis.*

Matth. 5. Eccles. 1. Luc. 23. Num. 14.

Secundò per orationem Christo conformeris. Ipse enim orauit pro inimicis Isa. 68. *Pro trangressoribus orauit ne perirent.* Luc. 23. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Ecce non solùm orat, sed quod plus est excusat, vt ostẽdat, quod plus eis condoluit, quã de propria pœna doluit. Eodẽ modo debes facere inimico tuo, qui frater tuus est qui te ledit, siue in corpore, siue in rebus, quia spiritualiter insanus est, & nescit quid facit. Hoc fecit Moyses cum populus murmura-

murauit contra eum & contra Aaron & contra Iosue & Caleph, & vellet eos occidere, orauit Moyses dicens, *Domine dimitte obsecro peccatum populi huius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ*, dixitque dominus, *Dimisi eis secundum verbum tuum*. Tertio vt in oratione exaudiaris. *Lapidabant Iudæi Stephanum inuocantem & dicentem, Domine Iesu accipe spiritũ meũ, & positis genibus*, sequitur. *Et ne statuas illis hoc peccatũ & cũ hoc dixisset obdormiuit in Domino*. Hic pondera verba, & considera orationem verborum. Primo orauit pro se, Secundo pro inimicis: Pro se orauit simpliciter, quia Deum sibi propitium cognouit, quia iam viderat cęlos apertos. Sed orãdo pro inimicis tria fecit, genua flexit vt Deum citius flecteret per humilitatem sui; voce magna clamauit vt ostenderet deuotionem, inimicos excusauit quia ad eos habuit Christianã dilectionem. Sequitur, *Et cum hoc dixisset obdormiuit in domino*. quasi dicat quia pro inimicis orauit, ideo in oratione quam pro se fudit exauditus est. Gregorius. *Ille preces suas multum valere facit, qui eas pro inimicis fundit*, & sic postea. Quarto debemus inimicis indigentibus benefacere, Lucę 6. *Benefacite ijs qui oderunt vos*. Illud est signum magnę perfectionis. Vnde subditur. *Si bene feceritis eis qui vobis benefaciunt quæ est vobis gratia, siquidẽ & peccatores hoc faciunt*. Hoc exemplũ à Domino habes, *qui solem suum oriri facit super bonos & malos & pluit super iustos & iniustos*. Exemplum etiã illius habemus in Helizeo, qui latrones qui de Syria venerant cepit, & *duxit eos in Samariam* nec fecit eos occidi, sed *fecit eis ministrari cibum & potum*

Act. 7. — Greg. — Luce 6. — Ibid. — 4. Reg. 6.

 O   *& di-*

Dominica prima in Quadragesima.

SERMO XVIII.

Ecce nunc tempus acceptabile. 2. Cor:6. Quando enim aliquis debet aliquod opus facere ad quod tenetur, non debet dilationem quærere. Si enim non facit quando potest, frequẽter contingit quod quando vult facere, facere non possit. Vnde fatuus reputaretur, qui aliquem magnũ Dominũ offendisset, quem statim posset pacificare, si moram traheret. Ideo videns Apostolus, quod homo tenetur quęrere & procurare salutem propriam & nõ debeat dilationem quęrere. Videns etiã, quod magnum Dominum per totum annum offendimus, immo pluribus annis, & ipsum debemus & tenemur pacificare: ideo ostendit nobis tempus congruũ, quo salutẽ possumus procurare, & Deũ pacificare dicens: *Ecce nunc tempus acceptabile.*

Circa quoad verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod specialiter propter quatuor causas debet homo obseruare præsens tempus.

Primo quia istud est tempus in quo homo melius ab infirmitate peccati sanatur. Videmus enim quod infirmi multùm solent obseruare tempus, in quo possũt de sua infirmitate conualescere, maxime quando timent si transeat illud tempus, quo non possint sanari amplius: sed cadent in mortem, vel languorem prolixiorem, vel grauiorem. sicut patet in quibusdam infirmitatibus, quæ post-

quam sunt confirmatæ vel inueteratæ, nunquam possunt perfecte curari. Ita certe qui modo est infirmus spiritualiter morbo peccati, qui *morbus est animæ & corruptio mentis*; debet multum obseruare præsens tempus, quia nisi curetur in ista vita, post istam vitã cadit in profundũ inferni, vbi erit languor perpetuus & irremediabilis: sed in præsenti tempore & vita, non est adeo grauis languor peccati quin perfecte posset curari medicina pænitentiæ. Sed hoc nõ est in medicinis corporalibus. Multę enim sunt infirmitates corporales, quæ non possunt curari: sed medicina spiritualis tam efficax est, quod omnes infirmitates spirituales curat; & hæc est medicina pænitentiæ, quę habet virtutẽ & efficaciã à passione Christi: hanc medicinam ipse summus medicus non confecit ex vilibus herbis, quæ ex terra crescunt, sed confecit eam cum magno labore & pœna, de pretioso sanguine suo, qui emanauit de carne sua in die veneris sancta. Et ideo qui hanc medicinã pœnitentiæ perfectẽ recipit, ab omni morbo peccati curatur. *Altissimus de terra*. hoc est de carne sua, *creauit medicinã & vir prudens non abhorrebit* eã. Et vere nõ est abhorrenda, quia cũ magno labore & dolore est acquisita. Quãto.n. languor est prolixior & magis radicatus, tãto plus habet facere medicus. Et certe lãguor peccati incepit ab initio mundi, & durabit vsque in finẽ. Vnde grauis labor fuit facere talem medicinã, quæ curaret omnia peccata, præsẽtia, præterita, & futura, sicut fecit passio Christi. Et ideo dicitur

Bernard.

Eccles. 38.

tur Eccles. 10. *Languor prolixior grauat medicum.* Ad hanc ergo medicinam sumendam duo requiruntur, scilicet contritio & confessio. Vnde Ecclesi. 18. *Ante languorem id est mortem humilia te,* per contritionem, *& tempore infirmitatis tuæ ostende conuersationem tuam,* id est, vitam tuam sacerdoti per veram confessionem. Sed aliqui ostendunt peccata sua, sicut solent ostendi reliquiæ Sanctorum, quæ ostenduntur inuolutæ aliquo panno, ita quod videntur valde pulchre: tamen si detegerentur non inueniretur ibi nisi os confractum & nigrum. Sic aliqui tot velamina, tot excusationes ponunt circa peccata, quod volunt quasi reliquias facere: sed si detegerent ea, tunc manifeste posset videri, quod non est totum aurum quidquid lucet. Sed sic non debemus ostendere peccata nostra, sed nude & aperte. Eccli. 16 Eccli. 18

Secundo debet homo obseruare præsens tempus, quia est in quo peccator melius Deo reconciliatur. Videmus enim ad sensum quando aliquis pauper offendit aliquē potentem & diuitem, multum optat tempus in quo possit eum misericordem inuenire & propicium: ita certe debet facere homo iste qui per peccata sua creatorem omnium grauiter offendit. Vnde modo cantat Ecclesia, *Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis.* Et ideo modo faciliter placatur & exoratur vt remittat peccatum, vt dicitur Tobiæ 3. *Benedictum est nomen tuum Domine Deus patrum nostrorum, qui cū iratus fueris misericordiā facies, & tempore tribulationis peccata dimittes.* Licet enim Deus multum Tobiæ 3

O 2 irri-

ſicut erit in iudicio. Sed reginæ facies in pallorē mutatur, quando conuerſatio, & conſcientia animę interius mutatur in pallorē pænitentiæ, *& ſuper ancillā* ſcilicet miſericordiā *inclinat caput*, id eſt, cor laſſum peccatis, *& conuertit Deus ſpiritum regis in manſuetudinē*, ſcilicet quātum vidit pænitentiam eius, *& feſtinus exiuit de ſolio ſuo, & ſuſtentauit eam vlnis*. ſcilicet brachijs in cruce expanſis, *donec rediret ad ſe*, id eſt ad priſtinum ſtatum gratiæ, *& his verbis eam blandiebatur, Quid habes Heſter? noli timere, ego ſum frater tuus, non morieris.*

Tertio debet homo obſeruare præſens tēpus, quia eſt tempus in quo homo bonum amiſſum recuperat. Videmus enim ad ſenſum quod in hyeme, quando eſt tempus obſcurū, frigidum & pluuioſum, non eſt conueniens tempus ad laborandum, ſed quando incipit hyems recedere, tunc tempus eſt clarū, calidum, & non pluuioſū, & conueniens ad operandum. Sic reuera tempus pęccati eſt obſcurum, quia excæcat hominem circa cognitionem veri boni, & facit eum eligere falſitatem mundi. Eſt etiā tempus frigidum quia infrigidat corda hominum circa dilectionē Dei. Eſt ętiam tempus pluuioſum & lutoſum, quia ſordidat corda hominum diuerſis malis operibus, & ideo non eſt tempus bene operandi, quia nihil proficuum poſſumus facere iſto tempore, quantum ad vitam æternam. Sed tempus gratiæ eſt tempus clarum quia illuminat intellectum circa cognitionem veri boni, & facit diſpicere falſitatem mundi, &

eligere fœlicitatem æternæ vitæ. Est etiam tempus calidum, quia inflammat intellectũ ad dilectionem summi boni, quod ipse Deus est. Est etiam tempus non lutosum vel pluuiosum, quia retrahit effectum ab operatione immunda, & ornat hominem diuersis bonis operibus & fructibus. Et ideo dicitur Canti. 2. *Iam enim hyems transijt*, id est, frigiditas diuinę dilectionis, *imber abijt & recessit*, id est, immunditia malæ operationis; *flores apparuerunt in terra nostra*, id est, flores bonarũ affectionum & cogitationum. *Tempus putationis aduenit*, id est, tempus bene operandi. Vnde dicitur. *Tempus acquirendi & tempus perdendi.* Tempus perdendi est in hyeme peccati: Tempus acquirendi, est in æstate gratiæ. In tempore enim gratiæ possumus relucrari, quod perdidimus in gelicidio peccati, quia tũc possumus facere bona opera vitę æternæ meritoria, quia nihil meretur homo in mortali peccato de gaudio cęlesti, quia nulla res potest producere effectũ excedentẽ suã virtutẽ actiuã, sed solũ potest producere effectũ suæ virtuti proportionatũ. Sicut aqua nõ potest propria virtute calefieri. Sic etiam impossibile est homini, quod per se faciat opera meritoria vitæ æternę proportionata, nisi adsit altior virtus, quæ vocatur virtus gratię. Vnde Apostolus, *Gratia Dei sum id quod sum.* Homo tamen non existens in gratia, debet facere bonum quidquid potest, qui pro tali Deus eum tripliciter remunerat. Primo quia in pręsenti eum ditiorem, vel saniorem, vel fœliciorem vel acceptiorem facit. Secũtur

Cant. 2. — Ecclef. 3. — 1. Cor. 15.

do custodit à corporis periculo, ne moriatur vel percutiatur. Tertio quia si talis est de conuertendis bonum faciens, maiorem illi Deus dat gratiã post conuersionẽ; si nõ est de conuertendis, minus punietur æternaliter.

Quarto debet homo obseruare præsens tempus, quia est tempus, in quo perfecte fructus bonorum operum seminantur. Videmus enim ad sensum quod agricolæ multum obseruant tempus, quo semina, arbores & plantæ melius possunt fructificare. Vnde absurdum esset tunc seminare, quando alij fructus suos colligerent. Ita certe homo debet obseruare præsens tempus, quia post hanc vitam, non erit tempus congruum seminandi, sed colligendi. Et ideo debet homo fructũ bonorum operum seminare in hac vita: quia qui seminat in ista vita, cum gaudio metet in alia, hoc est in futura vita. Vnde hortatur Apostolus, *Tempore enim suo metemus non deficientes. Dum enim tempus habemus operemur bonum.* Vnde Origenes. *Si quid boni operis facies, hoc tibi in futuro cibus erit.* Videmus enim in cursu naturę, quod quęlibet creatura facit opus sibi à Deo institutũ, sine intermissione, vt sol, luna & stellę firmamenti, quæ continuè claritatem sui luminis, ad laudem sui creatoris cõmunicant istis inferioribus. Arbores etiã, herbæ & flosculi terræ, ad laudem sui creatoris pullulant, & folia & fructus ad modum suæ naturæ proferunt. Cum ergo Deus rationalem creaturam, scilicet hominem creauit ad hoc, vt secundũ nobilitatem suæ naturæ faciat fructum bonorũ

Galat. 6.

Origenes.

operum, Ipsa operatio bonorum operum, est sua propria operatio, & secundum hoc debet homo operari, & semina virtutum & bonorũ operum seminare, vt inde post istam vitam, recipiat mercedem à suo creatore, vt dicatur de eo illud Prouer. 31. *Date ei de fructu manuũ suarum.* Vnde August. ad Vincentiũ. *Nunc tempus seminandi & non metendi, non ergo mercedem modo quaramus recipere, ne hyeme, tenera adhuc seges & immatura decisa sit, & non inueniamus quod in futuro metamus.* Quod etiam homo ad hoc sit creatus vt faciat fructum bonorum operum, potest probari per istud verbum Saluatoris, Ioan. 12. *Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat.* Sunt autem duodecim fructus Domini, de quibus quære in sermone Dominicæ quintæ post Epiphaniam.

Prou. 31. August. Ioan. 15.

Dominica secunda in Quadragesima.

SERMO XIX.

Non vocauit nos Deus in immundiciam sed in sanctificationem, &c. Prima Thess. 4. Quando aliquis habet amicum, quem summe diligit, & videt quod est in magno & vtili seruicio, vel in dignitate aliqua maxima constitutus, multum gaudet, multum zelat: quod in eo se honeste habeat, ad quod specialiter vocatus est. Vnde frequenter ducit sibi ad memoriã sui officii dignitatem, vt ad illud exequendũ honestius inducatur, ne incurrat infamiam siue

ſue notam. In hunc modum Paulus Apoſtolus noſtrum zelans profectum & commodũ, nobis reducit ad memoriã noſtrũ officium, noſtram dignitatem, ad quã ſumus vocati: vt hoc ad quod vocati ſumus, deuotius impleamus, dicens: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam ſed in ſanctificationem.* quaſi diceret: Deus vocauit nos, non ad vile officium ſed ad ſanctum & honeſtum. Circa quod verbũ ad noſtram doctrinam eſt ſciendum, quod quatuor requiruntur ad hoc quod aliquis vocetur ad ſeruitium à Deo.

Primo vitæ ſanctitas. Videmus enim ad oculum quod homines in mundicia viuentes, puta Religioſi caſte viuentes, non libenter vocant ad ſocietatem ſuam homines immundę vitæ, aut infames, ſed mundos & famoſos. Hoc modo cum Chriſtus ſit mundus, abhorret omnem peccati maculam. *Ipſe enim eſt candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula.* Ideo certe non vocat ad ſocietatẽ ſuam immundos, quantum ad conſcientiam & vitam, ſed reuera ſanctos homines, puritatem vitę habentes. Iuxta illud Sophonię, *ſanctificauit vocatos ſuos.* id eſt, ſanctificare voluit. *Sanctitas* enim ſecundum Auguſtinũ in libro de gratia & libero arbitrio, *eſt perfectiſſima voluntas & ſinceriſſima puritas.* Sanctitas ſic eſt vnita puritati, vt qui non habet puritatem vitæ ſeu conſcientiæ, non poſſit eſſe ſanctus. Et ideo beatus Ambroſius, *Sanctitas perfecta omnem puritatem diligit & omnem impuritatem tanquam mortem reſpuit.* Et hanc puritatem Chriſtus perfectiſſime habuit,

Sapient 8.

Augu. lib. de gra. & lib. arb.

Ambroſ.

habuit, magis quam vmquam aliquis angelorum vel hominum. Ideo etiam perfectissime summum gradum sanctitatis habet, & ideo vocatur sanctus sanctorum. Puritatem suam probat mirabilis modus sui conceptus, quia virgo ipsum concepit, & mundo edidit, & post partum virgo permansit. Puritatem suam probat mirabilis sanctitas suæ vitæ, quia sicut sine macula alicuius peccati fuit conceptus, sic etiam peccatum nunquã fecit, nec alicui peccato consensit. Puritatem suam probat sua sanctissima doctrina, quia sicut summum gradum puritatis tenuit, sic etiam verbo & exemplo docuit. Cum igitur Christus super omnia sit purus, & sit speculum & exemplum munditiæ & puritatis; ideo summè est nobis necessarium, si volumus ab ipso vocari ad suam societatem, vt ipsum tanquam speculum & exemplar, in puritate vitæ & moribus sequamur. Christi enim vita nihil aliud est quã nostra doctrina. *Exemplum enim dedit nobis*, vt sicut ipse vixit & nos
Ioan. 13. viuamus, inquantũ est nobis possibile. Bonus etiam discipulus, magnam diligentiam apponit in faciẽdo opus simile, quod facit magister suus, & vt bonos mores eius exequatur. Vnde videmus quod latomi quando pulchrã fabricã vident, diligenter eam respiciunt & excogitãt similem facere. Similiter & pictores quando vidẽt pulchrã imaginem bene proportionatã, depingunt in tabulis suis, vt possint cõsimilem facere: & clerici flores Auctorũ colligunt, vt in eis proficiant. Vtinam sic respiceremus magistrum

giſtrum noſtrum Chriſtum , qui eſt ſpeculum & exemplar noſtrum : & ipſum vt boni diſcipuli imitaremur in ſanctitate & puritate vitæ,tunc digni eſſemus ab ipſo vocari ad ſuã ſocietatem , in qua eſt delectatio omnis ſuauitatis . Quot autem conditiones ipſi debeant habere Chriſto ſanctificati:quære ſupra inillo ſermone, Cãdidiores niue.Dñca 2.poſt Epiph.

Secundo requiritur bonæ operationis ſedulitas.Videmus enim ſenſibiliter quod artifices & magiſtri, qui ſunt ſubtiles & expediti in operibus ſuis,magis ſolent vocari quam alij homines. Ita certe ſi volumus vocari à Chriſto, neceſſe eſt nobis,vt faciamus opus quod nobis cõpetit ſecundũ ſtatũ noſtrum.Opus autẽ noſtrũ in hoccõſiſtit,vt bene operemur,quiabene operari operatio hominis eſt, & ideo cũ ſedulitate debemus bene operari. Turpe .n. eſt hominẽ eſſe ocioſũ propriaoperatione,quia in hoc cõſiſtit bonũ hominis in iſta vita, vt ſecũdũ rationẽ operetur &viuat. Vnde dicit beatus Dionyſ. *Bonũ homin:s eſt eſſe ſecũdũ rationẽ.* Qui ergo vult ſecundum rationem eſſe & viuere, debet bene operari quia quod fit ſine ratione , nõ fit bene. Quælibet res operatur ſecundum naturã ſuã, & vocatur quælibet operatio rei , quæ cõpetit ei ſecundũ naturã.Nũc autẽ ita eſt, quod propria operatio hominis eſt ſecundum naturam rationalẽ. Iſtud eſt ergo propriè opus hominis,quod eſt opus rationis:quare dicit Apoſtolus, *in omni opere bono fructificantes* . Vnde pueri & fatui, qui non poſſunt vti ratione,non poſſunt etiam bene operari.Ideo etiã non meren-

Dionyſ.

habuit, magis quam vmquam aliquis angelorum vel hominum. Ideo etiam perfectissime summum gradum sanctitatis habet, & ideo vocatur sanctus sanctorum. Puritatem suam probat mirabilis modus sui conceptus, quia virgo ipsum concepit, & mundo edidit, & post partum virgo permansit. Puritatem suam probat mirabilis sanctitas suæ vitæ, quia sicut sine macula alicuius peccati fuit conceptus, sic etiam peccatum nunquã fecit, nec alicui peccato consensit. Puritatem suam probat sua sanctissima doctrina, quia sicut summum gradum puritatis tenuit, sic etiam verbo & exemplo docuit. Cum igitur Christus super omnia sit purus, & sit speculum & exemplum munditiæ & puritatis; ideo summè est nobis necessarium, si volumus ab ipso vocari ad suam societatem, vt ipsum tanquam speculum & exemplar, in puritate vitæ & moribus sequamur. Christi enim vita nihil aliud est quã nostra doctrina. *Exemplum enim dedit nobis*, vt sicut ipse vixit & nos
Ioan. 13. viuamus, inquantũ est nobis possibile. Bonus etiam discipulus, magnam diligentiam apponit in faciẽdo opus simile, quod facit magister suus, & vt bonos mores eius exequatur. Vnde videmus quod latomi quando pulchrã fabricã vident, diligenter eam respiciunt & excogitãt similem facere. Similiter & pictores quando vidẽt pulchrã imaginem bene proportionatã, depingunt in tabulis suis, vt possint cõsimilem facere: & clerici flores Auctorũ colligunt, vt in eis proficiant. Vtinam sic respiceremus magistrum

gistrum nostrum Christum, qui est speculum & exemplar nostrum: & ipsum vt boni discipuli imitaremur in sanctitate & puritate vitæ, tunc digni essemus ab ipso vocari ad suã societatem, in qua est delectatio omnis suauitatis. Quot autem conditiones ipsi debeant habere Christo sanctificati: quære supra in illo sermone, Cãdidiores niue. Dñca 2. post Epiph.

Secundo requiritur bonæ operationis sedulitas. Videmus enim sensibiliter quod artifices & magistri, qui sunt subtiles & expediti in operibus suis, magis solent vocari quam alij homines. Ita certe si volumus vocari à Christo, necesse est nobis, vt faciamus opus quod nobis cõpetit secundũ statũ nostrum. Opus autẽ nostrũ in hoc cõsistit, vt bene operemur, quia bene operari operatio hominis est, & ideo cũ sedulitate debemus bene operari. Turpe .n. est hominẽ esse ociosũ propria operatione, quia in hoc cõsistit bonũ hominis in ista vita, vt secũdũ rationẽ operetur & viuat. Vnde dicit beatus Dionys. *Bonũ hominis est esse secũdũ rationẽ.* Qui ergo vult secundum rationem esse & viuere, debet bene operari quia quod fit sine ratione, nõ fit bene. Quælibet res operatur secundum naturã suã, & vocatur quælibet operatio rei, quæ cõpetit ei secundũ naturã. Nũc autẽ ita est, quod propria operatio hominis est secundum naturam rationalẽ. Istud est ergo proprie opus hominis, quod est opus rationis: quare dicit Apostolus, *in omni opere bono fructificantes*. Vnde pueri & fatui, qui non possunt vti ratione, non possunt etiam bene operari. Ideo etiã non meren-

Dionys.

rentur neq. demerētur. Sed illi qui habēt vsū rationis, possunt solummodo bene operari, & ideo merentur & demerentur. Cum ergo bonum hominis consistat vt secūdum rationem viuat: ideo frequenter bene debet operari, cū bene operari sit propria operatio hominis. Vnde videmus quod omnis creatura facit opus suum sine intermissione, quod ex ordinatione diuina sibi institutum est, sicut sol & luna & cæterę stellæ firmamēti, quæ quotidie illuminantur ista inferiora. Arbores etiā, herbę & flosculi terræ, temporibus suis germināt & fructus & folia, secundum modum naturæ suæ, sibi à Deo datum proferunt. Videmus in corpore humano, quod quodlibet membrum habet suam propriam operationē, quam cum sedulitate excercet, sicut oculus operationem videndi, quia videre est propria operatio oculi. Manus operationem palpandi, quia palpare est propria operatio manus. Pes operationem ambulandi, &c. Multo ergo fortius debet homo operari secundum sui partem digniorem, hoc est secundū illud quod est nobilius in eo quod est secundum rationem, & sic merebitur à Christo vocari.

2.Pet.1. Vnde dicitur secunda Petr.1. *Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*, Quasi diceret, Si satagitis bona opera facere, certum erit quod eritis à Deo vocati. Licet enim solus Deus sciat qui sint saluandi & vocandi, tamen aliquo modo possumus scire per signa exteriora. Sicut quando videntur flores & folia, spes habetur de

fructu

fructu. Conceptũ enim humorem nõ poteſt arbor retinere, quin emittat in flores & folia. Sic amor diuinus incluſus in corde, exterius ſe demonſtrat in bonorum operum actione. Vnde Gregorius. *Exhibitio operis eſt probatio dilectionis.* Greg. hom in feſt. pent.

Tertio requiritur emendationis humilitas. Videmus enim ad oculum, quando aliquis turbauit aliquem magnum, nec vult ſe humiliter emendare, non libenter vocatur ab eo ad gratiam ſuam. Sed quando humiliat ſe & emendat tunc vocatur. Ita certe ſi volumus à Deo vocari, quem ſępe grauiter offẽdimus. Iſta autem emenda nihil aliud eſt quam iuſtitia pœnitentię quę nos iuſtificat à peccatis, per quam ad diuinam gratiam vocamur. Et ideo dicit Ambroſius, *Si gratia prouenit à pænitẽtia, ergo qui faſtidit pœnitentiam faſtidit & gratiam. Vnde dicit Apoſtolus ad Romanos 6. Quos vocauit, illos & iuſtificauit.* Ambroſ. Rom. 6. Non tamen, quod hanc gratiam qua iuſtificamur à peccatis & grati efficimur Deo, & opera noſtra fiant meritoria mercedis ęternæ, ſolummodo habemus à Deo, quia nullus hanc gratiam poteſt mereri ex ſua pœnitentia merito condigni, ſed ſolum merito congrui. Vnde dicitur, *donũ gratiæ gratũ faciẽtis propriè dicitur adiutorium, ſine quo nullus poteſt mereri, datum diuinitus ad merendum, ſine quo, vt ſupra, nullus poteſt mereri nec in bono proficere, nec ad ſalutẽ æternã peruenire.* D. Bonauentura in breuiloquio. Ipſa enim eſt tanquã radix merendi vt dicit ipſe, omnia merita noſtra ipſa præcedit, pręuenit voluntatem vt velit, ſubſequitur autem ne fruſtra velit. Vnde ipſam nullus po-

poteſt mereri merito condigni. Nota tamen, quod communiter dicunt doctores, licet peccator opus meritoriũ vitæ æternæ non poſſit facere ſine gratia gratum faciente, nec poſſit illuminari per gratiam, poteſt tamen aliquid facere, quo facto illuminatur à Deo per gratiam. Sicut homo non poteſt domum ſolari lumine illuſtrare, tamen poteſt aliquid facere, quo facto illuminatur, ſcilicet quod poteſt feneſtram aperire : ſic & gratia. Deus enim ſemper eſt preſto nobis conferre illam. Vnde
Apocal. 3. dicit in Apocalyp. *Ego ſto ad oſtium cordis & pulſo.* ſcilicet per internam & ſecretam inſpirationem: *ſi quis aperuerit mihi*, ſcilicet remouendo à corde ſuo obicem peccati, *intrabo ad eum*, ſcilicet conferendo gratiam meam. Sic igitur quando aperitur feneſtra, ſolare lumen intrat & non aliter. Sic niſi obex peccati deponatur, gratia non ingreditur. Vnde dicit
Auguſt. Auguſtinus. *Qui te creauit ſine te, non iuſtificabit te ſine te.*

Quarto requiritur dilectionis vnitas. Videmus enim ad oculũ quod magnates & diuites libenter vocant illos quos ſciunt ſe diligere: ita certe ſi volumus à Deo vocari, oportet quod Chriſtum ſuper omnia diligamus, & totum cor noſtrum debemus Chriſto dare, aliter non eſſet verus amor. Ergo non clareſcit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, niſi hęc prius arſerit in officio caritatis. Vnde videmus in natura quod humor qui eſt in radice, diuerſos ramos arboris in vno ſtipite connectit, & fit vna arbor. Sic amor diuinus

vnit

vnit & facit nos vnum cum Christo, non vnitate naturæ, sed vnitate voluntatis, iuxta illud Apost. *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.* 1. Cor. 6.
Adeo enim suaue est istud vinculum diuini amoris, quod ipse sponsus veri amoris Christus, mediante se nobis copulari appetit, secundum quod à cælesti patre suo rogauit dicens. *Rogo pater, vt sint vnum sicut nos vnum sumus vt & ego in eis & tu in me.* Ioan. 17.
Ipse enim diuinus amor adeo dulcis efficaciæ est, quod inter omnia bona solummodo mediante ipso, omnia vniuntur. Vnde etiam est quidam nexus in diuinis, quia Deus nihil vnit, nisi ratione istius nexus. Et secundum Dionysium, *Est quædam virtus vnitiua.* Dionys.
O quam fælix est iste nexus siue vinculum veri amoris! Separat enim homines à creaturis, & vnit eos suo creatori; quæ quidem vnitas hic incipit, sed perfectè consummabitur in æterna patria, vbi erit perfectissima vnitas amoris. Et si ibi cum Christo perfectè volumus vniri, necesse est nobis hic prius separari à creaturis, & soli creatori adhærere: & sic vocabimur ab ipso post istam vitam ad supernã, vbi erit istius vnitatis perfecta consũmatio. Vnde dicitur Zachariæ 3. *In illa die,* hoc est in superna patria vbi est perfecta dies absq. nocte, quæ nunquam terminabitur, *vocabit vir,* id est Christus, *amicũ suum,* id est talem hominem qui sibi coniunctus est vero amore, *subter vineam suam & ficum suam,* id est ad fruitionẽ vitę ęternę, vbi debemus perfrui perfecta charitate. Vnde videmus quod amici qui se singulariter diligũt, solẽt se mu- Zachar. 3.

tuo inuitare tempore æstiuali quando fructus sunt maturi, ad spatiandum per vineas & pomeria & huiusmodi delectabilia. Sic facit Christus inuitans amicos ipsum hîc præ omnibus creaturis diligentes, ad vineas & ficus suas, per quas intelligimus beatã vitam, quia sicut odor vitis est delectabilis, & fructus vitis dulcissimus, sic ista dies erit delectabilis, quia ibi fruemur perfecto amore Christi, in cuius amore iugis est delectatio. Est etiam suauissima, quia ibi gustabimus & videbimus, *Quoniam suauis est Dominus.* Et hęc degustatio, &
Psalm. 22. visio, consummatio est omnis suauitatis, quia totum cor hominis superabundanter implebit & satiabit amore diuino &c.

Dominica tertia in Quadragesima.

SERMO XX.

VT *filij lucis ambulate*, &c. Eph. 2. Quando aliquis magister deputatur pueris siue filijs alicuius magni custodiendis & instruendis, multum est sollicitus quod habeant & regant se secundum quod decet eorum statum & generis sui nobilitatem. Aliter enim habent se filij regis in moribus, quam filij ignobiliũ. In hunc modum Paulus Apostolus & doctor gentium, immo totius orbis terrarum, qui tanquam instructor & totius ecclesię informator, fidelibus à Domino deputatus qui sunt filij Iesu Christi, multum est sollicitus, vt nos regamus sicut decet filios tanti regis. Et hoc satis

satis in Epistola hodierna & specialiter in his verbis nos admonet dicens *Vt filij lucis ambulatate*. Circa hoc verbũ ad nostram doctrinam est sciendum quod quatuor conditiones habere debemus ad hoc vt simus filii Dei.

Prima cõditio quod debemus ipsi assimilari perfectius. Videmus in cursu naturæ quod filij carnales frequenter assimilantur patri in facie & in imagine. Vnde quando filius assimilatur patri, euidens signum est quod sit eius verus filius. Ita certe si volumus esse veri filij Dei, debemus sibi assimilari inquantum possumus. Vnde nota, quod quamuis anima ad esse primęuũ de nihilo producatur, tamen in sua productione siue creatione ad imaginẽ & similitudinẽ sanctissimæ trinitatis pulcherrime insignitur. Nam quemadmodum Deus est vnus in essentia, & trinus in personis, sic anima est vna in substantia & trina in potentia, quæ potentiæ sunt memoria, intelligentia & voluntas. Et sicut vna persona in deitate non est alia, sic vna potentia in anima non est alia. Item prima persona sicut pater in deitate, cui appropriatur potentia, impressit animę potentiam suam, qua mediante potest resistere tentationibus & peccatis. Filius in deitate, cui appropriatur sapientia, impressit animæ suam sapientiam, qua mediante potest discernere inter bonum & malum, & vt omnibus donis & gratiis sibi à Deo collatis sapienter vtatur. Spiritus sanctus in diuinitate, cui appropriatur bonitas, impressit animæ suam bonitatem, vt in omnibus, quæ

operum, Ipsa operatio bonorum operum, est sua propria operatio, & secundum hoc debet homo operari, & semina virtutum & bonorũ operum seminare, vt inde post istam vitam, recipiat mercedem à suo creatore, vt
Prou. 31. dicatur de eo illud Prouer. 31. *Date ei de fructu*
August. *manuũ suarum.* Vnde August. ad Vincentiũ. *Nunc tempus seminandi & non metendi, non ergo mercedem modo quaramus recipere, ne hyeme, tenera adhuc seges & immatura decisa sit, & non inueniamus quod in futuro metamus.* Quod etiam homo ad hoc sit creatus vt faciat fructum bonorum operum, potest
Ioan. 15. probari per istud verbum Saluatoris, Ioan. 12. *Ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat.* Sunt autem duodecim fructus Domini, de quibus quære in sermone Dominicæ quintæ post Epiphaniam.

Dominica secunda in Quadragesima.

SERMO XIX.

NOn *vocauit nos Deus in immundiciam sed in sanctificationem*, &c. Prima Thess. 4. Quando aliquis habet amicum, quem summe diligit, & videt quod est in magno & vtili seruicio, vel in dignitate aliqua maxima constitutus, multum gaudet, multum zelat: quod in eo se honeste habeat, ad quod specialiter vocatus est. Vnde frequenter ducit sibi ad memoriã sui officii dignitatem, vt ad illud exequendũ honestius inducatur, ne incurrat infamiam siue

ſue notam. In hunc modum Paulus Apoſtolus noſtrum zelans profectum & commodũ, nobis reducit ad memoriã noſtrũ officium, noſtram dignitatem,ad quã ſumus vocati: vt hoc ad quod vocati ſumus, deuotius impleamus, dicens: *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam ſed in ſanctificationem.* quaſi diceret: Deus vocauit nos,non ad vile officium ſed ad ſanctum & honeſtum. Circa quod verbũ ad noſtram doctrinam eſt ſciendum,quod quatuor requiruntur ad hoc quod aliquis vocetur ad ſeruitium à Deo.

Primo vitæ ſanctitas. Videmus enim ad oculum quod homines in mundicia viuentes, puta Religioſi caſte viuentes, non libenter vocant ad ſocietatem ſuam homines immundę vitæ, aut infames, ſed mundos & famoſos. Hoc modo cum Chriſtus ſit mundus, abhorret omnem peccati maculam. *Ipſe enim eſt candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula.* Ideo certe non vocat ad ſocietatẽ ſuam immundos, quantum ad conſcientiam & vitam, ſed reuera ſanctos homines, puritatem vitę habentes. Iuxta illud Sophonię, *ſanctificauit vocatos ſuos.* id eſt, ſanctificare voluit. *Sanctitas* enim ſecundum Auguſtinũ in libro de gratia & libero arbitrio, *eſt perfectiſſima voluntas & ſinceriſſima puritas.* Sanctitas ſic eſt vnita puritati, vt qui non habet puritatem vitæ ſeu conſcientiæ, non poſſit eſſe ſanctus. Et ideo beatus Ambroſius, *Sanctitas perfecta omnem puritatem diligit & omnem impuritatem tanquam mortem reſpuit.* Et hanc puritatem Chriſtus perfectiſſime habuit,

Sapient 8.
Augu. lib. de gra. & lib. arb.
Ambroſ.

habuit, magis quam vmquam aliquis angelorum vel hominum. Ideo etiam perfectissime summum gradum sanctitatis habet, & ideo vocatur sanctus sanctorum. Puritatem suam probat mirabilis modus sui conceptus, quia virgo ipsum concepit, & mundo edidit, & post partum virgo permansit. Puritatem suam probat mirabilis sanctitas suæ vitæ, quia sicut sine macula alicuius peccati fuit conceptus, sic etiam peccatum nunquã fecit, nec alicui peccato consensit. Puritatem suam probat sua sanctissima doctrina, quia sicut summum gradum puritatis tenuit, sic etiam verbo & exemplo docuit. Cum igitur Christus super omnia sit purus, & sit speculum & exemplum munditiæ & puritatis; ideo summè est nobis necessarium, si volumus ab ipso vocari ad suam societatem, vt ipsum tanquam speculum & exemplar, in puritate vitæ & moribus sequamur. Christi enim vita nihil aliud est quã nostra doctrina. *Exemplum enim dedit nobis*, vt sicut ipse vixit & nos

Ioan. 13. viuamus, inquantũ est nobis possibile. Bonus etiam discipulus, magnam diligentiam apponit in faciẽdo opus simile, quod facit magister suus, & vt bonos mores eius exequatur. Vnde videmus quod latomi quando pulchrã fabricã vident, diligenter eam respiciunt & excogitãt similem facere. Similiter & pictores quando vidẽt pulchrã imaginem bene proportionatã, depingunt in tabulis suis, vt possint cõsimilem facere: & clerici flores Auctorũ colligunt, vt in eis proficiant. Vtinam sic respiceremus magistrum

gistrum nostrum Christum, qui est speculum & exemplar nostrum: & ipsum vt boni discipuli imitaremur in sanctitate & puritate vitæ, tunc digni essemus ab ipso vocari ad suã societatem, in qua est delectatio omnis suauitatis. Quot autem conditiones ipsi debeant habere Christo sanctificati: quære supra in illo sermone, Cãdidiores niue. Dñca 2. post Epiph.

Secundo requiritur bonæ operationis sedulitas. Videmus enim sensibiliter quod artifices & magistri, qui sunt subtiles & expediti in operibus suis, magis solent vocari quam alij homines. Ita certe si volumus vocari à Christo, necesse est nobis, vt faciamus opus quod nobis cõpetit secundũ statũ nostrum. Opus autẽ nostrũ in hoc cõsistit, vt bene operemur, quia bene operari operatio hominis est, & ideo cũ sedulitate debemus bene operari. Turpe .n. est hominẽ esse ociosũ propria operatione, quia in hoc cõsistit bonũ hominis in ista vita, vt secũdũ rationẽ operetur & viuat. Vnde dicit beatus Dionys. *Bonũ hominis est esse secũdũ rationẽ.* Qui ergo vult secundum rationem esse & viuere, debet bene operari quia quod fit sine ratione, nõ fit bene. Quælibet res operatur secundum naturã suã, & vocatur quælibet operatio rei, quæ cõpetit ei secundũ naturã. Nũc autẽ ita est, quod propria operatio hominis est secundum naturam rationalẽ. Istud est ergo propriè opus hominis, quod est opus rationis: quare dicit Apostolus, *in omni opere bono fructificantes*. Vnde pueri & fatui, qui non possunt vti ratione, non possunt etiam bene operari. Ideo etiã non meren-

Dionys.

rentur neq. demerētur. Sed illi qui habēt vsū rationis, possunt solummodo bene operari, & ideo merentur & demerentur. Cum ergo bonum hominis consistat vt secūdum rationem viuat: ideo frequenter bene debet operari, cū bene operari sit propria operatio hominis. Vnde videmus quod omnis creatura facit opus suum sine intermissione, quod ex ordinatione diuina sibi institutum est, sicut sol & luna & cæterę stellæ firmamēti, quæ quotidie illuminantur ista inferiora. Arbores etiā, herbę & flosculi terræ, temporibus suis germinãt & fructus & folia, secundum modum naturæ suæ, sibi à Deo datum proferunt. Videmus in corpore humano, quod quodlibet membrum habet suam propriam operationē, quam cum sedulitate excercet, sicut oculus operationem videndi, quia videre est propria operatio oculi. Manus operationem palpandi, quia palpare est propria operatio manus. Pes operationem ambulandi, &c. Multo ergo fortius debet homo operari secundum sui partem digniorem, hoc est secundū illud quod est nobilius in eo quod est secundum rationem, & sic merebitur à Christo vocari.
2. Pet. 1. Vnde dicitur secunda Petr. 1. *Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis,* Quasi diceret, Si satagitis bona opera facere, certum erit quod eritis à Deo vocati. Licet enim solus Deus sciat qui sint saluandi & vocandi, tamen aliquo modo possumus scire per signa exteriora. Sicut quando videntur flores & folia, spes habetur de fructu

fructu. Conceptũ enim humorem nõ poteſt arbor retinere, quin emittat in flores & folia. Sic amor diuinus incluſus in corde, exterius ſe demonſtrat in bonorum operum actione. Vnde Gregorius. *Exhibitio operis eſt probatio dilectionis.* Greg. hom in feſt. pent.

Tertio requiritur emendationis humilitas. Videmus enim ad oculum, quando aliquis turbauit aliquem magnum, nec vult ſe humiliter emendare, non libenter vocatur ab eo ad gratiam ſuam. Sed quando humiliat ſe & emendat tunc vocatur. Ita certe ſi volumus à Deo vocari, quem ſępe grauiter offẽdimus. Iſta autem emenda nihil aliud eſt quam iuſtitia pœnitentię quę nos iuſtificat à peccatis, per quam ad diuinam gratiam vocamur. Et ideo dicit Ambroſius, *Si gratia prouenit à pœnitẽtia, ergo qui faſtidit pœnitentiam faſtidit & gratiam. Vnde dicit Apoſtolus ad Romanos 6. Quos vocauit, illos & iuſtificauit.* Ambroſ. Rom. 6. Non tamen, quod hanc gratiam qua iuſtificamur à peccatis & grati efficimur Deo, & opera noſtra fiant meritoria mercedis ęternæ, ſolummodo habemus à Deo, quia nullus hanc gratiam poteſt mereri ex ſua pœnitentia merito condigni, ſed ſolum merito congrui. Vnde dicitur, *donũ gratiæ gratũ faciẽtis propriè dicitur adiutorium, ſine quo nullus poteſt mereri, datum diuinitus ad merendum, ſine quo, vt ſupra, nullus poteſt mereri nec in bono proficere, nec ad ſalutẽ æternã peruenire.* D. Bonauentura in breuiloquio. Ipſa enim eſt tanquã radix merendi vt dicit ipſe, omnia merita noſtra ipſa præcedit, pręuenit voluntatem vt velit, ſubſequitur autem ne fruſtra velit. Vnde ipſam nullus po-

potest mereri merito condigni. Nota tamen, quod communiter dicunt doctores, licet peccator opus meritoriũ vitæ æternæ non possit facere sine gratia gratum faciente, nec possit illuminari per gratiam, potest tamen aliquid facere, quo facto illuminatur à Deo per gratiam. Sicut homo non potest domum solari lumine illustrare, tamen potest aliquid facere, quo facto illuminatur, scilicet quod potest fenestram aperire : sic & gratia. Deus enim semper est prȩsto nobis conferre illam. Vnde
Apocal. 3. dicit in Apocalyp. *Ego sto ad ostium cordis & pulso*: scilicet per internam & secretam inspirationem: *si quis aperuerit mihi*, scilicet remouendo à corde suo obicem peccati, *intrabo ad eum*, scilicet conferendo gratiam meam. Sic igitur quando aperitur fenestra, solare lumen intrat & non aliter. Sic nisi obex peccati deponatur, gratia non ingreditur. Vnde dicit
August. Augustinus. *Qui te creauit sine te, non iustificabit te sine te.*

Quarto requiritur dilectionis vnitas. Videmus enim ad oculũ quod magnates & diuites libenter vocant illos quos sciunt se diligere: ita certe si volumus à Deo vocari, oportet quod Christum super omnia diligamus, & totum cor nostrum debemus Christo dare, aliter non esset verus amor. Ergo non clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, nisi hȩc prius arserit in officio caritatis. Vnde videmus in natura quod humor qui est in radice, diuersos ramos arboris in vno stipite connectit, & fit vna arbor. Sic amor diuinus

vnit & facit nos vnum cum Christo, non vnitate naturæ, sed vnitate voluntatis, iuxta illud Apost. *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo.* 1. Cor. 6.
Adeo enim suaue est istud vinculum diuini amoris, quod ipse sponsus veri amoris Christus, mediante se nobis copulari appetit, secundum quod à cælesti patre suo rogauit dicens. *Rogo pater, vt sint vnum sicut nos vnum sumus vt* Ioan. 17.
& ego in eis & tu in me. Ipse enim diuinus amor adeo dulcis efficaciæ est, quod inter omnia bona solummodo mediante ipso, omnia vniuntur. Vnde etiam est quidam nexus in diuinis, quia Deus nihil vnit, nisi ratione istius nexus. Et secundum Dionysium, *Est quadam* Dionys.
virtus vnitiua. O quam fælix est iste nexus siue vinculum veri amoris! Separat enim homines à creaturis, & vnit eos suo creatori: quæ quidem vnitas hic incipit, sed perfecte consummabitur in æterna patria, vbi erit perfectissima vnitas amoris. Et si ibi cum Christo perfecte volumus vniri, necesse est nobis hic prius separari à creaturis, & soli creatori adhærere: & sic vocabimur ab ipso post istam vitam ad supernā, vbi erit istius vnitatis perfecta consūmatio. Vnde dicitur Zachariæ 3. *In illa die*, hoc est in superna patria vbi est Zach. 3.
perfecta dies absq. nocte, quæ nunquam terminabitur, *vocabit vir*, id est Christus, *amicū suum*, id est talem hominem qui sibi coniunctus est vero amore, *subter vineam suam & ficum suam*, id est ad fruitionē vitę ęternę, vbi debemus perfrui perfecta charitate. Vnde videmus quod amici qui se singulariter diligūt, solēt se mu-

tuo inuitare tempore æstiuali quando fructus sunt maturi, ad spatiandum per vineas & pomeria & huiusmodi delectabilia. Sic facit Christus inuitans amicos ipsum hîc præ omnibus creaturis diligentes, ad vineas & ficus suas, per quas intelligimus beatã vitam, quia sicut odor vitis est delectabilis, & fructus vitis dulcissimus, sic ista dies erit delectabilis, quia ibi fruemur perfecto amore Christi, in cuius amore iugis est delectatio. Est etiam suauissima, quia ibi gustabimus & videbimus, *Quoniam suauis est Dominus.* Et hęc degustatio, &
Psalm. 22. visio, consummatio est omnis suauitatis, quia totum cor hominis superabundanter implebit & satiabit amore diuino &c.

Dominica tertia in Quadragesima.

SERMO XX.

VT *filij lucis ambulate*, &c. Eph. 2. Quando aliquis magister deputatur pueris siue filijs alicuius magni custodiendis & instruendis, multum est sollicitus quod habeant & regant se secundum quod decet eorum statum & generis sui nobilitatem. Aliter enim habent se filij regis in moribus, quam filij ignobiliũ. In hunc modum Paulus Apostolus & doctor gentium, immo totius orbis terrarum, quitanquam instructor & totius ecclesię informator, fidelibus à Domino deputatus qui sunt filij Iesu Christi, multum est sollicitus, vt nos regamus sicut decet filios tanti regis. Et hoc satis

ſatis in Epiſtola hodierna & ſpecialiter in his verbis nos admonet dicens *Vt filij lucis ambulate*. Circa hoc verbũ ad noſtram doctrinam eſt ſciendum quod quatuor conditiones habere debemus ad hoc vt ſimus filii Dei.

Prima cõditio quod debemus ipſi aſſimilari perfectius. Videmus in curſu naturæ quod filij carnales frequenter aſſimilantur patri in facie & in imagine. Vnde quando filius aſſimilatur patri, euidens ſignum eſt quod ſit eius verus filius. Ita certe ſi volumus eſſe veri filij Dei, debemus ſibi aſſimilari inquantum poſſumus. Vnde nota, quod quamuis anima ad eſſe primęuũ de nihilo producatur, tamen in ſua productione ſiue creatione ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſanctiſſimæ trinitatis pulcherrime inſignitur. Nam quemadmodum Deus eſt vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, ſic anima eſt vna in ſubſtantia & trina in potentia, quæ potentiæ ſunt memoria, intelligentia & voluntas. Et ſicut vna perſona in deitate non eſt alia, ſic vna potentia in anima non eſt alia. Item prima perſona ſicut pater in deitate, cui appropriatur potentia, impreſſit animę potentiam ſuam, qua mediante poteſt reſiſtere tentationibus & peccatis. Filius in deitate, cui appropriatur ſapientia, impreſſit animæ ſuam ſapientiam, qua mediante poteſt diſcernere inter bonum & malum, & vt omnibus donis & gratiis ſibi à Deo collatis ſapienter vtatur. Spiritus ſanctus in diuinitate, cui appropriatur bonitas, impreſſit animæ ſuam bonitatem, vt in omnibus, quæ

videt, loquitur, audit, cogitat, vel agit, semper proficiat in vita spirituali, vt naturaliter bonum eligat & malum respuat. Ecce quomodo quælibet persona in diuinitate dedit aliquid animæ de suo. Nonne ergo est pulcherrima creatura, cum in ea inueniatur expressè imago & similitudo beatissimæ Trinitatis: immo propter hoc excellit omnes creaturas inferiores, & superioribus per omnia adęquatur, quas tamen gratia & virtute potest excellere. Et ideo clamat Augustinus, *O anima pulchra creatura.* Vnde nota, quod hæc imago Dei in anima & similitudo, gratia & virtute decoratur, solo autem peccato deturpatur; qui ergo vult esse verus filius Dei, conseruet animam suam, quę est ad imaginem & similitudinem Dei creata, in puritate, & non deturpet peccato, quod ipsam super omnia dissimilem Deo facit. Vnde Augustinus dicit, *Nihil adeo dissimilem animam Deo facit sicut macula peccati.* Hæc est imago regis quæ exigetur in nouissimo die. Si est pulchra in virtutibus, reponetur in thesauros regis æterni: si vero turpis, tradetur igni ad comburendum. Si ergo volumus esse veri filij Dei, necesse est quod animam nostram mundam conseruemus ab omni macula peccati, nè tam pulchra imago & similitudo Dei, qua anima est insignita, destruatur, & per consequens nomen, quo filij Dei appellamur, amittamus. Vnde dicitur *Immundũ ne tetigeritis & ego suscipiam vos, eroq. vobis in patrem & vos eritis mihi in filios & filias.* Immundum vocat peccatum, quod super omnia

Aug. (margin, beside "cellere. Et ideo clamat Augustinus")
Aug. (margin, beside "dissimilem Deo facit")
2 Cor. 6. (margin, beside "filij Dei appellamur")

nia deturpat conſcientiam animæ. Anima autem deturpata, deturpatur imago & ſimilitudo Dei in anima impreſſa. De quo conqueritur Iere.Thren. 4. *Quomodo obſcuratum eſt aurum.* id eſt, munda & clara conſcientia animæ per peccatum vel obſcuritatem peccatorum, *mutatus eſt color optimus* caritatis, quæ animam optime colorat: *diſperſi ſunt lapides ſanctuarij*, id eſt, virtutes animæ quæ eſt templum Dei, & ſanctuarium ſpiritus ſancti, *in capite omnium platearum*, id eſt diuerſis viciis peccatorum? *Filij Sion inclyti*, id eſt, qui deberent eſſe inclyti & ſpeculum ſine macula (Sion enim interpretatur ſpeculum) *amicti auro primo*, id eſt imagine beatiſſimę Trinitatis, quæ ipſam animam veſtit, & ornat ſuper omne aurum, *Quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?* quaſi dicere vellet, Quomodo ſunt tam viles facti, per immunditiam peccati, quod eſt opus diaboli quia ab ipſo primo originem habuit. Tren. 4

Secunda conditio eſt quod debemus ipſum deligere affectuoſius: videmus enim ſenſibiliter quod naturalis eſt dilectio inter patrem & filium, & ideo magis ſe diligunt. Ita etiam debemus veram caritatem ad Deum habere: quia ſi filius diligit patrem ſuum carnalem, à quo non habet niſi partem ſubſtantiæ viliorem, ſcilicet carnem; multo magis debet diligere creatorem à quo habet partem nobiliorem, ſcilicet animam. Vnde dicit Auguſtinus, *Quod diligendus eſt genitor, ſed præponendus eſt creator.* Et ideo dicitur, *Sicut filij cariſſimi* Aug. Ephe. 5.

ambulate in dilectione sicut Christus dilexit vos, quia nulli creaturæ ostendit tantam dilectionem sicut homini, quia creaturas superiores, scilicet Angelos, peccantes non redemit. Item inferiores creaturas non ordinauit ad gloriã suam percipiendam, sed mediam creaturam, scilicet hominem, qui participat naturam vtramque, redemit sua pretiosa morte, & ad gloriam æternam ordinauit. Cum igitur ardenter nos Christus amauerit, sic quod etiam nos super omnes creaturas amauerit, immo quod magis est supra seipsum nos amauit: vt dicit Bernardus. *Si non dilexisset me plus quam se, non se dedisset pro me.* Ideo debemus etiam ipsum supra nos, & supra omnes creaturas diligere, ita breuiter, quod suo amori nihil proponamus, nec patrem, nec matrem, nec quidquid in cœlo vel in terra creatum est, sed ipsum præponamus omnibus rebus creatis, & sic erimus veri filij Dei. ideo dicit saluator, *Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non potest esse meus Discipulus.* Vnde dicit Iudęis, *Si ergo me quæritis*, scilicet per veram dilectionem, *sinite hos abire*. id est, omnem creaturam à corde vestro excludite. Sed forte posses dicere, Si omnem dilectionem debeo ex corde excludere, & solum Deum diligere, quomodo ergo debeo implere diuinum pręceptum quo Dominus præcipit, quod debeo proximum meum diligere sicut memetipsum, & honorare patrem & matrem. Quomodo etiam potero implere consilium Saluatoris qui dicit, *diligite inimicos vestros.* Ecce si vero & perfecto

Bernar.

Lucæ 14

Ioan. 18.

Lucæ 6.

fecto amore vis Deũ diligere, tũc primo debes ipsum super omnia diligere, ita vt ipsum preponas omni rei createtiã tibi ipsi. Secundo omnia diligenda in ipso, & propter ipsum, diligere & amicum in Deo, & inimicum propter Deum. Vnde Augustinus, *Minus te amat Domine, qui aliud tecum amat quod propter te non amat.* Tertiò, omnia contemnenda pro eius amore contemnere, vt sunt illa quæ te in eius dilectione impediunt, vt honores, diuitiæ, delitiæ & alienus amor, & sic filij Dei verè erimus. Vnde dicit Augustinus, *Omnia contemsit Christus vt omnia contemnenda doceret.* Et ideo si te honores impediunt, contemne eos propter Christum, quia hæc contempsit propter te Christus. Quarto, vt omnia sustinẽda propter eius amore sustineas, vt persecutionẽ, sitim, famẽ, paupertatem; quia hęc omnia propter te sustinuit. Vnde Augustinus, *Omnia Christus sustinuit vt omnia sustinenda doceret.* Vnde nota quod quatuor sunt genera hominum qui quadruplici dilectione Deum diligunt. Quidam sunt qui Deum diligunt dilectione frigida, vt sunt illi qui multas habent occupationes circa ista bona exteriora, & quia multum se occupant cum illis, ideo etiam habent multa impedimenta veræ dilectionis: quia quanto magis cor humanũ talibus occupationibus crescit, tanto magis in eo diuinus amor frigescit. Vnde Gregorius. *Huius mundi occupationes fugite, quia quanto quis in eis proficit, tanto amplius ab amore Dei decrescit.* Alij sunt qui Deum diligunt dilectione tepida, sicut sunt illi, qui non multum se.

August.

August.

August.

Grego.

cum exterioribus occupāt. Attamē Deo tepide seruiunt, ita quod cum tędio legant horas, & cum tædio audiunt missas vel verbum Dei, attamen faciunt. Isti feruenter Deum non diligunt, quia qui vere Deum diligunt, in suo seruitio non tepescunt, quia qui vere amat Deum, quidcunque pro eo laborat, nihil asperum reputat, sed omnia videntur illi suauia. Vnde dicebat beatus Bernardus, *Labor meus vix est vnius horæ, & si plus est non sentio, præ amoris magnitudine.* Sicut enim ignis non potest retineri à motu suo, qui competit sibi secundū exigentiam suæ naturæ, nisi per violentiam: sic vere Deum amans continuè operatur. Et ideo illi qui in diuino opere & officio tepescunt & attædiantur, signum est quod etiam in Dei amore tepescunt & desinunt. Et ideo dicit Bernard. *O bone Iesu non est amor tuus transitorius sed æternus.* Tertij sunt, qui Deum diligunt dilectione calida, sicut illi qui amore Dei quidquid faciunt, faciunt sine tædio, orantes & vigilantes, & Deo in humilitate seruientes, in actiua vita se exercentes, Dei mandata custodientes, bona exteriora habentes, sed non ea Deo præponentes. Isti licet calida dilectione Deo seruiant, non tamen habent perfectū gradum amoris. Vnde quarti sunt qui diligunt Deum dilectione ardentissima, & sunt illi qui non solum omnia præcepta implent, verum etiam ad consilia se tenent, & ad castitatem & paupertatem: nec laudem humanam appetentes, sed solum laudem Dei curantes, Deum amantes, solummodo

Bernard.

Bernard.

modo propter se, non propter timorem inferni, immo si infernus non esset, adhuc vellent eum diligere: nec etiam propter regnũ suum, quia libentius habent amorem Dei quam regnum eius: immo si millia regna cælorum haberent, vellent dare pro amore eius, nihil aliud quam diuinum amorem habere cupientes. Et ideo vt ipsum solum habeant, omnia pure propter ipsum contemnunt. Isti supremum gradum amoris tenent.

Tertia conditio est quod debemus ipsius correctiones sustinere libentius. Videmus enim sensibiliter, quod boni filij dulciter sustinent verba dura parentum, nec turbantur. Ideo si volumus esse boni filij Dei, debemus eius correctiones libenter sustinere. Istę autem correctionis sunt tribulatio, infirmitas, paupertas, & corporis incommoda, quæ, vt dicit Augustinus, *omnia Christus sustinuit, vt omnia sustinenda doceret.* Vnde qui ista noluerit sustinere, signum est quod non est verè filius Dei. Quia dicit Gregorius, *Attēde scripturam dicentem tibi. Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Tu forte diceres. Ego sum exceptus. Respondeo, Si exceptus fueris à passione flagellorum, eris exceptus à numero filiorum.* Et ideo hortatur nos Sapiens Prouerb. 3. vt castigationes siue correctiones Dei, vt cari filii dulciter sustineamus, dicens: *Disciplinam Domini fili mi ne abijcias, non deficias, cum ab eo corriperis. Quem enim Deus diligit corripit, & quasi in filio complacet sibi.* Sed forte posses dicere. Quomodo potest hoc esse quod Deus me diligat,

Augu.

Greg.

Prou. 3.

ligat, ex quo permittit me esse in tot doloribus, penurijs, & tot angustijs. Si enim me diligeret, non permitteret me in tantis aduersitatibus & doloribus esse. Qui enim amicum habet quem vere diligit, in doloribus esse nō sinit, maxime quantum in se est, quia dicit Philosopus in Ethicis, *Verus amicus gaudet de bonis, & dolet de tristibus amici sui.* Respondeo quod verum est qui alium vere diligit, ipsum esse in doloribus non sinit, quantum in se est, nisi forte hoc permittat propter maius bonum, quia maius bonum proponendum est minori bono. Exemplum habemus in patre naturali, qui habet dilectum filium quem tenerrime diligit. Si infirmatur vel vulneratur, tradit ipsum medico aut chirurgo. Medicus quia est infirmus, ipsum abstinere facit & amaras dat ei potiones: Chirurgus quia est vulneratus, ipsum dure ligat, & interdum vulnus aperit, maxime quando vulnus est ab intra putridum. Et si filius in tali dolore clamat: Dilecte pater adiuua me, & eripe me de istis pœnis: Pater non exaudit, quia scit medicum intendere salutem & sanitatem. Sic cœlestis pater noster diuersis nos permittit cruciari doloribus, aduersitatibus, & paupertate. Sed semper non exaudit nos, quando clamamus ad ipsum vt nos exaudiat, & hoc ideo quia scit quod huiusmodi dolores & tristitiæ, procurant nobis præmii magnitudinem, & pro illis nobis est daturus quod tantum est, quod omnes tribulationes & passiones huius mundi non possint minimum præmium de condigno

digno mereri; iuxta illud Apostoli: *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam*. Attamen Deus dabit nobis pro minima tribulatione & passione, quas sustinemus pro eius amore, tantum præmium, quod nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, sed ipse solus nouit, vt dicit Esaias, *Oculus non vidit Deus absque te*. Et ideo propter eius amorem debemus sustinere eius correptiones & castigationes, ne tantum præmium negligamus. Ad quod etiam nos hortatur Apostolus dicens, *Quis enim filius quem non corripit pater*. Ergo ne deficiatis in tribulationibus. Rom. 8. Esaię 64.

Quarta cōditio est, quod debemus & possumus ad ipsū recurrere in necessitate securius. Videmus enim ad oculū, quod licet filius naturalis suum patrē naturalem multum offenderit, tamen securè currit ad ipsum in necessitate, quia naturalem inclinationem habet pater ad filium, statim cum videt filium suum se humiliantem, recipit eum ad gratiam suam. Exemplum habemus in euangelio Lucę 15. de filio prodigo qui *dissipauit bona sua*, sed necessitate coactus recurrit ad patrē suū. Et dicitur ibi, quod pater *misericordia motus* reuertēti filio occurrit, in *collum eius cecidit, & osculatus est eum*. Et sic non solum recepit eum ad gratiam suā: verū etiā, vt dicitur ibi, tria dona dedit ei, scilicet stolā primam, annulū in manu sua, & calceamēta in pedibus eius. Insuper & ei alia amoris indicia ostendit, quia fecit ei epulas & cantari symphoniā & chorū. Ita carissimi est etiā de cęlesti patre nostro, quē licet multū offen- Lucæ 15

fendimus per peccata nostra, tamen securè possumus in necessitate ad ipsum recurre re, quia statim recipit nos ad suam gratiam, & miseretur nobis magis, quam vnquam aliquis pater filio suo naturali. Vnde quando peccator cum vera contritione suorum peccatorum ad ipsum recurrit, statim occurrit ei & astringit ipsum sua dulcissima charitate, & osculatur ipsum osculo pacis, recipiendo ipsum ad suam gratiam. Vnde in Cruce stat brachijs extensis, capite inclinato, in signum quod semper est paratus recipere peccatorem ad suamgratiam. Et ideo dicit Bernard. *Aspice Christum pendentem in cruce, aspice capitis inclinationem ad osculum, brachiorum extensionem ad amplexandum, lateris apertionem ad affectum: totius corporis crucifixionem ad nostræ redemptionis effectum.* Vnde non solum sic recipit filium ad se conuertentem ad suam gratiam, verum etiam tria dona optima ei largitur. Primo stolam primam suauissimę charitatis, quę est vestis nobilissima, quia operit multitudinem peccatorum. Ista est illa regalis & deaurata vestis, quam diuidit inter filios ęterni regni & filios æternæ perditionis: vt dicit August. *Ista veste induta erit regina*, id est, anima sancta in extremo iudicio. Iuxta illud Psal. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* id est, diuersitate virtutum. Qui enim habet caritatem, habet omnes alias virtutes & ideo est nobilissima vestis. Secundo dat ei annulum in manu, id est fidei signaculum in opere: quia per opera fides clarescit. Et bene fides

com-

cõparatur annulo. Annulus enim est rotundus, & non habet principium neque finem: sic etiam illa sanctissima & æterna Trinitas, in quam credimus, & de qua fidem nostram habemus, caret principio & fine. Istud signum fidei siue fides comparatur annulo, quia sicut sponsa, quando subarrhatur à sponso, annulum accipit in digito suo vt ei fidem seruet. Sic etiam cælestis sponsus subarrhat animam per annulum fidei. Vnde Oseæ 2. *Sponsabo te mihi in fide.* Isto annulo fidei erat desponsata illa sanctissima Agnes quando dicebat, *Annulo suo subarrhauit me Dominus meus Iesus Christus, vt nullum amatorem propter eum admittam.* Tertio dat ei calceamenta rectarum intentionum in pedibus suis (id est) in affectionibus bonis, & operibus: quia sicut calceamenta vestiunt & ornant pedes naturales in suis gressibus, sic rectæ intentiones vestiunt & ornãt affectus & bonas operationes, quæ sunt spirituales pedes animæ, quibus calcat spinas vitiorum, & pulchrè graditur callem virtutem, donec ad supernam patriam veniat. In isto commẽdat sponsam suam scilicet animam ipse sponsus amoris in Canticis, dicens. *Quam pulchri sunt gressus tui,* id est, bonæ affectiones & operationes) *in calceamentis*, id est in intentionibus, tuis quibus ad cælestia graderis) *filia Principis* (scilicet, istius qui est princeps regum terræ?) Vel sicut calceamenta fiunt de pellibus mortuorum animalium, sic sanctorum patrum exempla, qui mortui sunt in Domino, accendunt animæ desideria & incendunt ad bona ope-

Oseæ 2.

Cant. 7.

opera facienda, vt gressus sui (id est) desideria deuotæ animæ pulchrificentur in calceamẽtis (id est) sanctorum patrum exemplis, quibus decenter graditur. Et non solum cælestis pater dat filio reuertenti tam pretiosa dona: verum etiam ostendit illi incomprehensibilem bonitatis suæ amorem, facit ei parare epulas (hoc est) facit eum dignum altissimo conuiuio Sacramenti Eucharistiæ, vbi proponit ei cęlestem panem (scilicet) panem Angelorum, qui habet in se saporem omnis suauitatis (hoc est) corpus suum proprium. Propinat etiam vinum conditum sui pretiosi sanguinis, quod inebriat animam dulcedine sui amoris. Facit etiã ei cantari dulcem symphoniam in choro cęlestium spirituum, de eius conuersione. Quando enim conuertitur aliquis peccator, tunc gaudent illi beatissimi Angeli super omne gaudium huius mundi. Nunquam fuit tale gaudium de quacunque re in terris, quale est gaudium Angelorum super vno peccatore pœnitentiam agente.

Dominica quarta in Quadragesima.

SERMO XXI.

Galat. 4. CHristus liberauit nos, &c. Galat. 4. Videmus ad sensum quod quando pater habet filium qui debet ei succedere, libenter eum instruit de feudo suo, & à quo illud habeat, quã consuetudinẽ teneat, & quales inde redditus sol-

soluat. vnde exigantur exactiones & tributa: vt filius sciat se ad talia & nō ad alia teneri, & sciat immunitates suas , & maxime quando putat ipsum habere multos inuasores. Sic Beatus Paulus Apostolus videns quod Diabolus multas exactiones & tributa à nobis exigit, quasi ipsius serui essemus & quod Christus qui nos liberos fecit, poterat nos liberos facere, & quod in nullo debeamus diabolo nec eius tentationibus obedire, dicit *Christus liberauit nos*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est quod ad hoc quod de morte ęterna liberemur quatuor requiruntur.

Primo recte viuendi iustitia: videmus enim quod quando aliquod nefandum imponitur alicui, si inueniatur iustus & innocens , per inquæstam bonorum & fidelium liberatur à morte. Sed si inuenitur culpabilis, damnatur. Ita certe si homo inuenitur iustus , & est bonæ vitæ , liberatur à morte æterna , Deus enim valde iustus est , & ideo etiam iudicat vnumquemque secundum iustitiam suam : In quocunque enim statu hominem inuenit , secundum illum statum iudicat . Si iustus , saluabitur : si iniustus, damnabitur. vnde quando Deus faciet quæstiones suas , tunc erunt ibi magni assessores, scilicet tota Trinitas, Pater, & Filius & Spiritus Sanctus: Angeli qui homines custodierunt, dæmones qui accusabunt, creaturæ quibus male vsus es , contra te clamabunt Melior amicus tuus, id est , conscientia tua deponet contra te testimonium. Certe qui tunc

tunc iustus inuenitur, liberabitur. Vnde dicitur Prouer. 10. *Iustitia liberabit à morte*. Huius figuram habemus Gen. 18. vbi legitur quod quidam clamor venit coram Deo. *Clamor Sodomorum & Gomorrha multiplicatus est. & peccatum eorum grauatum est nimis. Descendam*, inquit, *& videbo vtrum clamorem qui venit coram me opere impleuerunt*. qui tamen omnia nouit; in hoc nobis exemplum reliquit quasi diceret, Mala hominũ non credite, antequam probetis. Vnde videns certum quod erat sibi soli notum, punire statim noluit, sed fecit fieri inquæstam, ità misericorditer, quod si inueniſſet in quinque ciuitatibus decem iustos, pepercisset omnibus aliis, sed non inuenit nisi vnum iustum, scilicet Loth. Sed quid accidit. *Eduxit eum extrà ciuitatem & tunc pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem de cælo, & subuertit has ciuitates, & omnem creaturam habitantem circa istam regionem & omnes habitatores vrbium*. Inueniuntur autem poma in illa regione in arboribus vsque ad maturitatem viridis coloris, quæ si incidas matura, fauillas intus inuenies. Vnde regio illa dicitur mare mortuum, quia nec aues nec quicquam in ea viuit. Istud etiam mare quod ibi est, non patitur nauem nisi bituminatam, omne carens vita in profundum mergit. Si aliquid viuum immerseris, semper exibit, nec pisces in eo viuunt. Per istas ciuitates intelligimus immunditias vitæ, maxime luxuriæ intendentes. Sed istas ciuitates Dominus igne & sulphure succendit, quia luxuriam ardor & fętor concomitatur. Vnde dicit

Prouer. 10.
Gen. 18.

Gre-

Gregorius. *Per qualitatem vltionis innotuit malum criminis.* Et quod ibi sunt arbores pulcherrimos fructus habentes vsque ad maturitatem, qui quando sunt maturi inciduntur, & fætor & fumus exit: figura est, quod delectationes, quæ nobis videntur hic pulchræ, dulces, & delectabiles, quando veniunt ad examinationē & veritatē, in fætorem & fumū euanescūt. Sed Loth, qui interpretatur declinans, scilicet peccatum, liberatus est. Vnde Sap. 10. *Iustum Loth à pereuntibus fugientem liberauit, descendente igne in Pentapoli:* & sic vbique *Sapientia eos qui se obseruāt à doloribus liberat.* Greg. Sap. 10.

Secundo requiritur tentationum resistentia. Videmus enim ad sensum, quod frequenter contingit, quando quis est circumuallatus à latronibus, si tunc viriliter se defendit, solet liberari à morte quam incurreret, si lentè se defenderet. Charissimi ita est, quod aduersarius noster Diabolus, videns nos munditiæ vitæ intendentes, inuadit nos diuersis tentationibus, vt valeat à nobis vestem innocentię remouere. Ipsius etiam incursus tentationum adeò subtiles sunt & fortes, & tam subtilis artifex est, vt nisi bonitas ipsius Dei nobis adesset, nullo modo possemus resistere. Et ideo debemus eis fortiter resistere cum Dei adiutorio, si volumus à morte æterna liberari. Quia dicit Apostolus: *Omnia possum in eo qui me confortat.* Et ideo dicit Bernard. *Cum premit caro, recordatione vulnerum Dei mei resurgo. Cum me pulsat aliqua mala cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum Diabolus mihi parat* Philip. 4. D. Bern.

Q insidias

insidias, fugio ad viscera misericordiæ Domini, & fugit à me. Si ardor libidinis mouet membra mea, recordatione vulnerum Domini mei extinguitur. In omnibus aduersitatibus meis non inueni tam efficax remedium, sicut vulnera Christi. In illis dormio securus, requiesco intrepidus. Et ideo fortiter debemus aduersario nostro resistere, cum Dei adiutorio, & sic possumus animam nostram à morte æterna liberare. Huius figuram habemus libro 1. Regum 17. quod Goliath, *Vir spurius prouocabat filios Israel ad prælium:* sed sequitur de Dauid, quod volebat ei resistere, & quod dicebat, *liberabit me Deus de manu Philistæi huius.* Vnde legitur, *quod accepit baculum & quinque lapides de torrente, & misit eos in peram* quam semper habebat secum, *& fundam in manu tulit: tulitque* vnum lapidem, & iecit & *percussit Philistæum, & cecidit in faciem suam præualuitque Dauid aduersus Philistæum in funda & lapide,* & sic liberauit Israel. Per istum Goliath, qui interpretatur robustus, & est vir spurius, intelligitur Diabolus, qui non habet hæreditatē in cœlesti patria, sicut nec spurius in hęreditate paterna. Hic prouocat Israel, quæ interpretatur, vir videns Deum, hoc est homines ordinatos ad visionem Dei. hic prouocat Israel ad prælium, hoc fit quando tentat nos de peccato. Sed Dauid qui interpretatur manu fortis, id est, homo bonus, dicet *liberabit me Deus de manu Philistæi huius*, id est, de tentatione Diaboli. Sed quid debet facere? Certe debet accipere baculum, id est, considerare passionem Christi. Hic est baculus ille quē horribiliter timet Diabolus. Debet etiam accipere quinque

que lapides de torrente, qui sunt quinque vulnera Christi, & mittere eos in perã suam, hoc est in cor suum, vbi semper debet ponere vulnera Christi: sed hanc peram debet semper habere secum, quia semper debet homo esse dominus sui cordis, & nõ aliqua alia creatura. Funda quam debet ferre in manu est voluntas, qua debet resistere peccato. Quando autem tentatur à Diabolo, debet accipere vnum lapidem, id est, vnum de vulneribus Christi, in cuius virtute potest vincere quamlibet tentationem. Vnde sicut Dauid iecit & percussit Philistæum, ita vt ceciderit in faciem suam, & sic præualuit aduersus eum in funda & lapide. Ita homo fortis in quo est fortitudo Dei, potest præualere aduersus Diabolum, & ipsum prosternere per voluntatem, & vulnera Christi. Vnde versus. *Si tu tenteris, aut Dæmonis arte teneris; In cruce pendentem respice, tutus eris.*

Tertia requiritur humilis contritio & pœnitentia. Videmus in exterioribus frequenter, si aliquis offendit aliquem magnũ & potentem, ipse potens mouet contra ipsum bellum, non solum vt eum lædat in rebus, sed etiam vt extinguat personam. Si tamen ipse offendens de offensis humiliter doleat, & gratiam petat, offensus non solum offensam remittit, sed etiam offendentem vel illum qui eum offenderat, in vita conseruat. Ita ipse Deus, cuius magnitudinis non est finis, in tantum per peccatum offenditur, vt propter minimum peccatum mortale damnan-

dus sis in corpore & anima, si hîc pænitentiā non feceris. Deus enim iudex est durissimus in peccatis, nunquam enim dimittit impunitum, propter peccatum enim Angelos damnauit, & in infernū præcipitauit. Tanta enim fuit malorum Angelorum multitudo vt nunquam aliquis fuerit qui numerum eorum sciret. Etiā propter peccatū de paradiso hominē eiecit, & mundum per diluuium deleuit, & Sodomā & Gomorrham in igne & sulphure destruxit, & hominem, quantum ad corpus & animā, interfecit. Conuertere ergo homo à contagione peccati, & age humilem pænitentiam cum cordis contritione. Bonitas enim Dei humiliter pænitentibus nunquā defuit, quia in pænitentia & contritione adeo benignus est; vt non possit homo adeo magna peccata facere, quin remittat ei. Etiam plus dico. Homo posset tantam contritionem habere vna hora, vt statim fieret filius Dei, qui prius erat filius æternæ damnationis; & insuper per intentionē illius contritionis, omne purgatorium euadere posset, in quo deberet per plures annos puniri, vt Maria Magdalena, quæ, vt creditur, per humilem & feruentem contritionem, quando cecidit ad pedes Domini, meruit remissionem omnis culpæ & pœnę: & latro qui per humile verbum quod dixit, *Domine memento mei dum veneris in regnum tuū*, factus est hęres paradisi, nam statim responsū fuit ei à Christo, *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso*. Qui ergo vult à morte æterna liberari, faciat humilem pœnitentiam cum cordis con-

Lucæ 23.

contritione, & absque dubio liberabitur. Iuxta quod dicit Psalm. *Humiliatus sum & liberauit me*, scilicet, à morte ęterna: vt autem ista humiliatio sit perfecta, tria requiruntur. Primo quod sit in corde radicata per contritionem, vt homo in seipso confundatur & conteratur & doleat quod Deum offendit. Vnde Michæas, *Veniens in Babylonem, ibi liberaberis*. Babylon interpretatur confusio, quæ est erubescentia de peccatis. Secundo debet esse in confessione propalata. Vnde Augustinus super oratione Dominica. *Breue verbum Peccaui, habet tres syllabas, quod portas aperit paradisi, & ideo dicere Peccaui, non te terreat pudor hominis, non timor Diaboli, nec desperatio pro peccato enormi. Ipsum autem Iudam non tam scelus quod commisit, quã desperatio veniæ damnauit.* Et ideo Prouer. 12. *Os iustorum liberabit eos*, in pręsenti à culpa & in futuro à pœna ęterna. Tertio debet esse in opere parata, id est in pœnitentia. Sicut enim puer castigatur & corrigitur virga, ita pœnitentia corrigitur peccator: quia secundum Augustinum, *Omnes defectus reuocat ad perfectum*. Et idem, *Pœnitentiã vitam mortuo impetrat, & in fine à morte liberat*. Non tamen quod omnino nullam pœnã sentiat, nisi tanta fuerit vehementia contritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Quarto requiritur eleemosynarum beneficentia, sic vt homo secundum posse suum sua communicet pauperibus, & eorum paupertati & necessitati compatiatur. Videmus enim in exterioribus, quod si aliquis esset princeps nobilis, cuius officialis aliquem propter debitum captiuum tene-

Psal. 116
Mich. 4
August.
Prouer. 12
August.

ret,qui captiuus,transactis temporibus, fratrem dilectum ipsius principis, in extrema necessitate in partibus alienis subleuasset, & ipsum per communicationem suorum bonorũ in vita conseruasset:proculdubio princeps,tantam humanitatem percipiens,quam captiuus ipse circa suum dilectum fratrẽ fecisset,mox ipsũ libertati redderet, & solatiũ in vita præberet.Ita Deus ipse princeps regũ terræ,habet dilectos fratres in terra ista peregrinationis.Iuxta illud, *Quod vni de fratribus meis*
Matt.25. *minimis fecistis, mihi fecistis.* Qui ergo hic est misericors circa pauperes, non est dubium quin Deũ post hanc vitã misericordẽ inueniat,& ipsum à morte æterna liberet,ac ipsum à potestate sui officialis,scilicet Diaboli,vinctum liberet. Legitur de quodam Imperatore qui erat adeo misericors, vt multa imperii bona præ liberalitate consumeret, cum semel à quodam sibi familiari acriter increpatus fuisset,quare bona imperii ita prodigaliter consumeret.Respondit,se hoc non de alia causa facere nisi vt ęternum iudicem sibi misericordem & propitium redderet. Non enim potest esse,vt qui pauperibus est misericors& eis subuenit, Deum sibi propitium non in-
Tobiæ 12. ueniat.Quia dicit Tobias, *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, à morte enim liberat & facit inuenire vitam æternam.* Qualem ergo creditis misericordiã illos inuenire apud Deũ in nouissimo die, qui modo propter auaritiã nullã habẽt misericordiam erga pauperes? Heu quid dicent,quando Christus statuet eos à sinistris
cum

cum hœdis, & dicet eis, Vos inimici mei, ad quem venistis? vbi sunt eleemosynæ vestræ? Tunc Christus in persona pauperum dicet eis: *Esuriui, & nō dedistis mihi manducare, sitiui, & nō dedistis mihi bibere: nudus fui, & non cooperuistis me,* & cætera talia. *Ite maledicti in ignem æternum qui præparatus est Diabolo & Angelis suis.* Non mireris ergo homo, quod mali modo affluunt deliciis huius mundi, qui modo pauperibus non subueniunt suis eleemosynis, sed potius deridēt, & contemnunt dicentes, Recedite à nobis, qui modo opprimunt viduas & pupillos, quasi non sit Deus, qui velit se de eis vindicare. Non miremini ergo quare eis hic prospere succedunt omnia, quibus negabitur æterna vita. Non miremini, si Deus illis hic parcit, quos æternaliter vult punire. Nō ergo miremini, sed attendite quoddā horribile. Si mali homines, immisericordes, auari, haberēt in ista vita omnē suam voluntatem, & cum hoc consolationes & delectationes omnium, qui sunt, fuerunt & adhuc erunt per multa millia annorum; sic etiam vt possent aurum & argentum comedere, & pretiosum balsamum bibere, & sole se vestire, nihil esset respectu futuræ tribulationis quę eis superueniet. Veniet enim eis vna dies mortis, & damnationis æternæ, tantæque amaritudinis, vt etiam vna hora obliuiscantur omnem abundantiam quā vmquam in mundo habuerunt, & hoc erit tunc, quando confusionem *& maledictionem velut vestimentum induent*, quando vngues & carnes brachiorum & linguas præ dolore comedent,

Matth. 25

ęđent,quando maledicent Deo,qui eos creauit,matri,quę ipsos genuit; diei, in qua nati sunt, O mors quã dulcis esses eis tũc,quibus in hac vita tam amara fuisti! Sed heu hoc erit super omnia miserabile,quod optabunt mortẽ,& non inuenient,sed sine fine morientur. Rogemus igitur Dominũ nostrũ Iesum. &c.

Dominica in Passione.

SERMO XXII.

Hebr.9. *EMundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis*,Hebr.9. Videmus ad sensum,quod infirmos antequam perfectè curetur & sanetur,vsus cibariorum à medicis interdicitur, quia si non bene dispositus vel curatus,cibos sumeret,posset maiorem infirmitatem incurrere vel mortem. In hunc modum facit Apostolus considerans peccatores in infirmitate peccati laborantes: non vult eos cibum sacratissimum,scilicet Corporis Domini nostri Iesu Christi sumere,donec fuerint à peccato mundati & sanati. Est enim homini sano,& bene disposito salus in vitã ęternã, sed
1.Cor.11. immũdo & à morbo peccati nõ curato,æternæ dãnationis occasio.Quia dicit Apostolus, *Qui enim mãducat & bibit indigne,iudicium sibi mãducat & bibit*.Ideo vult,quod nos totaliter emundemus à contagione peccati,cum dicit,*Emundauit*,hoc est emundare voluit, *conscientiam nostram ab operibus mortuis*, id est, à peccatis. Circa quod verbum carissimi est aduertendum,pro do-

doctrina nostra, quod propter quatuor causas debemus conscientiam nostram emundare.

Primò, vt intra cor nostrũ diuinã gratiam recipiamus. Videmus enim ad sensum, quod vnguentum pretiosum requirit vas mundũ, quia nemo infundit balsamum optimum in vas contagiosum. Cor autem nostrum est quoddam vas Diuinæ gratiæ, quia ad hoc est creatum vt Diuina gratia repleatur: vt dicit Augustinus de spiritu & anima, *Vasa quæ, creatrix sapientia format, vt sint, adiutrix replet gratia, ne vacua sint, si strenuum operarium inueneris.* Reuera strenuus operarius est ille, qui totis viribus animæ suæ, studet conscientiam mundare à crimine, vt intra cor suum Diuinam gratiam possit recipere. Si enim in naturalibus natura non sinit esse vacuum: multo minus Deus naturæ, non sinit esse vacuum in spiritualibus. Cum ergo cor, quod habet mundam conscientiam, sit quoddam vas spirituale, euacuatũ à peccati contagione, non dubium quin repleatur splendore Diuinæ gratiæ. Apostolus, *Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum, sed inquinata est eorum mens & conscientia.* Et ideo talibus non datur Diuina gratia, cum sit quædam emanatio sincera Deitatis. Quis enim sapiẽs effunderet pretiosum vnguentum in vas contagiosum? Sic nec Deus suam gratiam in cor immundum. Et bene dicit Bernard. *Balsamum quod est diuina gratia, vas mundissimum requirit,* Quid ergo dulcius, quid iucundius, quàm vt mundam conscientiam habeas, vt cor tuum diuinam gratiam possit

Augu. Tit. 1. Bernar.

recipere digne, cui nihil vtilius in vita hominibus? Et vere nihil vtilius Diuina gratia, quia facit te liberum à peccatis, saltem à mortalibus: facit te gratum Deo, quia reformat imaginem eius in te, & assimilat te Deo. Ipsa etiam facit te participem omnium bonorum in sancta Ecclesia. Facit enim Diuina gratia, vt tuæ virtutes, & bona opera, veraciter possint vocari bona. Ipsa est etiam corona & ornamentum virtutum, & bonorum operum tuorum, quia per eam sunt meritoria vitæ æternæ. Quis ergo nollet libenter mundare conscientiam suam, vt tam excellens donum intra cor suum posset recipere, de quo sibi tam magna bona prouenirent? Sed tamẽ est notandũ, quod ad hoc, quod perfecte posses mundare conscientiam tuam, summè est necessarium tibi, vt habeas illam puram & viuam aquam, hoc est sanguinem qui effluxit de illo dulcifluo fonte, scilicet, Iesu Christo. Hæc aqua est tantæ efficaciȩ, quod nihil contagiosum dimittit in conscientia, quia tollit ab ea maculas omnium peccatorũ, tam mortalium quam venialium, lauat etiam ab ea sordes malarum cogitationum & tentationnm.

Ezech. 36. De ista aqua dicit Dominus per Ezech. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Sed dicis. Quomodo potero hanc aquam obtinere. Certe si vis ipsam habere, necessarium est tibi, vt facias veram pœnitentiam cum cordis contritione, & spiritus deuotione, & sic mereberis hanc benedictam aquam, hoc est sanguinem Christi, obti-

obtinebis qui te abluat à contagione omnis peccati. Sed est notandum, quod hic sanguis, bene dicitur esse aqua, quia passio habet tres effectus similes aquę. Primo enim, aqua ratione suę claritatis, est repręsentatiua intuentiũ: sic in Christi passione & sanguine, possumus videre magnitudinem peccatorum nostrorum. Vnde Bern. *Aspice ô homo quã grauia sunt vulnera, pro quibus necesse fuit Christũ vulnerari, si non essent ad mortẽ & mortẽ sempiternam, numquã pro eorum remedio filius Dei moreretur.* Et ideo etiam dicitur Prouerbiorum 27. *In aqua*, id est in sanguine Christi, *resplendent vultus prospicientium.* Secundo aqua ratione frigiditatis, est refrigeratiua æstuantium. Quis enim esset tam ardens tam inflammatus calore libidinis, vel cuiuscunq; tentationis, qui visa Christi passione & sanguine, non refrigesceret. Vnde Bernardus, *Visa Christi passione, quis ita deliciosus, quin non abstineat.* Prouerb. 25. *Aqua frigida animæ sitienti*, id est, sicut aqua frigida refrigerat ardorem, sic passio Christi & sanguis, peccatum siue ardorem illius. Tertiò aqua, ratione puritatis, est mundificatiua sordium. Sic certe sanguis qui emanauit ab isto purissimo fonte Iesu Christo, emundat nos à peccati contagione: secũdum illud Apostoli, *Lauit nos in sanguine suo.* Sicut enim humores virtute solis eleuantur, & in medio interstitio aëris conuertuntur in aquam, & pluuiam, tũc effunduntur super terram: sic nostra peccata tanquam mali humores, fuerunt eleuata in cruce super humeros Christi, & inde sanguis eius fusus est super nos.

D. Bern.

Prouer. 27.

D. Bern.

Prou. 25.

Apocal. 1.

nos,qui lauit nos ab omni contagione peccati,& mundos fecit.

Secundò debemus mundare conſcientiam noſtram ,vt eo perfectius Deo ſeruiamus. Videmus ad oculum ,quod nobiles, camerarios & ſeruitores volunt habere mundos. Cuius exemplum habemus in Rege Nabuchodonoſor , qui pueros voluit habere mundos ſine macula,qui ſtarent in conſpectu eius & miniſtrarent ei,puta immaculatū Danielē & ſocios eius. Ita certe homo habens conſciētiā inquinatā contagione peccati , Deo perfecte ſeruire nō poteſt,quia eius ſeruitiū Deo non eſt gratum,nec acceptum.Vnde qui vult Deo ſeruire perfectè,ſtudeat habere mundam cōſcientiam,& ſic ſeruitium illius fiet Deo gra-
1.Timot.1 tum & acceptum.Ita faciebat Apoſtolus , & ideo agebat gratias Deo dicens. *Gratias ago Deo, meo , cui ſeruio à progenitoribus , in pura conſcientia.* Quid enim eſt decentius , & rationabilius, quam quod ille Deo ſeruiat in pura & munda,conſcientia quē Deus ad ſui ipſius imaginē formauit,& præ omnibus creaturis magis elegit? Creaturas enim ſuperiores , id eſt,Angelos,ad cuſtodiendū hominē deputauit. Iuxta
Pſal.90. illud Pſal. *Angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* Inferiores creaturas ad ſerui-
Pſal.8. endū homini ordinauit. Iuxta illud Pſal. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius &c.* Solū hominē inter cæteras creaturas ſic nobilitauit & libertauit, vt ei tamquam ſuo creatori & redemptori in pura cōſcientia ſeruiat. Eſt.n. propriū ſerui,ſeruire;ſicut lucis, lucere. Cum ergo homo

sit seruus Dei, quia à Deo est creatus & redemptus, ideo debet habere mundam conscientiam, vt cum interioris cordis deuotione soli Deo possit seruire. Est enim conscientia nihil aliud, quam cognitio sui ipsius. Et ideo sicut lucis proprietas est purificare, calefacere, & colorare, sic proprium est homini qui vult esse seruus Dei, vt seipsum mundum sentiens & cognoscens, purus sit in affectione, & cogitatione, calidus in Diuina dilectione, & cælestis coloris in conuersatione, vt sicut cælum eleuatum est super omnia corruptibilia, separatum extra omnia transitoria, & locus est ipsius Dei: sic homo cælestis cõuersationis, transcendat omne quod corruptibile est, contemnat totũ quod transitoriũ est, & tamen illi intendat seruire, qui in cælis est cui seruire est regnare. Sed dices, Qui hoc facit, reputatur stultus: respõdeo, sancta stultitia est, quę semper hominem eleuat ad illud summũ bonum, in quo sua vltimata consistit perfectio. Etenim homo cui Deus perfecte dulcescit, cũ Deus sit totũ quod desiderabile, & amabile est, parũ reputat quod corruptibile & transitorium est: quia talis postposuit omne quod Deus nõ est: quia Deus illi omnia factus est. Et ideo legitur de beato Francisco quod vna tota nocte nihil aliud orauit quam, *Eia Deus meus & omnia.*

Tertiò debemus mundare conscientiam nostram, vt ad interiorem quietudinem mẽtis pertingamus. Ad sensum experimur, quod si fumus vel aliquis humor putridus, oculos

nostros offendit, oculi nostri nunquam sunt in quiete, nisi ab illis plenè sint mundati. Consimiliter sine munditia & puritate conscientiæ, spiritualem quietem homo habere non potest. Ergo qui hanc quietem vult habere, necesse est vt studeat habere mundam

D. Bernar. & tranquillam conscientiam: quia dicit Bernardus, *Cultura animæ est conscientiæ puritas, suauissima ac saluberrima quies animæ est conscientia munda,*

Psalm. 50. *quieta, & secura.* Ideo petiuit Psalmographus dicens, *Cor mundum crea in me Deus.* Ad hanc quietem vel munditiam conscientiæ habendam tria sunt necessaria. Primo vt homo carnem spiritui subiiciat, quia quãdiu caro impugnat spiritum, tam diu anima spiritualiter quiescere non potest: quia ex hoc, conscientia turbatur, & ipsa turbata, non datur perfecta quies animæ, prout possibile est in hac vita. Sed quando caro perfecte subiicitur spiritui, signum est spiritualis quietis animæ. Secundo requiritur quod pondus peccatorum abiiciat, quia quamdiu grauatur conscientia pondere peccatorum, anima in se quiescere non potest; quia ex hoc sibi ipsi pœnosa efficitur. Et ideo non debet homo solum à se abiicere pondus peccatorum mortalium, verum etiam venialium, quæ quamuis videantur parua, multiplicata tamen maxime grauant. Legitur enim quod *Cyniphes Aegypti adeò minutæ erãt, vt vix viderentur, & tamen vehementißimè afflixerunt Aegyptios.* Sic peccata venialia licet de se sint parua, maxime tamen affligunt conscientiam si multiplicentur. Et quamdiu con-

scien-

scientia hominis affligitur, anima in se quiescere non potest. Vnde Augustinus, *Nolite contẽnere venialia, quia minima sunt, sed timete quia plura.* D. August.
Et idem Augustinus; *Timenda est ruina multitudinis, etsi non magnitudinis.* Idem.
Tertio requiritur, quod omnia transitoria despiciat, vt sunt diuitiæ, delitiæ & honores huius sæculi: quia in his est magna sollicitudo cordis, & ideo conscientia hominis his maxime grauatur. Vnde homo qui vult perfectam quietem mentis in sua conscientia possidere, prout est possibile in ista vita, debet ista omnia cõtẽnere. Vnde debet totaliter esse mortuus mundo. Sicut enim mortuus naturaliter nihil habet consolabile vel tristabile in mundo; sic homo spiritualiter mortuus mundo, nihil debet habere consolabile, in mundo hoc; quia mundus debet illi crux esse, nec aliquid tristabile, quia ab omni tristitia & sollicitudine huius mundi debet liber esse, & sic poterit quietudinẽ spiritualẽ obtinere. Est tamẽ notandũ, quamuis homo ista tria prædicta perfectè perficiat & teneat, prout est possibile in ista vita, perfectè tamen quiescere non potest, donec redeat ad illud æternum bonum, ad quod factus est, vbi est animæ vera & perfecta quies. Vnde Augustinus. *Fecisti nos Domine ad te, inquietum est cor nostrum, donec redeat ad te.* D. August.
Quia sicut cera impressa clarissimo sigillo, nunquam quiescit in aliquo alio sigillo, etiam si, in omnibus aliis sigillis aptetur, nisi primo imprimatur, non quiescit: sic anima in sua conscientia, nec in aliqua alia re perfecte quiescere potest, nisi
ad

ad Deum reuertatur, ad cuius similitudinem & imaginem est creata. Vnde *columba*, id est, anima *missa à* vero *Noe*, hoc est à Christo, volet vbi velit, *non inuenit vbi quiescere possit pes eius*, hoc est affectus eius, *donec ad Noe*, hoc est ad Christum *reuertatur*, Nam *Noe* interpretatur requies & significat Christum, in quo est vera requies animæ, & non alibi.

Quarto debemus mundare conscientiam nostram, vt ipsam post hanc vitam offeramus Deo sine macula. Videmus ad sensum, quod si quis offerret alicui nobili aliquod donum putridũ & coinquinatũ, talis vtique refutaretur. Sed qui vult offerre donum acceptabile, debet accipere donum mundissimum & pretiosum. Ita à simili: qui vult benigne recipi à suo creatore, debet summe studere in ista vita, ad hoc vt habeat mundam & puram conscientiam, quia in hoc consistit tota vis nostræ spei & salutis, quod anima nostra separatur ab hoc corruptibili corpore, vt secum deferat mundam conscientiam, quia talis benigne recipitur. Nam nihil est Deo acceptius in animá, quam vt offerat sibi conscientiam suam mundam & puram, & non inquinatam à contagione peccati. Et ideo dicit

2. Cor. 7. Apostolus 2. Cor. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*, Vnde nota, quod nihil in vniuerso tantum potest inquinare etiam quamcunque rem, sicut peccatum animam & eius conscientiam. Et vnumquodque peccatum quod homo cõmittit in ista vita, quod non delet perfecta pœnitentia, relinquit in ani-

anima & in eius conscientia circatricẽ maculosam& corruptã,quia sicut vermis qui mordet pomum & egreditur,relinquit post se deforme stigma: sic quodlibet peccatum,licet actus eius & delectatio transeant, relinquit in conscientia stigma adeo deforme, vt Christus qui est fons bonitatis & dulcedinis, taliter signatos à se abiiciat: ita quod etiam abscondat faciem suam plenam gratiarum & gaudiorum, ne videant aspectum Diuinitatis suæ,& tanto furore excitabitur contra ipsos, quod ianuam regni sui claudet coram eis, ne vmquam intrent in requiem sempiternam: secundum illud Psalmographi, *Quibus iuraui in ira mea.* Psal.94. Sed etiam ipsi Angeli exibunt cælo empyreo cum Christo ad iudicium, & separabunt malos huiusmodi stigmatibus peccatorum signatos,de medio iustorum,quia virtute Diuina fiet, quia omnia nuda & aperta erunt, & quod omnia peccata perpetrata in eorum conscientia apparebunt. Et tunc mittent eos in caminũ ignis ardentis, iuxta verbũ Saluatoris. Vnde Isidorus:*Quisque conscientiam qualem tulerit, talem iudicem habebit.* Isidor. Insuper omnes Sancti & iusti videbunt eos & eorum turpitudinem, & deridebunt eos dicentes. Ecce inimici Dei,qui portauerunt imaginem Dei, peccatum dilexerunt super bonitatem. Propterea Domine destrue eos,& euelle eos de terra viuentium:immò totus orbis pugnabit contra eos,cæli reuelabunt peccata eorũ, & terra & omnia aduersus eos consurgent,

propter deformitatem talium stigmatum, & proiicient eos à se, quia Deus spreuit eos, nec heu quidquam vltra poterunt dicere quando
Psalm. 59. descendent in profundum abyssi: iuxta illud Psalmi, *Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es & misertus es nobis*, &c. Rogemus.

Dominica Palmarum.

SERMO XXIII.

Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, &c. Philip. 2. Videmus ad oculum quod facta
Philip. 2 & probitates aliquorum, triplici de causa solent recitari. Primò vt ipsi valeant commendari. Secundo vt alij ad similia valeant animari. Tertio vt alij ad compassionem valeant prouocari. In hunc modum mater nostra Ecclesia & Paulus in epistola reducit nobis ad memoriam, illud maximum factum, & illam probitatem, quam fecit filius Dei Iesus Christus, vt cor nostrum ad compassionem moueatur, & vt homo ad similia animetur, ac etiam ipse Dei filius commendetur dicens, *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod quatuor sunt quæ spiritualiter sentire debemus.

Primo dolorem peccati cum contritione, ne in anima moriamur. Videmus eum ad oculum

lum, quod in infirmis corporaliter, pessimum signum est & quidem mortis, si non sentiunt dolorem suę infirmitatis. Ita spiritualiter pessimum signum est, & signum spiritualis mortis ipsius animæ, & æternę damnationis, quādo peccator non sentit dolorem suę spiritualis infirmitatis per contritionem. Vnde dicit Ambros. *Bona mentis est sentire vulnus peccati.* Nam inter omnia signa quæ homo perpendere potest, an debeat damnari vel saluari: credo quod certius & verius signum sit, si homo nō habeat contritionem de peccatis suis, & non dolet de hoc quod non habet contritionem. Sed si non habet contritionem, tamen de hoc multum dolet, quod non habet contritionē; signum est quod nunquam sine contritione morietur. Vnde quando homo est grauatus infirmitate peccati mortalis, statim debet sentire dolorem istius infirmitatis, & habere de hoc contritionem, & si non habet de hoc contritionem, debet de hoc multum dolere, & orare Deum, vt det sibi contritionem, ne æterna morte moriatur. Quia vbi est ęternitas in culpa, semper est æternitas in pœna, quia peccatum mortale tunc committitur, quando homo in delectatione peccati sic afficitur, vt delectationi semper velit adhærere libenter, & Deo semper carere pro eo, vt ea posset perfrui. Vnde nota, quod sicut sex conditiones exiguntur ad mortem corporalem, sic sex ad mortem spiritualem. Qui enim moritur corporaliter: primò distemperatur, secundo infirmatur,

D. Ambr.

tur, tertiò moritur, quartò exportatur, quinto sepelitur, sexto durissimo lapide clauditur. Sic spiritualiter homo distemperatur in cogitatione. Secundo infirmatur in delectatione, sed adhuc peccatum mortale non est consummatum, tertio in consensu moritur, quarto exportatur in operatione, quinto sepelitur in consuetudine, sextò durissimo lapide clauditur in obduratione, & tunc mors spiritualis est consummata. Sed forte posses quærere, Potest ne adhuc talis reuiuiscere? Respondeo quod sic, quia adhuc remanet liberũ arbitrium, & etiam diuina misericordia quæ est infinita. Ergo potest Deus tali cõferre motũ, in detestationẽ criminis per cõtritionẽ. Vnde quamdiu existens in peccato mortali durat in hac vita, sperandũ est de eius conuersione & emenda, quamuis sit mortuus quantum ad diuinam iustitiam, tamen adhuc
Philip. 1. potest reuiuiscere, quantũ ad Dei misericordiam. Et hoc innuit Apostolus, Philip. 1. cum dicit, *Iustum est enim hoc sentire.*

Secundò debemus sentire Christi passionẽ, vt ei compatiamur. Videmus enim ad oculũ, quod tanta est colligatio in corpore naturali, inter caput & membra, quod quando caput infirmatur cætera membra dolent, nisi sint paralytica, vel abscissa, vel mortua. Sic etiã esse debet in corpore sanctæ ecclesiæ, cuius caput est Christus & nos membra. Cum igitur Christus caput nostrum, omnem dolorem suum sustinuerit pro nobis, ideo nos si sumus membra sua, debemus compati dolori suo.

Et

Et ad hoc nos maxime debet mouere ardentissimus amor Christi. Tota enim passio Christi prouenit ex amore. Neque enim claui manus illius & pedes perforassent, neque lancea latus eius aperuisset, quin resilijsset, nisi ingens amor quem ad nos habuit fecisset. Quod bene patuit in sole, qui retraxit radios suos, vt ostenderet quod mortē filij Dei sustinere nō potuit. Et ideo hortatur nos Apostolus Philip. 2. vt eundē amorē quem ad nos habuit, ad ipsum habeamus, & illi compatiamur, dicens, *Eandem caritatem habentes, idipsum sentientes.* Verissimum enim signum est, quod illi qui dolori eius non compatiuntur, sunt tanquam mēbra mortua, & separata à Christo. Quis enim esset tam duri cordis, qui haberet dilectissimū amicum, qui pro eius amore grauissime esset vulneratus in bello, & non sentiret eius dolorē sibi compatiendo? Cum igitur Christus grauissimè pro nobis sit vulneratus, propter salutem nostram, ideo certè claui & lancea qui perforauerūt corpus eius, deberent nos perforare vsque ad cor. O homo, considera indicibilem amorem filij Dei. Dicunt quidam, quod si homo non peccasset, quod filius Dei incarnatus non fuisset. Et posito quod incarnatus fuisset, non tamen secundū omnes, corpus passibile assumpsisset. Et ideo tale corpus assumpsit, vt pro te pati posset. Vnde pro te passus fuit in omnibus membris suis. Passus enim fuit in capite, quādo coronatus est corona spinea, ita vt spinæ istæ etiam perforauerint caput eius vsque ad

Philip. 2.

testam. Passus est etiam pro te in oculis, per effusionem lachrymarũ, ex consideratione damnationis multorum, quia licet passio illius sufficiens fuisset pro mille mundis saluandis: tamen prouidit secundum diuinitatem suam, quod multi essent damnandi propter suam malitiam. Passus est etiam in sensu auditus, audiuit enim multitudinem opprobriorum. Dicebant enim illi pessimi Iudæi, *Dæmonium habet, & in principe dæmoniorum eicit Dæmonia.* Et in cruce pendens, à latrone fuit blasphematus: quando dicebat ille iuxta eum pendens, *Si*
Luc. 23. *filius Dei es, saluum fac te & nos. Et prætereuntes ipsum blasphemabant.* Passus est etiã in sensu olfactus: Sentiebat enim fœditatẽ Iudæorum spuentiũ in faciẽ suã vnde ex sanguine qui fluebat de benedicto capite eius & sputis eorum, apparebat gratissima illius facies, in quam desiderant Angeli prospicere, vt leprosa, quia erat denigrata ex colaphis, & sanguinolenta ex sanguine, & liuida ex sputis, & talis est color leprosinus. Ideo de ipso Prophetauerat Isa. di-
Isa. 53 cens: *Reputauimus eum quasi leprosum & non habentem speciem.* Passus est etiam in sensu gustus, quia quando pendebat in cruce, & dicebat, *Sitio, Dederũt illi*, pessimi Iudæi, *illi bibere vinum cũ felle mixtum*, vt eo citius moreretur. Passus est etiam in manibus & pedibus, per clauorum asperitatem quibus perfossi erant. Passus est etiam in toto corpore suo, quia adeo acriter flagellatus erat, vt sanguis erumperet, vt etiam costę eius numerari potuissent. Vnde dicit Psaltes, *Supra*
Psal. 128. *dorsum meum fabricauerunt peccatores*: sicut faber
su-

super incudem. Vnde nota quod clauis paradisi, per peccatum primorum parentum erat perdita, & porta paradisi erat clausa. Ideo necesse erat aliam clauem fabricari super humerum filij Dei, secundum illud Esaiæ, *Dabo clauem Dauid super humerum eius.* Sed, vt verius dicam, clauis paradisi non inueniebatur, & ideo necesse erat, vt ostium paradisi frangeretur, sed illud ostium est Christus, sicut de seipso attestatur dicens, *Ego sum ostium*, scilicet paradisi, & illud tunc fractum fuit, quando *vnus militum lancea latus eius aperuit*, sic vt etiam tangeret cor. Qui ergo profunde cogitaret ista, deberet ponere dolorem Christi in corde suo, & statim haberet compassionem. Vnde Ecclesiastici. 29. *Grauia sunt hæc homini habenti sensum.* Vnde quicunque diligit perfectè Christum, consideret huiusmodi vulnera Christi, & ponat ea in corde suo, & sentiat ea tamquam sua: iuxta illud Philip. 3. *Quicumque perfecti sumus*, (scilicet in amore Christi) *hoc sentiamus:* scilicet, quod Christus est pro nobis passus.

Esaiæ 22.
Ioan. 10
Ioan. 19
Eccli. 29
Philip. 3

Tertiò debemus sentire æternæ vitæ delectationem, vt ad ipsam afficiamur. Experimur ad sensum, quod quando ab esuriente & sitiente modicum dulcedinis gustatur, sicut lactis vel mellis, mox ille afficitur, vt abundantiori dulcedine satietur. Sic reuera æternæ vitæ dulcedinem gustamus & sentimus, quando de illa sẽper in deuotione nostra cogitamus, quia dicit Sapiens, *Cogitare de illa* (scilicet æterna vita) *sensus est consummatus.* Sed tunc afficimur

Sap. 6

ad eam, quando eius gaudia contemplamur, quæ adeo magna sunt, quod omne gaudiũ & omnes delitię, quas vnquam homo excogitare posset in vita pręsenti, essent quasi gutta, immo quasi miseria, ad illud magnum mare cælestium gaudiorum, quę sunt in æterna vita. Ibi enim est Deus cæli, ita plenus omni gratia, quod quilibet ipsum aspiciens in eius aspectu nobilitatur, ibi est societas sancta, & concors vnius voluntatis & gaudij. Ibi corpus nostrum erit immortale, & impassibile & ita agile, quod subito & in momento vel modico tempore erit vbi velit. Ibi anima nostra vestietur Deitate; ibi nullus erit defectus, ibi erit omne desiderabile, & sine fine homo semper eodem modo permanebit. Sed diceres, Erit ne ibi commestio & bibitio? Respondeo, quod non, quia *non esurient neque sitient amplius*. Quale ergo erit ibi gaudium? Ecce Deus te in æternitate claudet, Deitate sua te circũfluet, & omnem suam Deificam dulcedinem tibi influet. Quid amplius posses gaudij habere? O si semel sentiremus vnã guttã istorũ gaudiorũ, tantum ad ea afficeremur, vt omnia mundi gaudia quasi nihil contemneremus.

Anselmus. Vnde dicit Anselm. *Qui vnam guttam dulcedinis tuæ sentiret Domine, pro nihilo haberet omnia mundi gaudia & bona, & etiam carnis, ac ea contemneret, & millesies se morti traderet, vt ad tuam plenam dulcedinem perueniret.* Sed hanc dulcedinem non sentiunt homines secundum carnem viuentes. Vnde

Rom. 8. dicit Apostolus ad Romanos, *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui vero secundum*

Spiritum

ſpiritum ſunt, quæ ſpiritus ſunt ſentiunt. Hi enim abſtracti ſunt ab iſtis terrenis, quia eorum conuerſatio eſt in cælis circa contemplationem æternorum gaudiorum. Ideo hanc dulcedinẽ ſolum modo boni ſentiunt. Vnde legitur de onagro, quod eſt animal valde ſilueſtre, & valde indomitum, quod in Aprili aperit os ſuum ad Auſtrum vel Zephyrum, eo quòd illi venti ſint ſuauiores, quia illis temporibus arbores incipiunt pullulare, & odorem reddunt ſuauiſſimum, in quibus dulciter delectatur. Sic homines abſtracti ab iſtis terrenis, debent aperire os ſuum, & interiores oculos animæ, vt recipiant dulcedinem æternæ vitæ, vt ea perfui poſſint, prout poſſibile eſt in iſta vita. Vnde dicit Baſilius in Hexameron, *Angeli diuina dulcedine & beatitudine fruuntur, fruamur & nos interim in noſtra peregrinatione, pro noſtra poſſibilitate.* D. Baſilius

Quarto debemus ſentire virtuoſam Chriſti conuerſationẽ, vt eum ſequendo ad ipſum attrahamur. Videmus enim ad oculum, quod illi qui in odoris fragrantia delectantur, libenter vadunt vbi flores odoriferi, aut vbi odorifera ex eis confecta inueniuntur. Vnde & apes odore florum trahuntur, ad mel conficiendum. Sed certe tota Chriſti conuerſatio, erat omnium virtutum floribus perfectiſſimè ornata, à quibus tam dulciſſimus odor emanauit, vt recte de eo dicere potuerit cæleſtis eius pater, illud quod Iſaac dixit de filio ſuo Iacob, *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Hunc ergo odorem Chriſti debe- Gen. 27

mus sentire, vt ipsum in omni virtutũ exercitio sequamur. Vnde hortatur nos Sapiens Sap. 1. *Sentite de Domino in bonitate.* Quantus enim odor in Christo fuerit, eius sanctissima conuersatio, quæ erat omnium virtutum perfectione plena, ostendit. In Christo enim fuit lilium puritatis, quia sicut lilium sui candoris venustate excellit aliorũ florum candorem, sic Christus excellit sua sanctissimá puritate, puritatem omnium Angelorum & Sanctorũ. De ipso enim scribit Sapiens, quod sit *candor lucis æternæ & speculum sine macula.* Et quia excellebat omnes in puritate, ideo etiam excellebat eos in sanctitate; quia quanto aliquid est purius, tanto diuinius vel sanctius, quia perfecta puritas est perfecta sanctitas. Et ideo etiam Christus vocatur sanctus sanctorum. In ipso etiam fuit viola humilitatis, quia sicut viola inter flores odoriferos, plus caput suum ad terram deprimit: sic Christus inter omnes sanctos, magis depressus fuit humilitate. Ipse enim est fons & origo humilitatis. Vnde ipsá, tanquam perfectionis magister, verbo & exẽplo Discipulos suos docuit; dicẽs. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Sed quia summũ gradũ humilitatis tenuit, ideo eũ in humilitate imitari possumus imperfectè, & nõ in toto, quia dicit Hier. *Quantumcũque te deieceris, Christo humilior non eris.* In ipso etiam fuit rosa charitatis, quia sicut rosa excellit ruborem omnium florum; sic Christi charitas excellit charitatem Angelorum & sanctorum, sicut de seipso dicit, *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat*

Marginalia: Sap. 1. — Sap. 7. — Matth. 11 — D. Hieron — Ioan. 15.

ponat quis pro amicis suis. Tanta enim fuit in eo charitas, vt de eo dicat Greg. *Si Christus Mariæ filius tot membra habuisset, quot sunt stellæ in firmamento, & quodlibet membrum, proprium corpus habuisset, omnia in mortē tradidisset, antequam vnam animam in faucibus Diaboli illiberatam reliquisset*. Vnde de Christo possit dicere quælibet fidelis anima, *Dilectus meus candidus & rubicundus*; *Candidus* quidem, perfectissima puritate, *rubicūdus* perfectissima charitate, quæ ipsum totaliter rubicundum fecit, in sua passione & sanguinis effusione. In ipso etiam fuit solsequium obedientiæ, quia sicut solsequium declinat caput suū versus solem, & ipsius cursum sequitur: sic Christus semper declinauit caput suum cęlesti Patri, faciendo semper eius voluntatē, & ei obediendo, quia factus est obediens vsque ad mortem. In ipso etiā fuit flos campi, perfectæ patiētię. Quia sicut flos cāpi, crescit incāpis apertissimis, & pedibus omniū se præbet calcabilē: sic Christus præbuit se inimicis suis, vt ipsū flagellarēt & crucifigerent. Vnde de eius patiētia dicit Propheta. *Tamquā ouis ad occisionem ductus est & non aperuit os suum*. Ipse est speculum patientiæ, vt dicit Bernardus, *Vtrumque es mihi bone Iesu, scilicet, speculum patiendi, & præmium patientiæ*. Et ideo dicit in Canti. *Ego flos campi*. Et quia sanctissima Christi vita & conuersatio erat perfectissimè plena omnium virtutum floribus; ideo odorem suæ perfectissimę vitæ debemus sentire, & eius virtutes inquantum possumus imitari. Si enim naturales flores sic attrahunt appetitum sensuum, vt homo eorum dulcem odo-

D. Grego.
Cant. 5.
Esa. 53
D. Bern.
Cant. 2

odorem vbiq. sequatur: quantomagis flores virtutum, qui in Christo fuerunt debent attrahere rationalem appetitum animę nostrę, vt ipsorum odorem, excedentem omnia aromata, per bonam operationem delectabiliter sequamur? Felix qui virtuosam conuersationem Christi sic sentit, vt dicere possit. *Vestigia eius secutus est pes meus*, id est affectus. Vestigia Christi, sunt virtutes eius, quas tamquã suaues odores, post se reliquit, quos tunc sequitur noster affectus, quando benè operari non cessamus. Sed quia ipsum perfectè sequi non possumus, ideo quilibet homo deuotus, debet ab ipso auxilium petere, & dicere illud Cantic. *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum*: idest, virtutum, quæ etiam bene dicuntur vnguenta, quia contra omnium vitiorum vulnera nobilissima sunt medicamenta, &c.

Iob 23.

Cant. 1.

In cæna Domini.

SERMO XXIV.

Hier. 4. Laua à malitia cor tuum, Ieremiæ 4. Ad sensũ videmus, quando aliquis medicus videt aliquem amicum suum in graui infirmitate esse, solet ipsum, ad procurandam salutem corporis instigare, ne forte propter defectum, incidat in grauiorem languorem vel mortẽ. In hunc modum Propheta Ieremias, videns quod infirmitas peccati est grauior & periculosior, quam alia infirmitas, & nisi apponatur remedium, vt curetur, peccator incidet in lãguorem perpetuũ, & mortẽ æternã. Ideo tãquam

quã suos amicos, monet quẽlibet fidelẽ, vt remediũ quærat, dicens: *Laua à malitia cor tuũ.* Circa quod verbum pro nostra doctrina est sciendum, quod illud quod est omnino mundum & immaculatum, nulli immundo potest vniri, quin aliquid de sua perdat munditia, vt patet de niue, lacte, & de similibus. Vnde & albius dicitur, quod est impermixtius nigro. Hinc etiam est, quod cælum, quia est purissimũ, non recipiat peregrinas impressiones. Et quia gloria cælestis est sancta & immaculata, ideo nihil coinquinatum intrabit in illam. Ita ad propositum, quia Christus est speculum sine macula, nulli maculato vult vniri, & ideo qui Christo, per ipsius benedicti corporis sumptionem in Sacramento, spiritualiter vult vniri, ab omni macula peccati debet lauari. In cuius etiam exemplo Christus pedes discipulorum lauit, quando ipsis suum sacratissimum corpus hodie in Sacramento dedit. Vbi est aduertendum circa verbum præmissum, quod vt Christo digne vniamur per sacram communionem sui corporis & sanguinis, quod à quatuor maculis vel malitijs debet cor nostrum lauari, scilicet, à macula prauæ operationis, inordinatę affectionis, malę cogitationis, & peruersę intentionis.

Primo ergo debet cor nostrum lauari à macula prauę operationis, quia dicitur Ecclesiastici 33. *In omnibus operibus tuis excellens esto, & ne dederis maculam in gloria tua.* Sed certe dicas: *Lauabo inter innocentes manus meas.* id est opera mea, ne macula in eis inueniatur, & sic non sit ma- Eccli. 33 Psal. 25
cula

cula in gloria tua, id est, conscientia, quia dicit Apostolus, *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*, scilicet vt mundam & immaculatam conscientiam habeamus, quia nihil in vniuerso adeo maculat conscientiam animæ, sicut peccatum. Quodlibet enim peccatum, quod homo facit in hac vita, post se relinquit spiritualem maculam in conscientia, licet actus peccati transeat: sicut vermis qui mordet pomum, & egreditur, relinquit post se deforme stigma. Nota tamen quod aliam maculā relinquit peccatum mortale, & aliam veniale. Peccatum mortale relinquit in anima & eius conscientia, maculam nigram & tenebrosam: sed veniale obscuram quodammodo. Exemplum habemus in imagine depicta in pariete, quæ in tantum aliquando denigratur, vt omnino videri non possit: aliquando obscuratur, vt videri possit, non tamen discerni. Et propter istam differentiam dicit Gregor. *Quod veniale obscurat, mortale obtenebrat*. Et licet ista macula venialis peccati animam à Deo non separat sicut mortalis, tamen ipsam à cælesti gloria retardat. Sed si in ista vita non deletur, & emendatur, tunc oportet vt purgetur aliquando in purgatorio, quia oportet quemlibet ita mundū esse, antequam videat diuinam faciem, sicut fuit in illa innocentia, quando extractus fuit à Baptismo. Et propter hoc debet homo à macula peccati venialis mundari in ista vita, per cōtritionem, confessionem, & satisfactionem: & etiam propter hoc, quia veniale interdum dis-

2. Cor. 1.

D. Greg.

disponit ad mortale. Vnde dicit Gregor. *Vitasti grandia, vide ne obruaris ab arena.* Et hoc propter hoc dicit, quia multoties de minimis peccatis venitur ad magna, sicut de modica scintilla, nascitur quãdoq. ingẽs ignis. Et etiã propter hoc, quia veniale posset fieri mortale, propter nimiã cõplacentiã, vt dicit Augu. *Nullũ peccatũ adeo veniale est, quod non fiat mortale, dummodo placeat*, Sed posses dicere, quomodo potero vitare venialia, *quia sine his non deducitur præsens vita*, vt dicit Gregorius. Respondeo, quamuis non posses vitare omnino venialia, potes tamen aliqualiter vitare, & cor tuum ab iis mundare. Exemplum videmus de nauta, qui potest singulas rimas nauis obstruere ne aqua intret, non potest tamen omnes similiter obstruere ne aqua vsquam intret. Sic homo deuotus ex nimia charitate potest facere, quod peccatũ veniale non duret, non tamen potest facere quod sibi non adueniat, nisi forte hoc fiat ex speciali gratia Dei. Exemplum habemus in igne, qui non facit ne guttá sibi infundatur, facit tamen vt infusa citius extinguatur. Sic ignis feruentissimę charitatis, statim inflammat hominem, vt de veniali pæniteat & doleat, vt dicit August. *Ignis charitatis innouat & perficit, quia peccata deformantia, tam maiora quam minora liquescendo cõsumit.* Et nota, quod ille qui mundat se à venialibus, primo fugit conscientiæ tormenta, secundo auget vitæ æternæ præmia, tertio fugit temporis damna.

Idem. D. August. Greg. D. August.

Secundò debet homo cor suum, vel animã lauare à maculis omnis immundæ, & inordinatæ

natæ affectionis, id est, ab immundo & inordinato amore, dolore, spe, & gaudio. Et ideo

Psalte. dicebat Psaltes, *Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.* Et bene possunt prædicta quatuor vocari affectiones, quia affectio, naturaliter inclinat & mouet animam ad illud quod amat, vel propter quod dolet, vel ad illud de quo sperat, vel de quo gaudet. Et istæ affectiones tunc sunt immundę & inordinatę, quando anima illud amat quod nō est amandum, vel de illo dolet de quo non est dolendū, vel sperat de eo quod nō est sperādum, vel gaudet de quo non est gaudendum: tunc vero sunt ordinatę, quando econuerso fit. Et ideo valde debet homo videre, vt istas affectiones in se bene ordinet, ne anima his

D. August. maculetur; quia dicit Augustinus, de spiritu & anima, *quod sint quasi quædā cōmunis materia om-*

D. Bern. *niū vitiorum & virtutū.* Et bene dicit Bernard. in quibusdam sententiis, quod *affectiones animæ purgatæ & bene ordinatæ, gloriosam in virtutum corona reddunt animam*, inordinatè per confusionem deiectam, & ignominiosam. Et ideo notandum, quod istæ affectiones animæ tunc sunt benè ordinatæ, quando anima rectè his inclinatur & mouetur, ad quæ merito debet inclinari & moueri, Hoc patet primo de affectione quæ dicitur amor, quę tunc est bona & ordinata, quando inclinat & mouet animam ad diligendum summum bonum quod ipse Deus est, qui est super omnia bona diligendus. Et iste amor est initium omnis perfectionis & virtutis: sed ista affectio animæ

tunc

tunc est malè ordinata, quando inclinat & mouet ad amorem huius mundi, sic vt ipsa præponat amorem creaturæ, amori sui creatoris, & iste amor est origo omnis vitij & vanitatis. Vnde dicit Bernardus, *Sicut diligere Deum est initium omnis perfectionis, sic diligere mundum est fons & origo omnis vitij, & vanitatis.* Et ideo prohibet Ioannes dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Isto amore multum maculatur anima. Vnde legitur de Salomone, quod hunc amorem habuit, *quia posuit maculam in gloria sua.* Et ideò amor est ordinandus in Deum, vt non polluatur anima nostra isto amore. Et ideo dicit Bernardus, *Domine si vmquam extra te extendero pedem meum, amor meus pollutus erit.* Secundo patet de illa affectione quæ dicitur dolor, quæ tunc est bene ordinata, quando inclinat & mouet animam ad hoc, quod doleat propter hoc, quod creatorem suum offendit peccatis suis, & se multis bonis priuauit, scilicet bonis gratiæ, virtutum & gloriæ. Sed ista affectio animæ est tunc male ordinata, quando inclinat & mouet animam, quod magis dolet quod offendit hominem, quam Deum, & magis dolet de infirmitate corporis quam animæ, cum tamen peius operetur peccatum in spiritu, quã naturalis infirmitas in corpore. Et quando magis dolet de amissione rerũ temporalium, quam de amissione rerum spiritualium. Iste dolor debet renouari, id est bene & debitè ordinari, quia multum maculat animã, nam facit eam senescere in peccatis. Sic propheta faciebat quãdo dicebat, *dolor meus*

Idem

1. Ioan. 2.

Eccl. 51.

D. Bern.

renouatus est. Ista renouatio reuocat animam à peccati macula, & facit eam iuuenescere in gratia, ita quod tamquam *aquilæ renouatur iuuentus eius.* Tertio patet de illa affectione animæ, quę dicitur spes, quæ omnino est bene ordinata, quando inclinat & mouet animam, quod totam spem suam constituat in illis bonis, quæ incorruptibilia sunt & æterna, quæ ipse Deus est & summum bonum, quod promisit diligentibus se & sperantibus in se. Sed ista affectio animæ tunc est male ordinata, quando mouet animã, vt spem suã constituat in istis corruptibilibus & tẽporalibus bonis; & hac inordinata spe multum maculatur anima. Vnde bene dicitur Ecclesiast. 31. *Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in thesauris pecunia.* Et ideo docet nos Beatus Augustinus, *Non in his quæ fluxa & variabilia sunt spem nostram constituamus, sed in his quæ perpetua sunt & diuturna.* Quarto patet de illa affectione animæ quæ dicitur gaudium, quę tũc est bene ordinata, quando inclinat & mouet animam, ad spirituale gaudium, ita quod de nulla re gaudeat, sed tantum de illis quę sunt honesta & Diuina. Vnde docet nos Augustinus in libro confessionum, dicens: *Gaudeamus de bonis Domini, de conscientia pura, de confessione beata, de pœnitentia digna, de luctu & tristitia vera quæ salutem operantur æternam.* Sed tunc est male ordinata ista affectio, quando mouet & inclinat animam ad gaudium mundiale, vt gaudeat cum amatoribus huius mundi, de quibus dicitur Prouerbior. 2. *Lætantur cùm malefecerint, & exultant*

Eccl. 31.
D. August.
Idem
Prouerb. 2.

altant in rebus pessimis. Sic inordinato gaudio homo adeo abominabilis efficitur Deo, vt in nouissimo die, de æterno gaudio proiiciatur. Vnde dicitur Ecclesiastici 19. *Qui gaudet in iniquitate, deuorabitur:* id est de libro viuentium delebitur. Iuxta illud, *deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur,* quia horribiliter punientur ex eo. Nam dicit Augustinus, *Inepta sæculi lætitia, est impunita nequitia.* Eccl. 19. Psal. 68. D. Aug.

Tertio debet homo animam seu cor suum lauare à macula malæ cogitationis. Sed est notandum, quod triplices sunt cogitationes. Primæ sunt quę se cordi violenter ingerunt, absque vlla delectatione & consensu, sed totaliter contra voluntatem, vt quando veniũt homini abominabiles & turpes cogitationes de Deo, de Sanctis & Sacramento altaris. Istæ cogitationes cor nequaquam maculant, sicut dicit Gregorius, *Cogitatio quantuncunque sit immũda, mentem non polluit, dum ratio non consentit.* Secundę cogitationes sunt, quę fiunt cum aliqua delectatione, non morosa vel consensu, sicut aliquando accidit, quod homo cogitat cũ delectatione de mundi vanitate, & carnis voluptate, de delectatione peccati, antequã aduertat quid cogitet, quia sicut aliquando homo recogitat peccata sua cum dolore magno, priusquam aduertat, immiscet se aliqua delectatio, cui tamen non consentit: hæc non multum cor maculat, quia huiusmodi cogitationes etiam adueniunt valdè bonæ conscientiæ viris. Ideo dicit Bernardus, *Bona conscientia est quæ præterita peccata punit, & punienda non com-* D. Greg. D. Bern.

mittit, quæ si peccatum sensit, peccato tamen non consentit, quam si cogitatio maculat, ratio tamen lauat. Tertiæ cogitationes sunt, quę fiunt cum delectatione, vt quando homo delectabiliter cogitat de peccato, & in ista delectatione trahitur ad consensum, ita vt si locū & oportunitatē haberet, ipse procederet ad actum. Et istę cogitationes totaliter cor maculant, & ideo ab his debet se homo mundare. Vnde Esa. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum*: non dicit cogitationes quę non possunt vitari, sed illas quę cor maculant, de quibus etiam dicit Gregorius: *Cogitationes malignæ coinquinant hominē.* Sed est sciendū quod cogitationes malę quatuor modis aduenient. Primo propter cordis vanitatem, quod tantæ capacitatis est, vt nihil possit ipsum perfectè replere, nisi solus Deus: quia Deus in natura nihil vacuum relinquit, & quamdiu cor non est repletum à Deo, discurrit per diuersas cogitationes, & quiescere non potest. Et ideo dicit Iob: *Cogitationes variæ succedunt mihi* Secundo adueniunt per immissiones malorum spirituū, iuxta illud, *Immissiones per angelos malos.* Totus iste aër est plenus malis spiritibus, qui nobis quotidie insidiātur, & sunt valde astuti, quia sciūt ad quid vnusquisq. pronus est, & in illo ipsū præcipitare studēt. Tertio ex nimio otio. Cor enim hominis otiosū esse non potest, & ideo freqūēter cogitat. Quarto ex mala sensuū & oris custodia, quia de hisquę libēter videmus, audimus & loquimur, libēter cogitamus. Cōtra istos quatuor modos sunt quatuor remedia,

Esa. 1.
D. Greg.
Iob. 20.
Psal. 77.

dia, per quæ poteſt homo cor ſuũ à malis cogitationibus mũdare. Primũ eſt occupatio ſancta; vt homo ſemper occupet ſe bonis operibus. Ideo dicit Hieron. *Semper aliquid boni facito, ne te Diabolus inueniat otioſum*, Et Auguſt. *Indecens eſt Chriſtiano, ſi radius ſolaris inueniat eum in lecto*. Poſſit enim dicere ſol ſi poſſet loqui, Amplius laboraui quam tu, cum ego iam ſurrexerim & tu dormias. Et ideo debet ſemper homo cor ſuum occupare, vel bonis cogitationibus vel operibus. Otium enim eſt, cauſa multorum vitiorum, quià dicit Auguſtinus, de ciuitate Dei, quod *otioſitas ſine Dei timore in gratia, nequitia eſt*. Secundum eſt reuelatio Secretorum cordis. Vnde dixit quidam ſenex cuidam iuueni, qui impugnatus fuit à ſpiritu fornicationis: *Fili ne abſcondas cogitationes tuas. Ita enim confuſus immundus ſpiritus recedet à te.* Nihil in tantum confundit & elidit virtutem Dæmonum, quomodo ſi quis ſecreta cogitationum immundarũ reuelauerit ſanctis patribus. Secundum eſt mortificatio continua, quia nihil adeo vtile eſt ad deſtructionem malarum cogitationũ, quam vt in ipſo initio quando incipiunt creſcere, interficiantur, vt dicit Hieronym. *Beatus qui ſtatim vt ceperint, interficit cogitatus.* Quartũ remedium eſt humiliatio profunda: legitur enim quod Beatus Antonius ſemel vidit omnes laqueos inimici extentos ſuper terram, & cum ſuſpiraret & diceret: *O Deus quis hos euadere poterit*; tunc quædam vox ſibi reſpondit & dixit, *Hoc poterit ſancta humilitas, Antoni.*

D. Hiero. D. Auguſt. Idem. D. Hieron.

Quarto debet homo animã vel cor ſuũ la-

uare à macula peruersæ intentionis. Hęc peruersa intẽtio est illa, quę nõ est simplex, & recta. Et hæc peruersa intẽtio, adeò maculat cor hominis, vt omnia opera quæ homo facit in tali intentione, displiceãt Deo, quia sunt im-

D. August. mũda, quãuis tamẽ videantur hominibus recta & bona. Et ideo dicit Aug. *Nouerimus tunc opera nostra munda, & plena in conspectu Dei, si fiunt simplici corde, in fraterna charitate*: quia veritas &

D. Bern. charitas mundum & simplex faciunt cor. Et ideo dicit Bernardus, *Omne opus bonum benè agitur, quando intentio, charitate & veritate munitur.* Vbi enim est malitia & falsitas in intentione, non potest esse rectitudo in operatione. Quare illos qui exterminauerunt facies suas, vt apparerent hominibus ieiunãtes reprobauit. Sal-

Matth. 6. uator, cum eorum intentio fuit peruersa, & monuit quemlibet ad rectam intentionẽ habendam cum adiecit, *Tu autem cum ieiunas faciem tuam laua*: id est, intentio tua sit munda, & re-

Origenes cta ac simplex, vt Deo sit placita. Vnde nota secundum Origenem, quòd quinque sunt signa rectæ & simplicis intentionis, scilicet, *si laudem humanam vitas, si sobriè exultas, si ordinatè corrigas, si alijs benigitatem exhibeas, si patientiam in aduersis ostendas.* Qui ergo vult rectam & simplicem

D. August. intentionem habere, debet primò laudem humanam contemnere, quia dicit Augustinus, *Nemo habet simplex cor, nisi transcendat humanas laudes*, & ideò debet bona opera sua frequenter occultare, si potest, quia si laudem hominum

Idem desiderat, tunc perdit omne meritum suum. Et ideo dicit Augustinus, *O quam miseri sunt qui affe-*

affectant laudes hominum, in semetipsis dissipant fructus laborum, dumque se ostendere hominibus appetunt, damnant quod agunt. Secundo debet sobriè gaudere, & ideo dicit Origenes, *Non inueni verius signum boni cordis, quam si erumpat foras dulcedo mentis, & frequentia sobria exultationis & lætitiæ.* Et ideo dicebat Saluator: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Tertiò debet ordinate corrigere, sic vt homo primò à se incipiat, & postea alios corrigat. Et ideo dicit Origenes *Ni fallor, nil aliud appetis, nisi apparere, dum me corrigis, & te negligis, at si me & te corriges à me primo tamen non incipias, sed à te.* Sic faciūt illi pessimi hypocritæ quos redarguit saluator dicens: *Hypocrita, eiice primò trabem de oculo tuo, & tunc eiicias festucam de oculo fratris tui.* Quarto debet se per compassionem alijs benignū exhibere, quia dicit Gregorius. *Qui bonus est corde est benignus est compassione,* Quidā enim sunt ita pessimi cordis, vt ideò quod boni appareant, omnesquos vidēt malè agere, velint condemnare, quibus comminatur Saluator, dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui alijs clauditis calorum regna,* &c. Et hoc Matt. 23. Quintò debet patientiam in aduersis ostendere, ita vt rectè dicat cum Beato Iob, *Si bona suscepimus de manu Domini, mala au'ē quare non sustineamus?* Vnde Gregorius, exponens illud Iob, *Erat vir simplex & rectus. Simplex & rectus est ille qui in aduersis non frangitur, qui ad tēporalia non inclinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui diuinæ voluntati humiliter subiicitur.*

Origenes. Matth. 6. Origenes. D. Greg. Matt. 23. Iob. 2. D. Greg.

In Parasceue.

SERMO XXV.

1. Pet. 2. CHristus passus est pro nobis, 1. Petri 2. Qui pro libertate patriæ aut amicorũ fortiter pugnando occubuit, etsi à conspectu hominum tollatur, non tamen omnino perit aut moritur, maximè apud eos, quos propriam exponẽs vitã liberauit: æterna enim memoria gloriosi facti sui viuit. Cũ autẽ Christus, pro nostra redemptione hodie victor mortis ac diaboli occubuit, vt huius redemptionis memoria perpetuo apud nos viuat, dicitur: *Christus passus est pro nobis.* Circa quod verbũ ad nostrã doctrinam est sciendum, quod quadruplici de causa solet ista die, qua mortuus est Christus, eius mors specialiter fidelibus recitari.

Primò vt ipsum eò magis diligamus. Videmus enim, quod vix est aliquis tam duri cordis, qui, si audiret narrare mortem sui dulcissimi amici, maximè si pro eius amore in aliquo bello mortuus esset, non moueretur ex hoc ita, vt fleret & dolorem etiam signis ostẽderet. Ita quilibet homo bonus qui modo audit mortem & passionem Christi recitari, debet flere & dolere & in amorẽ Christi æstuare, & talem compassionẽ cum eo habere, ac si videret ipsum in sua præsentia crucifixũ. Vnde quædã glossa super 2. Cant. *Dilectus meus mihi & ego illi*, quasi diceret: *Mors dilecti mei, quã pro salute mea sustinuit, semper in memoria mea versabitur.* Cant. 2. Signum ergo est quod Christum non diligũt, qui isto die nullũ doloris & compassionis signum ostendunt. Sed illi qui modo gemũt, &

do-

dolent, & plorant, hi Christo compatiuntur. Qui modo vult cōdolere & compati Christo, & in amorem eius æstuare, audiat modo recitari quid significet in Christo clamor validus, & vultus pallidus, quid significet cruor à capite fluens, quid plagæ in manibus & pedibus, qui d significet caput inclinatum & spinis coronatum, & quid horribile vulnus in latere. Audiant modo dilecti amici Christi, & secum doleant, quoniam hęc omnia significant inenarrabilem amorē quē ad nos habuit, qui adeo fortis fuit, & superabundans vt se vltra continere non potuerit, quin in altum, longum, latum & profundum erumperet. Altitudo enim amoris manus eius in cruce erexit: Latitudo amoris, totum corpus in cruce extendit: Profunditas amoris, caput eius inclinauit, sed longitudo amoris, ipsum adeo in cruce fortiter tenuit, vt nequaqnam descendere voluerit: ita vt etiam voce magna clamaret, *Pater vt quid dereliquisti me*, propter nimium acerbissimum dolorem & mortem quam subire debuit victus amore. Matth. 27
Ecce, amor ipsum omnia sustinere fecit. Ille enim traxit eum de cælis in terram, & iterum de terra ad crucem. Solus amor ipsum spinis coronauit, clauis perfodit, felle & aceto potauit, & sic tandem ipsum occidit, & etiam mortuum dira cuspide vulnerauit. ecce totū hoc amor fecit. Vnde potuit dicere cuilibet fideli animæ, *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.* Cant. 4
Et ideo modo quilibet deuotus debet dolere & plangere mortem Christi inspiciendo hūc

maximum amorem, quem ad nos habuit. Ideo 1. Pet. 4. *Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Vnde dicit Beatus Augustinus, *Vide homo quo amore diligit te Deus, Deus tuus pro te ligatus est, vt te à vinculis absolueret, pro te flagellatus est, vt à flagellis æternæ iræ erueret. iudicatus est, vt te iudicio æternæ damnationis liberaret. Pro te coronatus est spinea corona, vt te coronaret in cælis. Pro te vulneratus est, vt ægrotum sanaret: pro te mortuus est, vt te à mortuis suscitaret.* tantus enim fuit amor Christi erga nos, vt sicut dicit Augustin. *si Christus Mariæ filius tot habuisset membra,* quot sunt stellæ in firmamento cæli, *& quodlibet membrum proprium corpus habuisset, omnia in mortem tradidisset potius, quam hominem de potestate Diaboli non liberasset.*

1. Pet. 4.
D. August.
Idem

Secundo solet modò passio Christi fidelibus recitari, vt meritum & vtilitates quæ nobis ex illius passione proueniunt, semper præ oculis habeamus. Videmus ad sensum, quod si aliquis alicui pauperi magnum thesaurum conferret, & bonis multis illum ditaret, talis pro gratiarum actione semper illum thesaurum ac bona accepta respiceret. Nunc autem omnis spes & salus nostra, & omne meritum nostrum prouenit nobis ex merito Domini nostri Iesu Christi, qui meruit nobis in hoc mundo, in suis sanctissimis operibus, & sanctissima vita, potissimè tamen in sua pretiosissima passione & mortis perpessione. Ecce meritum Christi plus valet pro tua salute, quam si pro amore Dei dares mundum cum omnibus diuitiis & dilitijs suis. Et etiam plus quam si omnes Sancti Dei orarent pro te, im-

mo per merita Christi homo æqualis est Angelis, qui numquam peccauerunt, immo superior Angelica natura. Itē per merita Christi, homo factus est Dominus mundi & cælorum: per merita Christi nihil tibi negatur, quod ad salutem pertinet tuam. Per meritum Christi, pro vno Aue Maria ex charitate dicto si in gratia es, secundum ordinationem Diuinam, non potest tibi minus dare quam vitam æternam: quia quidquid boni feceris ex charitate, in gratia, totum tibi ad salutem prouisum est à Deo. Vnde breuiter est sciendum secundum doctores solennes, quod Christus nihil sibi meruit operibus suis, quia tempore incarnationis eius dabatur illi omne quod postea consecutus est. Sed totum quod meruit, hoc meruit nobis, singulis suis operibus. In Christo enim fuit plenitudo omnis gratiæ ab instanti suæ incarnationis, & hęc postea in conō fuit augmentata, cum meritum sit quędam augmentatio gratiæ, sed cum suis operibus frequenter meruit nobis, maximè tamen inter omnia meruit nobis in sua passione. Hoc enim fuit consummatio & perfectio omnis meriti, quod nobis meruit, quia vt dicit Gregorius, *Nihil nasci profuisset nisi redimi affuisset*. In hac enim passione & mortis perpessione, meruit nobis liberationem à peccato, & pæna, & à Diabolo; & apertionem ianuę cælestis paradisi. Et ideo modo tota spes & salus nostra cōsistit in pretiosa morte, & Christi passione. Et ideo dicit Apostolus, 2. Cor. 1. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Iesum Christum*

D. Greg.

2 Cor. 1.

Christum abundat consolatio nostra, Vnde & Augu-
D. Augu st. stinus dicit : *Omnis spes & totius fiducia certitudo est mihi in pretiosa morte & sanguine Christi, qui pro me effusus est.* Et ideo mortem , & eius meritum, semper debet homo ponere ante oculos suos vt firmiter credat , quod nequaquam possit nisi per eius mortem & meritum saluari. Vn-
D. Anselm de etiam docet Beatus Anselmus nos , quod homo proximus morti, debet sic interrogari: Frater lætaris quod in fide Christiana morieris? Respondebit, etiam. Fateris te nõ tam bene vixisse, sicut debuisses? Respondebit, etiã. Pœnitet te, & habes voluntatem emendandi te, si tempus haberes viuendi? etiam. Credis, quod propter te mortuus est Christus filius Dei viui? Etiam. Agis Deo gratias? Etiam. Credis te non posse nisi per mortem eius saluari? Etiam. Igitur homo dum es in hac vita, in hac sola morte totam fiduciam tuam pone, in nulla alia re habens fiduciam, huic morti te totũ inuolue. Et si Dominus voluerit te iudicare, dic , Mortem Domini nostri Iesum Christi, obiicio inter te & me & iudicium tuum. Aliter tecum non contendo. Si dixerit quod merueris damnationem, dic, Domine mortem Domini nostri Iesu Christi obtendo , inter te & mala merita mea. Ipsius etiam meritum offero pro merito quod debuissem habere , nec habeo. Iterum dic, Domine in manus tuas cõ-
Psalm. 30. mendo spiritum meum. Et tũc securè morieris, & non videbis mortem in æternum.

Tertio solet modò passio Christi fidelibus recitari , vt acerbitatem passionis illius per com-

compassionem inspiciamus. Videmus enim quod multa gesta, quæ deleta sunt à memoria, per instrumentalia scripta authentica renouantur. Ita passio Christi à multorum cordibus deleta, vt hodie potissimè præ oculis habeatur, in ecclesijs fidelibus recitatur. Vnde & ipse Saluator modo clamat per Ieremiam Thren. 1.
dicens; *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.* Et hoc verè poterat dicere, quia sua passio fuit grauissima, & amarissima super omnem æstimationem hominis, quia non fuit in eo aliquod membrum, quod non fuit speciali pœna sauciatum. Illud enim Diuinum caput, quod est caput omnium Angelorum, & honor regni, propter peccata nostra fuit ita percussum, & ita acutis spinis dilaceratum, vt esset miserabile omnibus ad videndum? Oculi illius clariores sole, quibus nulla creatura est inuisibilis, claudebantur in illis pœnis fortissimis & amara morte. Et illa etiam hora qua illi benedicti oculi obtenebrati sunt in cruce, factæ sunt tenebræ super vniuersum orbem, sicut testatur Euangelium. Sol illo tempore obtenebratus est, ac si suo creatori compateretur, quod pro peccatis hominum talem mortem sustinere voluit, qui est omnium creaturarũ Dominus & creator. Aures illę, quæ audiunt in cælis ab Angelis & omni cælesti choro, *sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth: pleni sunt celi & terra gloria tua, ozanna in excelsis*, audierunt à Iudæis, *Crucifige, crucifige eum*. Illi dulcissimo Ioan. 19.
ori, in quo nunquam inuentum fuit nisi veritas,

ritas,& quod nos docuit viã ad vitã,quod infirmos & mortuos curauit suo Diuino eloquio,apportata fuit amara potio fellis & aceti. Illa speciosa facies,*præ filijs hominum*,quæ tam benigna fuit, vt numquam ei in terra similis visa fuerit:quia si Deus alicui homini qui miserabiliter nascitur, & modo viuit, & cras moritur,dat delectabilem faciem, quam homines mirantur; ô quam delectabilem faciẽ, ipse Dei filius,qui est Deus & creator omniũ creaturarum sibi ipsi formauit? qui non fuit tam miserabiliter,sicut cæteri homines,natus, sed castissime de illa prælecta virgine, & in æternum benedicta matre, sua Maria. Ipse enim sibi tam suauem & delectabilem faciem formauit,sole clariorem,*in quam desiderant prospicere Angeli*,& quã nulla creatura ad plenum valet intueri. Hanc faciem iucundam libentius vellem videre, & esse in profundo inferni,quam in supremo choro,& nõ videre, Ecce illa delectabilissima facies adeo pro peccatis nostris fuit consputa,dilacerata, & percussa,vt si eam illo tempore vidisses, magis eam esse credidisses faciem leprosi, quã faciẽ benedictam filij Dei, & illius castissimæ virginis. Manus illę sanctissimę quæ formauerũt cælum,solem, stellas & omnem creaturam, fuerũt extensę in illa sancta cruce,& tam fortiter transfossę duris clauis, vt nulla alia pœna potuerit comparari: quam sustinuerunt istæ sanctissimę manus,propter nostra immũdissima peccata. Illud etiam sanctissimnm pectus,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scien-

scientiæ Dei absconditi, transfixum fuit vsq. ad cor dira lancea, & sic quidquid fuit sanguinis in eo, dedit viuens: & quod non poterat dare viuus, dedit mortuus, scilicet, sanguinem cordis. Illi etiam pedes sanctissimi, quibus mare calcabile se prębuit, & quorum scabellum debet ab omnibus adorari, quoniam sanctum est, tam crudeliter fuerunt transfixi, vt tale numquam fuerit prius auditum. Latrones etiam circa eum pendentes, ligati fuerunt in cruce, sed ipse clauis cruci fuit affixus. Et vt breuiter dicam: illud virgineum corpus quod natum est de mundissima virgine, fuit pro salute nostra, & pro peccatis nostris adeo flagellatum, fractum, & dilaceratum, vt à capite vsque ad pedes nihil remanserit in eo, quod non pateretur pro nobis, vt ad Hebręos 2. dicit Apostolus, *Videmus Iesum Christum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Hebr. 2.

Quarto solet modò passio Christi fidelibus recitari, ne per peccata nostra offendamus, Videmus enim ad oculum, quod si aliquis faceret pro amico, vnde sibi merito gratus esse deberet, & non esset certe benefaciens, merito improperaret sibi de illa ingratitudine & diceret, Ego bene feci tibi & tu es vel fuisti mihi ingratus. Nunc autem ita est, quod toties homo est ingratus, & offendit Christum, quoties mortaliter peccat, & adeò fortiter vt omne meritum & passio Christi in ipso perdatur. O pie Deus quam insipientes sumus, quod nō cogitamus quid pro nobis filius Dei creator

tor omnium fecit. O bone Iesu quid vult miser homo dicere, in illo horrendo iudicio, quando virtutes cælorũ mouebuntur, quando ei ostendes omnia quæ pro eo sustinuisti, quinque vulnera in corpore tuo, & omnia tormenta tua quibus cruciatus es. Certè tunc dicet cuilibet peccatori misero: Ecce ego creaui te & redemi te, sanguinem meum fudi pro te, & mortem turpissimam pro te sustinui: sed tu mihi ex hoc ingratus fuisti, & me tuis peccatis offendisti, pro quibus mortem sustinui. Et tunc tanto furore exardescet contra
Lucæ 23. peccatores terræ, quod *dicent* (sicut dicit euangelium) *montibus & petris: cadite super nos, & operite nos*. Sed est impossibile fieri: quia non erit tunc aliquis latendi locus, immo si esset lapis ita spissus, sicut de cælo ad terram, & adeo durus sicut adamas, & peccator esset inclusus in eo, oporteret eum exire, & recipere secundum merita sua. Et non solum Christus sic offenditur peccatis nostris; verùm etiam cælestis pater offenditur nimis, de offensa Vnigeniti filij sui. Huius figuram habemus in Genesi
Gen. 37. quòd vendito Ioseph tam viliter, pater eius, scilicet Iacob, mirabiliter grauabatur. Vnde legitur ibi quod *congregati sunt filij* Iacob, *vt delinirent dolorẽ patris sui* nec poterant. Eo modo côueniunt omnes peccatores qui Christum offenderunt, & quotidie vendunt pro vili pretio peccati. Conueniant ergo ad cælestem patrẽ, vt eum leniant & placatum faciant, si valeãt. Reuera nisi contritionem & pœnitentiam fecerint, numquam eum lenient, nec placabunt,

poterat patrem suum Iacob placare, ac dolorem eius delinire. Ieiunent ergo singuli existentes in mortali peccato, sicut Ioannes Baptista, faciant multa alia bona, tam in eleemosynis dandis, quam in vigilijs & castigationibus, nisi veniant ad Ioseph qui interpretatur Saluator, id est, Christus, & ei reconciliati fuerint per veram pœnitentiam, & contritionem nunquam lenient & placabunt patrem suum cælestem : etiam si virgo Beata Maria pro eis intercederet cum omni cælesti curia. Nimis enim offenditur cęlestis pater, eo quod ita offendatur à peccatoribus suus dilectus filius vnigenitus, qui pro illis nasci voluit & mortem subire, atque sanguinem suum fundere, vt eos ab æterna morte liberaret, & gloriam æternam eis conferret, vt dicit Apostolus, Hebræ. 2. *Decebat eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari.* Hebr. 2.

In die sancto Paschæ.

SERMO XXVI.

S*Vme vas vnum, & mitte in illud manna.* Exod. 16. Exod. 16.
Ad sensum videmus, quando est tempus vindemiarum & segetũ, solent homines sibi de vasis prouidere, ad vinum infundendum, & ad segetes reponendum. Charissimi, isto die specialiter est tempus vindemiarum, in quo debemus colligere vinum, scilicet, sanguinem Domini nostri Iesu Christi, quod die

veneris benedicto, expressũ fuit in presforio sanctæ crucis. Hodie etiam debemus sumere illud sanctissimum granum, quod est cibus Angelorũ, quod quondam in benedicta terra, id est, in vtero sanctissimæ & castissimæ virginis, fuit seminatum, & formatum. Ne ergo tantum beneficium amittamus, in verbis premissis monemur, vt de nouo vase, id est, de mundo corde nobis prouideamus, in quo tam excellens donum recipiamus. Vnde
Exod. 16. dicit: *Sume vas vnum & mitte in illud manna*. Circa quod verbum ad nostram doctrinã est sciendum, quod ad hoc vt cor nostrũ sit vas, quod in se possit corpus Christi & eius gratiam suscipere, quatuor requiruntur.

Primò quod sit diligenter per veram pœnitentiam mundatum: Videmus enim ad sensum, quod nemo balsamum pretiosum ponit in vase contagioso, ita nisi vas cordis sit purum & mundum à maculis peccatorum, non recipit gratiam Sacramenti, sed tantum Sacramentum. O quantùm debet homo mundare cor suum, qui illum recipit; in quo recollectæ sunt omnes perfectiones, & nobilitates, quæ sunt diuersimode resperssæ in creaturis! Si enim capsulæ, quibus reconduntur reliquiæ sanctorum, solent de auro vel argento fieri: quanto magis cor tuum debet esse aureum perfecta charitate, & argenteum perfecta puritate, suscepturum illum qui est Sanctus Sanctorum? Vnde scribitur quod illud vas in quo erat manna, *fuit vrna aurea*. Per illud enim manna quod habuit in se omnis saporis suaui-

suauitatem, significatur corpus Christi sacratissimum, in Sacramento altaris contentum. Hoc manna erat albissimũ in colore, & mellei saporis: sic in Sacramento altaris, notatur pura & munda humanitas, in albedine; & deitas in mellis dulcedine. Qui ergo vult sumere illud cæleste manna, hoc est sanctissimũ Christi corpus, debet habere cor aureum perfectę charitatis: charitas enim deaurat cor hominis in sua nobilitate, vt de eo dicatur illud Eccli. 50. *Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso.* Debet etiam habere cor argenteum impermixtę puritatis, hoc est cor purum, absque macula cuiuscunque peccati mortalis. Et ideo si cor tuum fortè non sit bene argenteum, tunc tolle à te maculam rubiginosi peccati, & erit vas argenteę puritatis, dignumque Dei hospitium. Vnde Prouerb. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.* Argentũ enim quod est clarum, mundam significat animã, in gratia baptismali existentem. Sed per fragilitatẽ proiicitur in sterquiliniũ malarũ delectationũ & cogitationũ, cõtrahit rubiginẽ peccatorũ quę ipsam adeo maculat & deformat, vt nõ sit vas aptũ diuinę gratię. Vnde quę prius erat argentea, sit quasi rubiginosa. Sed istam rubiginem aufert tunc homo quando se purgat vera contritione, confessione & satisfactione; & tunc egreditur quasi vas purissimum. Primò enim vas fit purum, sine mala operatione: secundò fit vas purius sine mala locutione: tertiò fit vas purissimum sine malo consensu vel affectione. Oportet enim

Eccli. 50.

Prou. 25.

hominem esse valde mundum & purum, qui vult sumere istud altissimum Sacramentum:
1. Reg. 21. In cuius figuram habetur, 1. Reg. 21. quod Dauid dixit ad Achimelech sacerdotem: *si quid ad manum habes ad manducandum, da mihi. Respondit, non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctorum, si mundi sunt pueri à mulieribus.* Hoc enim est peccatum, quod maximè à perceptione huius Sacramenti prohibet, vbi sumitur Sanctus Sanctorum, qui sanctificat comedentem. Et sequitur quod *erant vasa puerorum sancta, & tunc dedit eis.* Sed multi faciunt de corde suo vas Diaboli, qui, scilicet, viuunt in immunditiis, in luxuria, & gula & cæteris peccatis. Et ideo etiam tanquam immunda vasa, proiicientur in profundum inferni. Huius figuram habemus, 4. Reg. 23. *Iosias rex*, (id est, Deus omni-
4. Reg. 23. nipotēs) *præcipit Helchiæ pontifici*, (id est, filio qui pontifex est futurorum bonorum) *& sacerdotibus secundi ordinis*, (id est, sanctis Apostolis suis) *& ianitoribus*, (id est, Angelis suis) *vt proiicerent de domo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal*, (qui interpretatur deuorator, & significat Diabolum qui deuorat corpus & animam,) *& combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron*: Cedron enim interpretatur tristitia vel mœror, & significat infernum, vbi perpetua tristitia & mœror inconsolabilis, & ibi proiicientur ista immunda vasa, vbi comburentur sine fine.

Secundò requiritur quod sit integraliter per patientiam conseruatum. Videmus enim, quod vas confractum, non est aptum ad recipiendum vinum vel alium liquorem quęcunque:

que: ita nec cor hominis, confractum per impatientiam, potest recipere gratiam, quæ in sacratissimo altaris Sacramento continetur: Et ideo debet homo habere præ oculis ipsum speculum patientiæ Christū, quia de ipso dicit Bernardus. *Vtrumque mihi es bone Iesum, speculum patientia, & premium patiend.* Qui ergo vult de corde suo, vel de anima sua vas integrum facere, vt recipiat gratiam Sacramenti, ille debet cor suum, siue animam solidam facere, per veram patientiam: vt sit rectè vas aureū, non cupreum. Aurum enim inter omnia metalla est valde ductile, vnde multum extenditur, nec facile rumpitur. Sic verus patiens, in omnibus angustiis & aduersis non frangitur. Sed nota, quod aurū probatur in fornace, secundum illud, Eccli. 27. *Vasa figuli fornax probat*, quia si probum est, solidatur; si reprobum, crepat. Sic etiam homines patientes & iustos, tentatio tribulationis probat: videmus enim quod aurum est de terra, & ad hoc quod sit aurum, vel de eo fiat vas pretiosū, oportet quod igni exponatur, & hinc inde malleis percutiatur, & etiam poliatur, & tunc tandem vas pretiosum componitur, ad potandum in mensa Regum vel Principum: ita certè homo terrenus, vt fiat vas capax diuinæ gratię, & dignum deferri ad mensam summi Regis, in palatio cælestis paradisi, oportet sustineat multas tribulationes in hac vita. In cuius figura dicitur Paralip. 9. *Vasa conuiuij regis erant aurea*, & non deaurata, sicut hypocritæ, qui apparent aurei, sed non sunt. Sed aurea sunt vasa, qui patientes

D. Bernard.

Eccl. 27.

Paralip. 9

ſunt in ſuis tribulationibus. De iſtis enim poteſt dici illud Sapientiæ, *Sicut aurum in fornace probauit eos*. Sicut enim aurum quanto magis probatur, tanto magis purificatur: & quanto magis malleis percutitur, tanto magis ſolidatur: ſic homo patiens, quanto magis à Deo probatur, tanto efficitur in anima clarior, & quanto maiores tribulationes ſuſtinet pro Deo, tanto ſolidior efficitur ad ampliora ſuſtinenda. Vnde rectè efficitur *vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo* vt dicitur Eccl. de homine iuſto. Iſtud enim vas auri, eſt cor hominis ſuſcepturi pretioſum liquorem Dominici ſanguinis, & gratiæ. Iſtud debet eſſe *ſolidum* per conſtantiam, *ornatum omni lapide pretioſo*, id eſt, diuerſis generibus patientiæ. Eſt enim patientia lapis valdè pretioſus, propter efficatiam ſuæ virtutis & ideo patientia eſt lapis valde pretioſus, facit enim amara dulcia, & aſpera mollia. Vnde videmus quod in coronis Regum ponuntur lapides, ita certè homines patientes fabricant coronas perpetuas. Tot enim lapides ibi ponunt, quot tribulationes & anguſtias cum patientia ſuſtinent.

Sap. 3.

Eccli. 50.

Tertio requiritur, quod ſit totaliter per deuotionem ſuperius apertum, ita ſcilicet, vt poſſit diuinam gratiam recipere. Videmus enim quod vas quod eſt ſuperiùs clauſum, inferius vero apertũ, non poteſt recipere quemcumque liquorem: ita nec cor, quod eſt ſuperius ad ſuperna clauſum, ad inferiora vero apertum, poteſt recipere pretioſum liquorẽ diuinæ gratiæ, quæ confertur in Sacramento

Sacra-

Sacratissimo dignè sumentibus. Qui ergo vult digne sumere, debet habere cor, quod sit tanquam vas per deuotionem apertum. Cor enim naturaliter est strictum & clausum inferius, & latum & apertum superius, ad modũ lampadis: in signum quod debet esse clausum ad ista inferiora, nequaquam ea diligendo & affectando, & apertum ad superiora, semper ipsa diligendo & affectando. Et quia est ad modum lampadis dispositũ, ideo debet semper in se gerere oleum deuotionis, & ignem diuinæ charitatis: quæ duo inter omnia, maximè habilitant hominem ad diuinam gratiã adipiscendam vel capessendam. Quia dicit Augusti. de spiritu & anima, *Vasa quæ creatrix gratia format vt sint, adiutrix gratia replet ne vacua sint, si strennuum operarium inuenerit*. Reuera strennuus operarius potest dici ille, qui totis viribus sic cor suũ eleuat, & aperit per ardentẽ dilectionẽ & deuotionẽ: vt sit vas dignũ, quod gratiã Spiritus sancti possit recipere in Sacramento altaris sanctissimo: quia sanctissimum corpus Christi immediatè quando sumitur, transit de ore ad cor: quia dicit Hugo de Sacramento, *Cibus iste animæ non corpus est, Christus de ore ad cor transit*. Sed nota quod corpus Christi sanctissimum quando sumitur, si cor apertum inuenerit per deuotionem, & per bonam operationem, statim intrat illud, & replet sua gratia. Vnde Apocal. *Ego sto ad ostium*, scilicet, cordis, *& pulso* per internam inspirationem: *si quis aperuerit mihi*, per deuotam præparationem, *intrabo ad eum*, communicando ei meam gratiam

D. August.

Hugo.

Apoc. 3.

D. Ambr. tiam. Vnde Ambrosius super Lucam; *Nisi quis fragrantiam deuotionis assumpserit, præsentiam Domini habere non poterit*. Et ideo quando sumitur, vbi cor apertum non inuenerit per dispositionē, recedit ab ipso. Talibus enim potest dicere

Ioan. 5. illud Ioannis, *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me*. Sed felix homo est, qui omne impedimentum, hoc est omne peccatum à suo corde sic remouet, vt dicere veraciter possit,

Cant. 5. illud Canti. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* hoc est, Omne impedimētū à me eieci, vt dilectus meus ad cor meū veniret, & ibi mansionē faceret. O quā felix est illud cor, quod semper est dispositū ad istū dilectum suscipiendum. Verè

Eccl. 43 de illo potest dici illud Ecclesi. *Vas admirabile opus excelsi.* Verè mirabile, quod est susceptorū illum, quem cæli & terræ capere non possunt, & tamē clauditur in vasculo cordis.

Quarto requiritur, quod sit per constantiam confirmatum. Videmus enim ad oculū, quod vas quod non est benè appodiatum, faciliter euertitur, & contentum in se effundit. Ita cor humanum nisi sit firmiter confirmatum per constantiam, non potest in se recipere diuinam gratiam & sanctam Eucharistiam. Constantia enim confirmat cor humanū, vt in bonis operibus perseueret. Vnde describitur sic, *Constantia est stabilitas animi, & in proposito perseuerans.* Et ideo multum valet homini constantia maxime tali, qui iam Eucharistiam & diuinam gratiā recepit. Stabilitat enim eum, ne donum iam receptum, per fragilitatem mentis, id est, per recidiuū in peccatis, effundat.

dat siue amittat. Et ideo hortatur nos Apostolus 1. Thessa. 4. *Sciat vnusquisque vestrum*, id est, 1. Thess. 4
quilibet, per magnam diligentiam, *vas suum*, id est, cor suum, *possidere in sanctificatione*, id est, in firmitate. Sanctum enim idem est quod firmum. Oportet enim quod homo sit valde firmus per constantiam, qui sanctam Eucharistiam recepit, ne iterum in peccatum cadat, & sic gratiam in Sacramento acceptam amittat. Et ideo debet homo cõstans esse in bonis operibus, quia cor nostrum est quasi vitreum vas, quod est valde fragile, in quo portamus istum thesaurũ pretiosissimum: vt dicit Apostolus, *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* 2. Cor. 4
Ideo debemus constantes esse in bonis operibus: melius enim esset corpus Christi non recipere, quam post receptionem instabilẽ esse in bonis operibus, & in peccatum resilire. Quilibet enim qui semel in Pascha recipit corpus Christi, non solum deberet in toto anno in stabili munditia viuere, verum etiam omnibus diebus vitæ suæ: immo quod magis est, dico, quando homo semel in die vidisset corpus Christi, illo die, deberet sibi cauere à peccatis cordis, oris, & operis. Si enim Beata virgo, cum omnibus Angelis & Sanctis in cælis, ante te transiret, & tu eos videres, velles ne eos reuereri? Certè libenter velles. Quantùm ergo deberes reuereri sanctissimũ corpus Christi, quod omni die ante oculos tuos videre potes, respectu cuius omnes Sancti quasi nihil sunt. Vnde dicit Isa. *Ecce gentes quasi stilla situlæ, sic sunt coram te*, quę cadens pro nihilo Isa. 40

reputatur. Ergo indigne sumere, periculosum est. Si enim panniculi, in quibus semel fuit inuolutum corpus Christi, & crux, in qua ad horam pependit: & corporale & calix, in quo semel consecratum est corpus Christi, & sindon, in quo inuolutum fuit, & sepulchrum, in quo ad horam iacuit in tanta custodia habentur: quantum debet homo cor suum custodire, in quo recipit ipsum non ad tempus, si in munditia manserit: verum etiam, vt perpetuò secum permanet hic quidem per gratiam, in futuro autem per veram fruitionem?

Dominica prima post Pascha.

SERMO XXVII.

1. Ioh. 5. *Omne quod natum est ex Deo vincit mundum.* 1. Ioan. 5. Oppressus à potentiori se, requirit succursum & defensionem ab aliquo, qui est potentior opprimẽte: miles enim oppressus à comite, requirit subleuamen à Rege. In hũc modũ, cũ mundus aut mũdi dominus ipse Diabolus, multipliciter nos opprimat, ac vario modo nos tentet: ipse Beatus Ioannes in verbis pręmissis, docet nos confugere ad potentissimum dominum, per quem vincere possumus omnia tentamenta, dicens: *Omne quod natum est ex Deo vincit mundum*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor ad hoc requiruntur, vt de mundo, &

do, & de Diabolo qui mundi dominus est, victoriam obtineamus.

Primo requiritur, vt castrum nostri cordis fortiter custodiamus. Videmus enim ad oculum, quod in castris, in quibus tumultus hostium timetur, ponuntur prudentes vigiles & custodes, qui portas claudant, & diligenter custodiant: ita reuera oportet, quod castrum nostri cordis sit benè custoditum, & clausum fortiter per clausuram sensuum, cogitationũ, & affectionum, ne tempore belli, aliquis ingrediatur, qui non sit amicus principis, id est, Christi. In hac quidem vita sunt tria prælia cũ Diabolo, quia *militia est vita hominis super terram.* Iob. 7 Sic enim est de sensibus hominis, sicut de paruulis, qui si dimittantur suæ voluntati, sæpè periculis se exponunt, & parentes offendunt. Et ideo debet homo cor suum restringere & claudere, quia est radix & principium omnium sensuum, cogitationum, & affectionum. Et ideo dicit Sapiens, *Omni custodia serua cor tuum.* Prouerb 4. Debet enim esse sapienter virtutibus munitum & custoditum: quia virtus est tam fortis custos, & armatura, quod omnes vincit, sed nunquam vincitur. Homo sine virtute, est sicut homo inermis, in medio hostium suorũ. Hostes enim nostri sunt Angeli mali, qui nobis insidiantur die ac nocte, quomodo obtineant castrum cordis nostri. Ergo nisi ibi sint fortes milites virtutum, castrum custodientes, non poterimus eos vincere. Sunt enim astutissimi, & ad bella doctissimi. Et quia virtutes sunt tam potentes ad vincendum, ideo

ideo veritas relucens in virtutibus, vincit super omnia, prout scribitur Esdrę 3o. Vnde & Tullius dicit, *Sapientis animus, virtutibus omnibus, vt manibus ornatus & septus est.* Et Bernard. in quibusdam sententiis dicit. *Ad custodiam cordis nostri tria sunt nobis necessaria.* Primùm *est muratio, vbi quidem murus est continentia circuncingens, ne mors per fenestras sensuum intret. Antemurale est patientia, quæ primos hostium recipit ictus, vt contra tentamenta stemus viriliter, & perseueremus iugiter inconcussi, vt quamuis nutet aliquando continentia, consensum tamē restringat patientia.* Secundùm est, *arma spiritualia, non tantum ad resistendum, sed etiam ad impugnandum: quia inimicum lædit nostra oratio plus, quam nos lædat eius tentatio, & nostra simplicitas & misericordia torquent eum plus, quā nos eius iniquitas & versutia. Humilitatem nostram non sustinet, vritur nostra charitate, mansuetudine nostra & obedientia cruciatur.* Tertiū est, *alimenta, quæ sunt sacri sermones & sacræ lectiones & spirituales gustus deuotionis, panis etiā lachrymarū, licet minus suauis, optimè tamē cōfirmat cor hominis. Habemus super omnia panē de cælo viuū, in cuius fortitudine omnis fortitudo inimici deiicitur.*

Esdræ 3 | D. Bern.

Secundo requiritur, vt fortiter aduersariis resistamus. Videmus enim ad sensū, quod in castris fiunt propugnacula ad resistendum, quia quāuis aliquis castrum suū benè custodiret, nisi vellet resistere, frustra custodiret: ita nos debemus hosti nostro fortiter resistere, ne spiritualia nostra à nobis auferat, cum naturaliter fortior nobis sit. Vnde nota quod hostis noster Diabolus est nobis fortior per naturam, quia secundum Gregorium, *Licet actionis suæ merito, infra homines ceciderit, omne tamen homi-*

D. Greg.

hominum genus natura Angelicæ conditionis transcendit. Quamuis enim æternæ beatitudinis felicitatem perdiderit, naturæ *tamẽ suæ magnitudinem non amisit. Adhuc viribus humana omnia superat, licet Sanctis omnibus, meritorum suorum deiectione subiaceat.* Et ideo Danielis 7. *Ecce quarta bestia, terribilis ac mirabilis, & fortis nimis.* Et licet per naturam sit homine fortior, tamen homo mediante diuina gratia est fortior, etiam per Sacramenta ecclesię fortior est, in quibus conferuntur virtutes, quę sunt arma inexpugnabilia, nisi ea homo spõte abiiciat. Et ideo dicit Greg. *Debilis est hostis, qui non vincit nisi volentem.* Et ideo valde turpe est quod homo nõ vtitur fortitudine sua. Fortis.n.est qui prosternit, sed fortior qui resurgit: quia quantumcunque sit homo prostratus per tentationes & peccata, potest tamen resurgere, & aduersarium suum, id est, malignum spiritum prostenere: iuxta illud Iere. 28. *Fortior me fuisti, & inualuisti*, Et ideo etiam Saluator dicit, Lucæ 11. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Cum autem fortior superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma aufert.* Sed multi sunt qui ante tentationes sunt valde audaces, sed tempore tentationis non resistunt, sed succumbunt & vincuntur. Isti sunt similes cuidam flori, qui dicitur solsequium, qui ad solem pulchre se aperit, sole autem recedente clauditur, & fit deformis: sic sunt isti. tempore enim pacis, quando nullam sentiunt tentationem, pulchrè se aperiunt ad solem diuinæ gratiæ, fortiter se exercentes in virtutibus: sed tempore tentationis, quando

Daniel. 7

D. Greg.

Iere. 20.

Lucæ 11.

ſolem diuinæ gratiæ non ſentiunt, corda ſua claudunt,& tentationibus non reſiſtunt, volunt enim totaliter ſe committere diuinę gratiæ,neſcientes illud quod dicit Paulus *Boni co-*
1.Cor.3 *adiutores Dei ſumus.* Deus enim ſæpiſſimè occultat nobis ſuam gratiam,quamuis tamen præſens ſit,vt magis in nobis augeatur, quando magis difficulter tentationibus reſiſtimus.

Tertio requiritur, quod paſſionē Chriſti in corde noſtro geramus.Videmus enim ad ſenſum in bellis,quādo & quamdiu milites poſſunt inſpicere vexilla principum ſuorum, roborantur & ſumunt audaciam: ſic ex meditatione& occupatione Dominicę paſſionis homo roboratur & ſumit audaciam,cogitando quomodo Chriſtus triumphauit in ligno, & vicit illum qui primos parentes deuicit. Quamtumcumque enim caſtrum cordis noſtri ſit bene cuſtoditum, & quantumcumque homo fortiter reſiſtat aduerſario,niſi paſſionem Chriſti &mortem eius in corde ſuo portet,totum nihil eſt,quia vinceretur. Nihil enim ita confundit virtutem maligni ſpiritus, quā vt homo in ſuis tētationibus paſſionem Chriſti inſpiciat &meditetur,quia ex meditatione & occupatione paſſionis Chriſti,homo magis roboratur. Dicitur enim de elephante,quando ducitur ad bellum,quod eſt animal multum timidum.Sed tūc ei proponitur ſanguis,ex cuius inſpectione roboratur & ſumit magnam audaciam. Sic ex inſpectione ſanguinis Chriſti,homo totaliter roboratur contra malignos ſpiritus. Vnde dicit Bernard.

In

In omnibus aduersitatibus meis, non inueni adeo efficax remedium, sicut vulnera Domini mei. Eleuemus igitur signum crucis in cordibus nostris, & inspiciamus sanguinem ducis nostri & dicamus, *Ecce crucem domini, fugite partes aduersæ.* Vnde dicitur Apoca. 12. *Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusauit eos ante conspectum Dei, & ipsi vicerunt eum in sanguine agni.* Vnde nota quod passio Christi, primò, mentem à terrenis eleuat. Vnde Saluator noster voluit altè in cruce leuari, & in altum suspendi, & ibidem sanguinem suum roseum effundere, vt nos ab amore terrenorum eleuaret & totum desiderium nostrum ad se traheret. Et ideo dicit Bernard. *Ascendit altè, vt ab omnibus videretur, clamauit validè vt ab omnibus audiretur, clamori lacrymas addidit, vt omnis homo sibi compateretur.* Secundò passio Christi, mentem in tentationibus fortificat. Nam statim cum aliquis in tentationem incidit, debet recordari amara vulnera Christi, & sine dubio quanto perfectius hęc recolit, tanto tentationes fortius vincit. Vnde dicit Bernardus. *In omnibus aduersitatibus, &c.* vt suprà. Et addit, *In illis dormio securus, requiesco intrepidus.* Et ideo dicit sponsa in Canti. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Myrrha quæ est amara, significat mortem Christi, quæ fuit amara, super omnem æstimationem. Fasciculum ergo myrrhæ colligimus, quando passionem Domini recordamur. Tertiò passio Christi, mentem in tribulatione lætificat. Diuersæ enim sunt tribulationes huius vitæ, quas homo nequit sua fragilitate sufferre. Sed quando

D. Bern. | Ecclesia. | Apoc. 12 | D. Bern. | D. Bern. | Cant. 1

do videt interioribus oculis Christum in cruce pendentem, iam ex ipsius vulneribus, fugit mel diuinæ gratiæ & consolationis. Tribulationes enim quantumcumque sint amaræ, tamen ex meditatione dominicę passionis dulcescunt, vt dicit Bernardus. *Deuotus miles sua vulnera non sentit, dum superni regis vulnera conspicit.*

D. Bern.

Quarto requiritur, vt finaliter in pugna persistamus. Videmus enim, quod ante bellū non datur corona triumphi: vnde dicit Ambrosius, *Lauda ducis virtutem, cum perductus fuerit ad triumphum.* Ita etiam quantumcunque sit homo fortis & audax, nisi continuè se defendat, & in illa defensione perseueret, tentationes inimici vincere nequit, quia dicit Saluator, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. Et ideo qui vult tentationes inimici vincere, debet in pugna perseuerare, & nunquam securus esse, quia vndique habet arduum bellum, in quo si vincitur, damnatur æternaliter, nisi forte mediante gratia resurgat. Vnde Apocalyp. 2. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda,* id est, æterna. Vnde nota, quod quādo Reges pugnant adinuicem, qui vicerit alium, possidet thronū eius & regnum. Sic est de homine & Diabolo, quia si homo vicerit, ascendet ad thronum vbi Angeli ceciderunt: quia secundum veriorem opinionem, homines assumuntur ad ordines siue choros, vnde Angeli ceciderunt. Et ideo dicitur Apocal. 3. *Qui vicerit dabo ei sedem in throno patris mei,* Et ideo debemus perseuerare vt vincamus, & coronam æternæ vitæ suscipiamus,

D. Ambr. Matth. 10. Apoc. 2. Apoc. 3.

quia

quia dicit Apostolus, *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* Parum enim esset in principio sumere arma, & in medio deponere, talis vtique legitime non certaret, nec acciperet coronam quæ solummodo in victoria perseuerantibus est promissa. Et ideo dicitur Apoca. tertio, *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuã,* Et ibidẽ, *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Vnde nota quod quadruplex est corona. Prima est florea quę datur virginibus in sua virginitate perseuerantibus, & hæc est ex candidissimis liliis, & rubentissimis rosis à sponso virginum facta, & hanc merentur virgines portare singulariter. Per lilium enim quod est candidum, significatur castitas virginalis. Per rosam enim quæ est rubea, significatur charitas quã debet habere virgo, quia castitas sine charitate, est sicut lampas sine oleo. Vnde Bernardus, *Ex ista autem corona multũ commendatur virgo à Christo.* Sapiẽt. 4. O quã pulchra est casta generatio cum charitate. Secunda corona est aurea, & hanc merentur portare doctores & prędicatores, qui seminãt verbum Dei, & vsque in finem certant cum Diabolo, auferentes ei animas quas nititur captiuare. De ista dicitur Ecclesiastici 45. *Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis.* Et merito debet esse aurea, quia sicut inter metalla nihil est auro pretiosius, sic etiam sapientia pretiosior est cunctis operibus. Tertia corona est gemmea, quæ datur sanctis martyribus, vsque in finem passionem perferentibus. Iuxta illud Psalm. *Posuisti in capite eius coronam de*

Apoc 3.
Ibidem.
D. Bern.
Sap. 4.
Eccli. 45.

lapide pretioso. Et hanc coronam meritò sancti martyres merentur portare & ea coronari, propter conuenientiam lapidis pretiosi & martyrij. Nam sicut lapis pretiosus est durus in tactu, delectabilis autem visui; sic martyrium foris in corpore habet duritiem passionis, intus in mente delectationem fruitionis. Delectatio enim pręmij, sufferre facit pœnas. Quarta corona est stellea, & hæc datur omnibus sanctis Dei in cælo, ex quo fideliter vsque in finem perstiterunt. De ista corona dicitur, Apocal. 12. *Corona duodecim stellarum in capite eius:*
Apoc. 12. per istam enim coronam quæ rotunda est, non habens principium neque finem, beatitudo intelligitur. Sed stellea dicitur, & duodecim habere stellas, id est, duodecim articulos fidei, qui sunt fundamentum omnis pręmij futuri, quos in signum suæ fidelitatis portabunt in corona, ex quo in fide firmiter perstiterunt. Vel 12. stellę sunt. 12. fructus siue dona quæ recipient in cælo. Primum donum est, sanitas absque infirmitate; secundum, iuuentus absque senectute; tertium, saturitas, sine fastidio; quartum, libertas, sine seruitute; quintum, pulchritudo sine deformitate; sextum, impassibilitas, cum immortalitate; septimum, abundantia sine defectu; octauũ, pax, sine turbatione; nonum securitas absq; timore; decimum, cognitio sine ignorantia; vndecimum, gloria, sine ignominia; duodecimum, gaudium sine tristitia.

Domi-

Dominica secunda post Pascha.

SERMO XXVIII.

SEquamini vestigia eius, 1. Petri 2. Videmus ad sensum, Si homini, in deuio posito, qui per se viã ad locum quò tendit, nequit inuenire, à veridico diceretur, Charissime sequaris istum, qui te pręcedit, quia ducit te directe ad locum quò tendis; certè reuerenter audiret & pręcedentem sequeretur. In hunc modum Beatus Petrus pastor ecclesiæ videns nos in deuio positos, ita vt non possimus per nos terminum beatitudinis inuenire, dirigit nos vt sequamur vestigia Christi pręcedentis ad beatitudinis æternę locum, dicens, *Sequimini vestigia eius.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod vestigia Christi quadrupliciter sequi debemus. 1. Pet. 2.

Primò per veram humilitatem. Videmus enim ad oculum, quod volens sequi magistrũ, & in eius schola proficere, principaliter se ad hoc conuertit, in quo suam doctrinam primò fundat, & in quo talis magister plus floret & relucet. Nunc autem ita est, quod humilitas est fundamentũ omnis perfectionis datę à Christo Veritatis magistro. Est enim in quo omne ædificium constructum crescit in templum sanctum in Domino. Ipsa est enim illa vallis fertilissima, de qua dicit Dauid, *Valles abundabunt frumento*, id est, humiles bonis operibus. Est etiam illa vallis lacrymarum, in qua inueniuntur aquę gratia- Psal. 64.

 rum

rum. Ipsa enim est origo omnium virtutum, quia nulla virtus in nobis veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est, in humilitate
D. Greg. non perdurat, vt dicit Grego. *Hæc enim nobilissima virtus, quam Christus verbo & exemplo docuit, & semper tenuit.* Ipse enim inter omnes humillimus fuit. Est enim humilis quando nascitur.
D. Bern. Vnde Bernard. super illo verbo, *Paruulus datus est nobis, Studeamus*, inquit, *effici sicut paruulus iste, discamus ab eo, quoniam mitis est, & humilis corde, ne magnus scilicet, Deus sine causa factus sit homo paruulus.* Item in domo humili nascitur, quia in diuersorio, loco humili ponitur, videlicet in præsepio, humilibus pannis inuoluitur, humilibus etiam pastoribus suam natiuitatem per Angelos manifestauit. Itē humiliter circunciditur, tanquam peccator, quamuis fuerat sine macula cuiuslibet peccati. Item humiliter se subdidit suæ humili matri, vt in omnibus operibus suis, nobis commendaret humilita-
Luc. 1. tem. Matrem humilem habere voluit, Luc. 1. *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, cui sēper obediuit. Item humilibus se sociauit, vt piscatoribus.
Matth. 11. Item mortem turpissimam sustinuit, quia *humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Item humilitatem semper docuit: *Discite à me*
Matth. 18. *quia mitis sum & humilis corde.* & alibi, *Nisi quis humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cælorum.* Ecce Christus factus est nobis humilitatis exemplum, superbiæ medicamentum, vt sequamur vestigia eius. Verè ergo vestigia eius sequitur, qui se in humilitate exercet.
D. August. Et ideo dicit Augustinus, *Ambula post Christi humi-*

humilitatem, vt venias ad aeternitatem. Deus Christus patria est, in quam imus: homo Christus via est, qua imus: per illum ad illum imus. quem timemus ne erremus. Quicunque ergo vult in hac vita perfecte sequi Christum, in hac vita debet ambulare post Christi humilitatem, & se in humilitate exercere. Et ideo dicebat Christus. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me: abneget*, scilicet, per veram humilitatem, *se, & sequatur* Christũ. Sed nota, quod ad veram humilitatem requiritur primo, vt humiles personas diligat, quamuis enim sunt pauperes, sunt tamen similes nobis: sumus omnes ab vno Deo creati, ab vno patre nati. Vnde si inspicimus irrationales creaturas, videmus quod vnaquęque creatura diligit sibi simile, vt dicitur Eccle. 13. *Omne animal diligit sibi simile.* Secundo requiritur, vt laudes & honores huius mundi contemnat. Vera enim humilitas, laudes & honores sicut mel venenatum, & sicut sagittas toxicatas fugit, exemplo Christi, qui speculum est humilitatis. Tertiò requiritur, vt homo sibi ipsi vilescat, quia dicit Hugo, *Humilitas est virtus qua homo verissima cognitione sibi ipsi vilescit.* Vnde legitur de Beato Francisco, quod quando aliquẽ viliorẽ vel pauperiorem se vidit, ex hoc se ipsum multum vilipendit, vnde etiam se vilem personam reputabat. Vnde etiam semel interrogatus quid de se sentiret, [respondit] se vilem peccatorẽ esse. Quarto requiritur, vt vilis reputari appetat, vnde dicit Bernard. *Verus humilis, vilis vult reputari, & humilis non praedicari*, Vnde

Matth. 16.

Eccl. 13.

D. Bernard.

D. Gregor. dicit Gregor. in dialogo de quodam pusillæ staturæ, cui cum dixisset quidam, quod nihil hominis haberet: protinus lætus in amplexũ eius ruit, & magnas gratias agere cępit, quod ei talia indicasset dicẽs: *Tu solus es qui in me oculos apertos habuisti.* Sic & Apostoli gaudebant, quod poterant pro nomine Iesu contumeliam pati. Quinto requiritur, vt ad officia humilia paratum se exhibeat, de quo habemus exemplũ. 1. Reg. 22. 1. Reg. 22. de Abigail, pro qua cum misisset rex Dauid vt eam acciperet in vxorem, dixit: *Ecce famula tua sit in ancillam tuam, vt lauet pedes seruorum tuorum.* Sic etiam Christus se humiliauit, Ioh. 13. quando lauit pedes discipulorum suorum, dicens: *Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis.* Sexto requiritur, vt libenter obediat. Qui enim humilis est, libenter obedit, exemplo Christi, qui Phili. 2. *humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem.* Nota quod tres sunt gradus humilitatis, primus est subesse maiori, nec præferre se æquali: & hæc est necessaria & perfecta humilitas: secundus est, subesse pari, nec se præferre minori, & hęc est perfectior: tertius est, subesse minori, & nemini pręferri velle: & hæc perfectissima est humilitas.

Secundo debemus sequi Christi vestigia, per misericordiæ pietatem. Videmus enim ad oculum quod si quis posset sequi aliquem per viã, in qua magnum thesaurũ inueniret, stultus esset si esset indigens, & illũ non sequeretur. Ita est de via misericordiæ & pietatis, quod multiplex thesaurus virtutum inuenitur in ipsa. Vnde dixit quidam de sanctis

patri-

patribus: *In hoc quisque Deum maxime imitatur, si nihil iudicat pretiosius quam misereri.* Et verè misericordia nihil pretiosius, superat enim tres nobiles virtutes, inter alias virtutes excellentes: primo pœnitentiã, quę immolat totũ corpus, ipsa vero animam, vt dicit Apost. *Corporalis exercitatio*, id est, pœnitentia *ad modicum vtilis est, pietas ad omnia valet, vita habens promissionem, qua nunc est, & futura.* Et hæc promissio est illa, quam Saluator promittit dicens, *Beati misericordes quoniam ipsi misericordiã consequentur*, hic & in futuro, id est, in extremo iudicio. Ipsa etiã superat caritatẽ in hoc, quod *charitas*, vt dicit Greg. *aliena bona sine labore sua facit*, Pietas aliena mala sua facit. Excellit etiã iustitiã, quia licitũ est peccatori de iudicio diuinæ iustitię appellare, ad iudiciũ diuinę misericordię; *quia misericordia eius super omnia opera eius*, Vnde propriũ est Dei, misericordẽ esse, sicut propriũ est ignis, calidũ esse. Vnde vera misericordia nihil pretiosius. Hãc Christus semper tenuit, vbique docuit. Ipsum enim de cælo deposuit, & humana fragilitate vestiuit. Misericordia ipsum ad suorum, pedũ ablutionem humiliauit, in passione sua quãdo in cruce pependit, in corde tenuit, quia sua interna passio maior fuit quam omnis exterior; nam magis cõpatiebatur nobis quã sibi, quia maximè sitiebat nostrã salutem. Vnde duplex fuit crux Christi; exterior, quæ fuit lignea; & interior quæ fuit aurea. Exterior fuit passionis & pœnæ; interior compassionis in mente, Et sicut dolor exterioris passionis non habuit similẽ, sic nec dolor cõpassionis. Vnde Thren.

1. Tim. 4.

Matth. 5.

D. Grego.

Duplex crux Christi.

Thren. 1.

Attendite & videte si est dolor, sicut dolor meus. Et sicut Christus misericordiam in vita semper tenuit, sic sẽper docuit de misericordia, quę fuit frequens illius lectio. Sẽper docuit discipulos esse misericordes, dicens: *Estote misericordes, sicut*
Luc. 6. *& pater vester misericors est.* Vnde semel iratus fuit discipulis suis de immisericordia, cum quidã Samaritani eum non reciperent, & discipuli
Luc. 9. dixissent: *Vis dicamus, vt descendat ignis de cælo & consumat eos?* Respondit quasi iratus Iesus, *Nescitis cuius spiritus estis*, Lucæ 9. Hanc etiã misericordiam recessurus ab eis, specialiter in pedum ablutione ostendit. Et ideò dicit Am-
D. Ambr. bros. *Misericordia est summa Christi lectio.* In hac lectione examinabit scholares suos in nouissimo die. Beati sunt tunc illi qui misericordiã in hac vita didicerunt, vt sequantur magistrũ suum ad regnum perpetuum, sicut bonus discipulus sequitur magistrum suum, sicut ipse
Luc. 9. dicebat, Lucæ 9. *Magister sequar te quocumque ieris.* Vnde vt possimus sequi Christum per veram misericordiam, est sciendum, quod vera misericordia siue pietas, consistit specialiter in duobus: Primò, vt pauperibus secundũ possibilitatem nostram subueniamus, vel necessaria tribuamus, quia si quis hoc non faceret, tunc non adimpleret perfectionem veræ mi-
D. Chrys. sericordię, quia dicit Chrysost. *Quam diu aliquid habes, & pauperi indigenti & te petenti negas, mandatũ vera misericordia non adimplesti.* Hoc mandatum Beatus Iob adimpleuit, qui peregrinos suscepit, & cuius ostium viatori patuit, qui panem suum cum pauperibus comedit, nec pauperibus

ribus quod desiderabant negauit. Vnde & dicit, *Ab initio* natiuitatis meæ *creuit mecum miseratio*. Secundo consistit in hoc specialiter, vt debitoribus nostris, vel illis qui in nos peccauerunt, ex corde dimittamus, quia dicit Gregorius, *Vere misericors est qui inimicis miseretur*. Sic Deus solem suum facit oriri super bonos & malos: & idem verus misericors, libentius dimittit offenso, quam offendens velit petere, quia nec offensam vindicare vult, nec vindicare appetit. Promptior enim est ad veniā offendenti dandam, quam offendens ad veniam postulandam: quia magis turbatur de peccato offendentis, quam de propria offensa quā patitur: sic Christus ignouit suis crucifixoribus; sic Dauid ignouit Semei sibi maledicenti, & suis prohibuit ne ipsum occiderēt, & dixit: *Forte Deus dabit mihi benedictionem*. Vnde legitur de eo, quod in misericordia sua consecutus est regnum. Sic Ioseph ignouit fratribus suis cum lacrymis, qui ipsum occidere volebāt, & vendiderunt, & ideo factus est dominus Ægypti. Sic Moyses ignouit ipsum offendentibus, in adoratione vituli, cum orauit pro eis dicens: *Aut certè dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti*. Et quāuis prima misericordia sit optima, tamen ista est nobilissima: quia dicit Augustinus: *Multa sunt genera eleemosynarū, sed ea nihil maius, quando ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccauit.*

Iob. 31. D. Greg. Exod. 32. D. August.

Tertiò debemus sequi Christum per cordis puritatem. Videmus enim in exterioribus, quod quilibet libenter graditur in illa via,

 median-

mediante qua potest placere suo amico dilecto, & diligi ab ipso. Deus autē summè diligit munditiam & puritatem cordis. In cuius signum matrem virginem habere voluit, & propter hoc nasci voluit, vt nos mundaret à peccatis in sanguine suo. Septem enim Sacramēta ad hoc instituit, vt nos mundos faceret, & in munditia conseruaret. Vnde nihil amabilius Deo: in cuius signum, cum ipse sit *candor lucis aeternae & speculum sine macula*, Ioannem Euangelistam prae caeteris, quia virgo fuit, nō solum corpore, sed & mente, magis diligebat. Vnumquodque enim diligit magis simile sibi. Cum enim Christus summè mundus sit, homines mundo corde diligit, quia mundities cordis, est radix & origo omnis munditię; sicut radix est principium pulchritudinis in arbore: & sol principium aliorum luminum, quia nulla speciositas est in lumine nisi descendat à sole. Vnde munditiam cordis summè diligit. Vnde dicit Augustinus, *Diligit Deus sancta corda*, id est pura corda, quia perfecta puritas, est perfecta sanctitas. Quanto enim homo est purior, tantò sanctior. Vnde quia Christus supremū gradum puritatis habuit, ideo etiam vocatur sanctus sanctorum, Et ideo si volumus sequi Christū, & eius vestigia, studeamus habere munditiam cordis: quia quanto magis sumus mundi corde, tanto magis Christum sequimur. Et ideo dicit August. *Tota puritas debet esse in Christiano, sicut Deus pura lux est.* Cum ego Christus sit *lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Hebr. 1. — D. August. — D. August. — Ioan. 1.

nos

nos debemus ipsum sequi, vt illuminemur. Vnde de seipso dicit Ioan. 8. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Vnde etiam virgines, quę sunt non solum corde, sed etiam corpore mundę, specialiter sequi debent regem lucis. Vnde dicitur, Apoc. 14. *Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit.* Quia sicut elementa quantò sunt puriora, tanto sunt cælo viciniora: sic homines quanto sunt periores, tanto vicinius sequuntur Christum, quia incorruptio proximum facit Deo, vt dicit Sapiens.

Ioan. 8.

Apoc. 14

Vt igitur Christum sequi possimus cum vera cordis munditia, est sciendum, quod sex sunt vtilia ad acquirendam cordis munditiā. Primū est verbi Dei auditio, quia dicit Bern. super illo, *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud; Continuè audire & custodire, viuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, & mundat.* Dupliciter enim mundat. Primò quia est speculum, quod maculas cordis ostendit: Secundò, quia dat aquā gratiæ, quæ maculas cordis tergit. Istud figuratum est per lauatorium tabernaculi, de quo legitur Exodi. 26. *Quod habebat speculum exterius,* in quo ingredientes tabernaculum, immunditiam suam videre potuerunt, *& intus aquam:* qua eam lauabant. Secundum est vera contritio, quia ex ipsa prouenit aqua lachrymarum, ex quibus cor totaliter mundatur à vitiis, si sæpe inde lauatur. Vnde Grego. *Polluta dudum conscientia, lachrymis baptizata renouatur.* Tertium est frequens confessio, quia confessio peccatorū cor purgat totaliter à sordibus vitiorum, & si mun-

Exod. 26.

D. Gregor

mundum est, eo mundius efficitur. Vnde
4.Reg.5. fuit dictum, 4.Reg.5. ipsi Naaman, id est, cuilibet peccatori, *Vade & lauare septies in Iordane*. Lauatur septies, qui septem vitia capitalia humiliter
D. Bern. confitetur: quia dicit Bernard. *Ama confes-*
Psal.95 *sionem, si affectas decorem*, Et dicit Psal. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius*, scilicet Dei. Quartum est eleemosynarum largitio, quia dicit Saluator, Lucæ 11. *Date eleemosynam, & omnia munda sunt*
Lucæ 11. *vobis*. Maximè autem mundat cor, quando fit ex charitate, quia ignis charitatis est maximè purgatiuus. Quintum est tribulatio, quia sicut ignis purgat aurum à scoria, sic tribulatio purificat cor à sorde. Vnde Psalmista. *Igne me exa-*
Psal.16 *minasti, & non est inuenta in me iniquitas*. Sed videat vnusquisque, ne per impatientiam, in igne tribulationis exuratur sicut palea, sed examinetur & probetur sicut aurum per veram patientiam, alias oportet eum timere illud Ma-
Matth.3 thęi 3. *Paleas autem comburet igni inextinguibili*. Sextum est deuota oratio, quia munditia in
Psal.50 oratione acquiritur. Vnde Dauid orauit, *Cor mundum crea in me Deus*. Et Saluator dum oraret, *facta est species altera, & vestitus eius albus & refulgens*, in quo signatur quod munditia quam intus habuit in corde, in oratione se foris demonstrauit in corpore. Sic in oratione homo mūdior efficitur.

Quartò debemus vestigia Christi sequi, per veram charitatem. Experimur enim ad sensum, quod quilibet bonus discipulus, libenter incedit per viam quam sibi suus dilectus Magister pręcipit. Sed quam diu Christus vixit

super

super terram, ipsam charitatem verbis & exemplis docuit & præcepit. Et vltimo quando recessurus erat à discipulis, præceptum dilectionis renouauit dicens, *Hoc mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ioan.15. Vnde quãuis per multas virtutes possimus sequi Christum, tamen inter omnes virtutes, nulla est quę ita potissime sit propria Christo. Quamuis enim humilitas & misericordia Christũ mouerunt, vt homo fieret, non tamen Christum coëgerunt sicut charitas, quæ ipsum coëgit, vt humanã naturam sumeret, & alia multa propter nos sustineret, vt dicit Hugo: *Si causã quærimus, quare Deus humanæ naturæ vniri voluit, nullam præter dilectionem inuenimus. Ita traxit eum de cælo ad terram, de terra ad crucẽ, de cruce ad sepulchrum, & demum de terra ad patriam.* Hugo. Qui igitur istud mandatum implet perfectè, imitator Christi potest dici. Nihil enim vtilius, & nihil Christo charius, quam habere charitatem: quia nulla virtus est perfecta sine charitate. Et Apostoli, vt se Deum diligere ostenderent, cum ipsum sequi volebant, dicebant: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te,* Matth.19. Matth.19. Nam qui Christum vere diligit per dilectionem, omnia transitoria propter ipsum dimittit. Sed vt possimus verè sequi vestigia Christi, est sciendũ, quod debemus primò veram & perfectam dilectionem habere ad Deum, quæ tunc est perfecta & vera, quãdo homo toto corde totis viribus suis, & toto desiderio se eleuat in Deũ, ipsum super omnia diligẽdo, nec aliquod bonũ perpetuũ vel tẽporale ipse quęrat, sed solũ ipsum diligat,

diligat,&desideret propter eius essentialẽ & immatã bonitatem, nobilitatem,sanctitatem, perfectionem,& felicitatem: homo enim qui vult esse perfectus in charitate,non debet diligere, nec desiderare Deũ propter mercedis vtilitatem : quia hoc addiscit homo perfectus à Deo in hoc,quod se deuotę animæ infundit, nihil aliud in ipso quærendo,quam vt ipsum solũmodo diligat,& de bonitate & perfectione sibi cõmunicet.Et ideo qui sic Deũ diligit, vt bonũ sibi faciat, & sibi cõmunicet suũ regnum,imperfectam habet dilectionem : quia est tantum naturalis. Nam naturalis dilectio semper proprium bonum & commodũ quærit,& hęc nullum præmium à Deo meretur:

D.Bern. quia *diuina dilectio*,vt dicit Bernardus,*non vult esse mercenaria*.Vera enim &perfecta charitas præmium non quærit, quia irremunerata non

D.August. manet.Et ideo dicit August. *Ille perfectè diligit Deum,qui eius mandata custodit, non propter mercedis*

Idem. *vtilitatem, nec propter pœnæ timorem*. Et idem: *Diligam te domine propter te,supra me*. Signum autẽ huius dilectionis est, quando homo delectatur in omnibus his, quæ ad Deum pertinent, & ad honorem eius fiunt,quomodo, quando & à quo.Et dolet de omnibus his quæ contra Dei honorẽ fiũt.Secundò cõsistit vera& perfecta charitas in dilectione proximi,quæ tũc est perfecta, quando homò diligit proximum suum sicut seipsum,scilicet,in Deo, ad Deum, & propter Deum. Quia sicut quilibet homo sibi ipsi bonum cupit,tam in corpore quam in anima,& malum diffauet in istis : sic etiam quisque

quisque debet diligere proximum, vt semper de suo bono gaudeat, & sibi bonum appetat, & de suo malo doleat sicut de proprio. Et quamuis tamen homo ex præcepto, non sit astrictus adeo fortiter, respectu inimicorum, tamen testificatio huius dilectionis, non potest perfectè cognosci & sciri, nisi per istam dilectionem inimicorũ. Vnde dicit Saluator, *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne publicani hoc faciunt.* Dilectio igitur inimicorum est testificatio veræ & perfectæ dilectionis: quia hæc dilectio naturalis est, quod homo amicum suum diligit, sed alia dilectio est à gratia. Et ideo quamuis homo non sit tantum astrictus ad istam, sicut ad illam, tamen faceret hominem perfectum in charitate. Est enim perfectior quam dilectio amicorum, quia curat vulnera animæ, vt dicit Augustinus: *Ego vos ad dilectionem inimicorum vestrorum admoneo, quia ad sanandum vulnera peccatorũ, nullam medicinarum vtiliorem esse cognosco.* Est etiam Deo acceptior vt dicit Augustinus, *Qui dilexerit inimicos suos, hic Dei amicus erit.* Sed quidam sunt, qui inimicos suos sic diligunt, vt eis faueant vt ad regnum cælorum veniant, quod eis dare nec auferre possunt, quod etiam benè Iudæo & Pagano cupiunt. Hi non cogitant, quod filius Dei, etiam seipsum pro inimicis in mortem tradidit & pro eis rogauit: in signũ, quod debemus eos diligere, & etiam pro ipsis orare; quia hoc est probatio, vt Deum perfectè diligamus, quia dicit Gregorius: *Vna summa est probatio charitatis, si & ipse diligitur qui aduersatur,*

Luc. 6.
D. August.
D. August.
D. Greg.
D. August.

uersatur, sicut quo bona impendit. Et dicit Augustin. *Charitas nescit inimicos.*

Dominica tertia post Pascha.

SERMO XXIX.

1. Pet. 2. *Obsecro vos tamquam aduenas, & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, &c.* Prima Petri secundo. Quando pater, mittit filium suum ad studium, vel ad negotiandum, inter alia monet ipsum, vt malos, & malorum societatem fugiat. Sed quia carnalia desideria sunt mala & animæ inimica; Beatus Petrus, pater vniuersalis fidelium nos monet, vt ipsa fugiamus dicens. *Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos, abstinere à carnalibus desiderijs.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod ad hoc quod simus boni peregrini in exiliis huius mundi, quatuor requiruntur.

Primò vt vitam nostram disciplinabiliter ordinemus. Consuetudo enim est peregrinorum, vt, quando instat tempus peregrinationis, vt disponant siue ordinent res suas, & prouideant suæ familiæ: sic, cum simus verè peregrini in hoc seculo, quia nescimus quādo veniet tempus mortis, & peregrinationis nostræ, vt separemur ab hoc sæculo: ideo debemus omnē familiā nostrā, id est omnes vires animę & cordis nostri, ordinare & ipsis bene prouidere. Huius figurā habemus Math. 25. (Math. 25) *quod homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, dedit autem vni quinque talenta*

talenta, alteri duo, & alij vnum. Ecce iste homo peregre proficiscens, est quilibet homo tendens ad supernam patriam, quia proficisci est proprium soli homini. Superiores enim creaturæ vt Angeli, non proficiscuntur, quia iam termino suo, scilicet Deo, sunt coniuncti, nec Beati in purgatorio, quia in termino viæ sunt ad patriam, de quasi certificati sunt: nec damnati, quia ad perpetuum exilium sunt relegati, nec irrationabilia, quia omne bonum consistit in appetitu sensitiuo, qui inferius terminatur: quia totum bonum eorum est in istis inferioribus. Vnde solus homo est peregrinus inter alias creaturas, quia adhuc non est coniunctus suo vltimo fini siue bono siue malo. Vnde homini conuenienter potest dici illud Lucæ vltimo, *Tu solus peregrinus es in Ierusalem*: quæ interpretatur pacis visio, quia ipse homo tunc solummodo sic se habet, quod in videndo Deum, eius pacificatur appetitus. Iste ergo debet *vocare seruos suos*, scilicet, corpus suum, rationem & voluntatem, ad bonum statum, ne in aliquo seruitio peccati occupentur, sed, in solo diuino obsequio occupentur. Vnde debet eis *tradere bona sua* sibi à Deo collata, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ*, idest, iustorum, qui fulgebunt sicut sol in cõspectu Dei. Primò ergo seruo, scilicet, corpori debet, *dare quinque talenta*, id est, quinque sensus, vt ipsos in disciplina & spirituali custodia teneant, ne ad illicita vagentur. Disciplina enim nihil aliud est, quã quædam morum, & Luc. 24.

D. Gregor. dicit Gregor. in dialogo de quodam pusillæ staturæ, cui cum dixisset quidam, quod nihil hominis haberet: protinus lætus in amplexũ eius ruit, & magnas gratias agere cępit, quod ei talia indicasset dicẽs: *Tu solus es qui in me oculos apertos habuisti*. Sic & Apostoli gaudebant, quod poterant pro nomine Iesu contumeliam pati. Quinto requiritur, vt ad officia humilia paratum se exhibeat, de quo habemus exemplũ.
1. Reg. 22. 1. Reg. 22. de Abigail, pro qua cum misisset rex Dauid vt eam acciperet in vxorem, dixit: *Ecce famula tua sit in ancillam tuam, vt lauet pedes seruorum tuorum*. Sic etiam Christus se humiliauit,
Ioh. 13. quando lauit pedes discipulorum suorum, dicens: *Exemplum dedi vobis, vt & vos ita faciatis*. Sexto requiritur, vt libenter obediat. Qui enim humilis est, libenter obedit, exemplo Christi, qui
Phili. 2. *humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem*. Nota quod tres sunt gradus humilitatis, primus est subesse maiori, nec præferre se æquali: & hæc est necessaria & perfecta humilitas: secundus est, subesse pari, nec se præferre minori, & hęc est perfectior: tertius est, subesse minori, & nemini pręferri velle: & hæc perfectissima est humilitas.

Secundo debemus sequi Christi vestigia, per misericordiæ pietatem. Videmus enim ad oculum quod si quis posset sequi aliquem per viã, in qua magnum thesaurũ inueniret, stultus esset si esset indigens, & illũ non sequeretur. Ita est de via misericordiæ & pietatis, quod multiplex thesaurus virtutum inuenitur in ipsa. Vnde dixit quidam de sanctis patri-

patribus: *In hoc quisque Deum maxime imitatur, si nihil iudicat pretiosius quam misereri.* Et verè misericordia nihil pretiosius, superat enim tres nobiles virtutes, inter alias virtutes excellentes: primo pœnitentiã, quę immolat totũ corpus, ipsa vero animam, vt dicit Apost. *Corporalis exercitatio*, id est, pœnitentia *ad modicum vtilis est, pietas ad omnia valet, vita habens promissionem, qua nunc est, & futura.* Et hæc promissio est illa, quam Saluator promittit dicens, *Beati misericordes quoniam ipsi misericordiã consequentur*, hic & in futuro, id est, in extremo iudicio. Ipsa etiã superat caritatẽ in hoc, quod *charitas*, vt dicit Greg. *aliena bona sine labore sua facit*, Pietas aliena mala sua facit. Excellit etiã iustitiã, quia licitũ est peccatori de iudicio diuinæ iustitię appellare, ad iudiciũ diuinę misericordię; *quia misericordia eius super omnia opera eius*, Vnde propriũ est Dei, misericordẽ esse, sicut propriũ est ignis, calidũ esse. Vnde vera misericordia nihil pretiosius. Hãc Christus semper tenuit, vbique docuit. Ipsum enim de cælo deposuit, & humana fragilitate vestiuit. Misericordia ipsum ad suorum, pedũ ablutionem humiliauit, in passione sua quãdo in cruce pependit, in corde tenuit, quia sua interna passio maior fuit quam omnis exterior; nam magis cõpatiebatur nobis quã sibi, quia maximè sitiebat nostrã salutem. Vnde duplex fuit crux Christi; exterior, quæ fuit lignea; & interior quæ fuit aurea. Exterior fuit passionis & pœnæ; interior compassionis in mente, Et sicut dolor exterioris passionis non habuit similẽ, sic nec dolor cõpassionis. Vnde Thren. At-

1. Tim. 4.

Matth. 5.

D. Grego.

Duplex crux Christi.

Thren. 1.

Attendite & videte si est dolor, sicut dolor meus. Etsi-
cut Christus misericordiam in vita semper te-
nuit, sic sẽper docuit de misericordia, quę fuit
frequens illius lectio. Sẽper docuit discipulos
esse misericordes, dicens: *Estote misericordes, sicut*
Luc. 6. *& pater vester misericors est.* Vnde semel iratus fuit
discipulis suis de immisericordia, cum quidã
Samaritani eum non reciperent, & discipuli
Luc. 9. dixissent: *Vis dicamus, vt descendat ignis de cælo &*
consumat eos? Respondit quasi iratus Iesus, *Ne-*
scitis cuius spiritus estis, Lucæ 9. Hanc etiã mi-
sericordiam recessurus ab eis, specialiter in
pedum ablutione ostendit. Et ideò dicit Am-
D. Ambr. bros. *Misericordia est summa Christi lectio.* In hac
lectione examinabit scholares suos in nouis-
simo die. Beati sunt tunc illi qui misericordiã
in hac vita didicerunt, vt sequantur magistrũ
suum ad regnum perpetuum, sicut bonus di-
scipulus sequitur magistrum suum, sicut ipse
Luc. 9. dicebat, Lucæ 9. *Magister sequar te quocumque ieris.*
Vnde vt possimus sequi Christum per veram
misericordiam, est sciendum, quod vera mi-
sericordia siue pietas, consistit specialiter in
duobus: Primò, vt pauperibus secundũ possi-
bilitatem nostram subueniamus, vel necessa-
ria tribuamus, quia si quis hoc non faceret,
tunc non adimpleret perfectionem veræ mi-
D. Chrys. sericordię, quia dicit Chrysost. *Quam diu aliquid*
habes, & pauperi indigenti & te petenti negas, mandatũ
veræ misericordiæ non adimplesti. Hoc mandatum
Beatus Iob adimpleuit, qui peregrinos susce-
pit, & cuius ostium viatori patuit, qui panem
suum cum pauperibus comedit, nec paupe-
ribus

tibus quod desiderabant negauit. Vnde & dicit, *Ab initio* natiuitatis meæ *creuit mecum miseratio*. Secundo consistit in hoc specialiter, vt debitoribus nostris, vel illis qui in nos peccauerunt, ex corde dimittamus, quia dicit Gregorius, *Vere misericors est qui inimicis miseretur*. Sic Deus solem suum facit oriri super bonos & malos: & idem verus misericors, libentius dimittit offenso, quam offendens velit petere, quia nec offensam vindicare vult, nec vindicare appetit. Promptior enim est ad veniã offendenti dandam, quam offendens ad veniam postulandam: quia magis turbatur de peccato offendentis, quam de propria offensa quã patitur: sic Christus ignouit suis crucifixoribus; sic Dauid ignouit Semei sibi maledicenti, & suis prohibuit ne ipsum occiderẽt, & dixit: *Forte Deus dabit mihi benedictionem*. Vnde legitur de eo, quod in misericordia sua consecutus est regnum. Sic Ioseph ignouit fratribus suis cum lacrymis, qui ipsum occidere volebãt, & vendiderunt, & ideo factus est dominus Ægypti. Sic Moyses ignouit ipsum offendentibus, in adoratione vituli, cum orauit pro eis dicens: *Aut certè dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti*. Et quãuis prima misericordia sit optima, tamen ista est nobilissima: quia dicit Augustinus: *Multa sunt genera eleemosynarũ, sed ea nihil maius, quando ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccauit.*

Iob. 31. D. Greg. Exod. 32. D. August.

Tertiò debemus sequi Christum per cordis puritatem. Videmus enim in exterioribus, quod quilibet libenter graditur in illa via,

mediante qua poteſt placere ſuo amico dile-ćto, & diligi ab ipſo. Deus autẽ ſummè diligit munditiam & puritatem cordis. In cuius ſignum matrem virginem habere voluit, & propter hoc naſci voluit, vt nos mundaret à peccatis in ſanguine ſuo. Septem enim Sacramẽta ad hoc inſtituit, vt nos mundos faceret, & in munditia conſeruaret. Vnde nihil amabilius Deo: in cuius ſignum, cum ipſe ſit *candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula*, Ioannem Euangeliſtam præ cæteris, quia virgo fuit, nõ ſolum corpore, ſed & mente, magis diligebat.

Hebr. 1.

Vnumquodque enim diligit magis ſimile ſibi. Cum enim Chriſtus ſummè mundus ſit, homines mundo corde diligit, quia mundities cordis, eſt radix & origo omnis munditię; ſicut radix eſt principium pulchritudinis in arbore: & ſol principium aliorum luminum, quia nulla ſpecioſitas eſt in lumine niſi deſcendat à ſole. Vnde munditiam cordis ſummè diligit. Vnde dicit Auguſtinus, *Diligit Deus ſancta corda*, id eſt pura corda, quia perfecta puritas, eſt perfecta ſanctitas. Quanto enim homo eſt purior, tantò ſanctior. Vnde quia Chriſtus ſupremũ gradum puritatis habuit, ideo etiam vocatur ſanctus ſanctorum, Et ideo ſi volumus ſequi Chriſtũ, & eius veſtigia, ſtudeamus habere munditiam cordis: quia quanto magis ſumus mundi corde, tanto magis Chriſtum ſequimur. Et ideo dicit Auguſt. *Tota puritas debet eſſe in Chriſtiano, ſicut Deus pura lux eſt.* Cum ergo Chriſtus ſit *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

D. Auguſt.

D. Auguſt.

Ioan. 1.

nos

nos debemus ipsum sequi, vt illuminemur. Vnde de seipso dicit Ioan. 8. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Vnde etiam virgines, quę sunt non solum corde, sed etiam corpore mundę, specialiter sequi debent regem lucis. Vnde dicitur, Apoc. 14. *Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit.* Quia sicut elementa quantò sunt puriora, tanto sunt cælo viciniora: sic homines quanto sunt periores, tanto vicinius sequuntur Christum, quia incorruptio proximum facit Deo, vt dicit Sapiens. Ioan. 8. Apoc. 14

Vt igitur Christum sequi possimus cum vera cordis munditia, est sciendum, quod sex sunt vtilia ad acquirendam cordis munditiã. Primũ est verbi Dei auditio, quia dicit Bern. super illo, *Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud; Continuè audire & custodire, viuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, & mundat.* Dupliciter enim mundat. Primò quia est speculum, quod maculas cordis ostendit: Secundò, quia dat aquã gratiæ, quæ maculas cordis tergit. Istud figuratum est per lauatorium tabernaculi, de quo legitur Exodi. 26. *Quod habebat speculum exterius*, in quo ingredientes tabernaculum, immunditiam suam videre potuerunt, *& intus aquam*: qua eam lauabant. Secundum est vera contritio, quia ex ipsa prouenit aqua lachrymarum, ex quibus cor totaliter mundatur à vitiis, si sæpe inde lauatur. Vnde Grego. *Polluta dudum conscientia, lachrymis baptizata renouatur.* Tertium est frequens confessio, quia confessio peccatorũ cor purgat totaliter à sordibus vitiorum, & si mun- Exod. 26. D. Gregor

mundum est, eo mundius efficitur. Vnde
4.Reg.5. fuit dictum, 4.Reg.5. ipsi Naaman, id est, cuilibet peccatori, *Vade & lauare septies in Iordane*. Lauatur septies, qui septem vitia capitalia humiliter confitetur: quia dicit Bernard. *Ama confessionem, si affectas decorem*, Et dicit Psal. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius*, scilicet Dei. Quartum est eleemosynarum largitio, quia dicit Saluator, Lucæ 11. *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis*. Maximè autem mundat cor, quando fit ex charitate, quia ignis charitatis est maximè purgatiuus. Quintum est tribulatio, quia sicut ignis purgat aurum à scoria, sic tribulatio purificat cor à sorde. Vnde Psalmista. *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas*. Sed videat vnusquisque, ne per impatientiam, in igne tribulationis exuratur sicut palea, sed examinetur & probetur sicut aurum per veram patientiam, alias oportet eum timere illud Matthęi 3. *Paleas autem comburet igni inextinguibili*. Sextum est deuota oratio, quia munditia in oratione acquiritur. Vnde Dauid orauit, *Cor mundum crea in me Deus*, Et Saluator dum oraret, *facta est species altera, & vestitus eius albus & refulgens*, in quo signatur quod munditia quam intus habuit in corde, in oratione se foris demonstrauit in corpore. Sic in oratione homo mũdior efficitur.

D. Bern. Psal.95 Lucæ 11. Psal.16 Matth.3 Psal.50

Quartò debemus vestigia Christi sequi, per veram charitatem. Experimur enim ad sensum, quod quilibet bonus discipulus, libenter incedit per viam quam sibi suus dilectus Magister præcipit. Sed quam diu Christus vixit

super terram, ipsam charitatem verbis & exemplis docuit & pręcepit. Et vltimo quando recessurus erat à discipulis, præceptum dilectionis renouauit dicens, *Hoc mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Vnde quãuis per multas virtutes possimus sequi Christum, tamen inter omnes virtutes, nulla est quę ita potissime sit propria Christo. Quamuis enim humilitas & misericordia Christũ mouerunt, vt homo fieret, non tamen Christum coëgerunt sicut charitas, quæ ipsum coëgit, vt humanã naturam sumeret, & alia multa propter nos sustineret, vt dicit Hugo: *Si causã quærimus, quare Deus humanæ naturæ viri voluit, nullam præter dilectionem inuenimus. Ita traxit eum de cælo ad terram, de terra ad crucẽ, de cruce ad sepulchrum, & demum de terra ad patriam.* Qui igitur istud mandatum implet perfectè, imitator Christi potest dici. Nihil enim vtilius, & nihil Christo charius, quam habere charitatem: quia nulla virtus est perfecta sine charitate. Et Apostoli, vt se Deum diligere ostenderent, cum ipsum sequi volebant, dicebant: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, Matth. 19. Nam qui Christum vere diligit per dilectionem, omnia transitoria propter ipsum dimittit. Sed vt possimus verè sequi vestigia Christi, est sciendũ, quod debemus primò veram & perfectam dilectionem habere ad Deum, quæ tunc est perfecta & vera, quãdo homo toto corde totis viribus suis, & toto desiderio se eleuat in Deũ, ipsum super omnia diligẽdo, nec aliquod bonũ perpetuũ vel tẽporale ipse quęrat, sed solũ ipsum diligat,

Ioan. 13.
Hugo
Matth. 19.

diligat,& desideret propter eius essentialē & immatā bonitatem, nobilitatem, sanctitatem, perfectionem, & felicitatem: homo enim qui vult esse perfectus in charitate, non debet diligere, nec desiderare Deū propter mercedis vtilitatem: quia hoc addiscit homo perfectus à Deo in hoc, quod se deuotę animæ infundit, nihil aliud in ipso quærendo, quam vt ipsum solūmodo diligat, & de bonitate & perfectione sibi cōmunicet. Et ideo qui sic Deū diligit, vt bonū sibi faciat, & sibi cōmunicet suū regnum, imperfectam habet dilectionem: quia est tantum naturalis. Nam naturalis dilectio semper proprium bonum & commodū quærit, & hęc nullum præmium à Deo meretur: quia *diuina dilectio*, vt dicit Bernardus, *non vult esse mercenaria*. Vera enim & perfecta charitas præmium non quærit, quia irremunerata non manet. Et ideo dicit August. *Ille perfectè diligit Deum, qui eius mandata custodit, non propter mercedis vtilitatem, nec propter pœnæ timorem*. Et idem: *Diligam te domine propter te, supra me*. Signum autē huius dilectionis est, quando homo delectatur in omnibus his, quæ ad Deum pertinent, & ad honorem eius fiunt, quomodo, quando & à quo. Et dolet de omnibus his quæ contra Dei honorē fiūt. Secundò cōsistit vera & perfecta charitas in dilectione proximi, quæ tūc est perfecta, quando homò diligit proximum suum sicut seipsum, scilicet, in Deo, ad Deum, & propter Deum. Quia sicut quilibet homo sibi ipsi bonum cupit, tam in corpore quam in anima, & malum diffauet in istis: sic etiam quisque

D. Bern.

D. August.

Idem.

quisque debet diligere proximum, vt semper de suo bono gaudeat, & sibi bonum appetat, & de suo malo doleat sicut de proprio. Et quamuis tamen homo ex præcepto, non sit astrictus adeo fortiter, respectu inimicorum, tamen testificatio huius dilectionis, non potest perfectè cognosci & sciri, nisi per istam dilectionem inimicorū. Vnde dicit Saluator, *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne publicani hoc faciunt.* Dilectio igitur inimicorum est testificatio veræ & perfectæ dilectionis: quia hæc dilectio naturalis est, quod homo amicum suum diligit, sed alia dilectio est à gratia. Et ideo quamuis homo non sit tantum astrictus ad istam, sicut ad illam, tamen faceret hominem perfectum in charitate. Est enim perfectior quam dilectio amicorum, quia curat vulnera animæ, vt dicit Augustinus: *Ego vos ad dilectionem inimicorum vestrorum admoneo, quia ad sanandum vulnera peccatorū, nullam medicinarum vtiliorem esse cognosco.* Est etiam Deo acceptior vt dicit Augustinus, *Qui dilexerit inimicos suos, hic Dei amicus erit.* Sed quidam sunt, qui inimicos suos sic diligunt, vt eis faueant vt ad regnum cælorum veniant, quod eis dare nec auferre possunt, quod etiam benè Iudęo & Pagano cupiunt. Hi non cogitant, quod filius Dei, etiam seipsum pro inimicis in mortem tradidit & pro eis rogauit: in signū, quod debemus eos diligere, & etiam pro ipsis orare; quia hoc est probatio, vt Deum perfectè diligamus, quia dicit Gregorius: *Vna summa est probatio charitatis, si & ipse diligitur qui aduersatur,*

Luc. 6.

D. August.

D. August.

D. Greg.

D. August.

talenta, alteri duo, & alij vnum. Ecce iste homo peregre proficiscens, est quilibet homo tendens ad supernam patriam, quia proficisci est proprium soli homini. Superiores enim creaturæ vt Angeli, non proficiscuntur, quia iam termino suo, scilicet Deo, sunt coniuncti, nec Beati in purgatorio, quia in termino viæ sunt ad patriam, & quasi certificati sunt: nec damnati, quia ad perpetuum exilium sunt relegati, nec irrationabilia, quia omne bonum consistit in appetitu sensitiuo, qui inferius terminatur: quia totum bonum eorum est in istis inferioribus. Vnde solus homo est peregrinus inter alias creaturas, quia adhuc non est coniunctus suo vltimo fini siue bono siue malo. Vnde homini conuenienter potest dici illud Lucæ vltimo, *Tu solus peregrinus es in Ierusalem*: quæ interpretatur pacis visio, quia ipse homo tunc solummodo sic se habet, quod in videndo Deum, eius pacificatur appetitus. Iste ergo debet *vocare seruos suos*, scilicet, corpus suum, rationem & voluntatem, ad bonum statum, ne in aliquo seruitio peccati occupentur, sed, in solo diuino obsequio occupentur. Vnde debet eis *tradere bona sua* sibi à Deo collata, *quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminũ*, idest, iustorum, qui fulgebunt sicut sol in cõspectu Dei. Primò ergo seruo, scilicet, corpori debet, *dare quinque talenta*, id est, quinque sensus, vt ipsos in disciplina & spirituali custodia teneant, ne ad illicita vagentur. Disciplina enim nihil aliud est, quã quædam morum, & sensuum Luc. 24.

sensuum ordinata & debita ordinatio, & bona ac omnium membrorum quædam puellaris cõpositio. Dupliciter enim debemus sensus nostros in disciplina tenere: Primò vt eos ad omnia ista, quæ contra Deũ sunt, concludamus, ne auris mala audiat, ne oculus inhonesta videat, ne os turpia loquatur. Secundò, vt eos ad ea quæ ad Deum pertinent, in quadam spirituali lætitia opprimamus, ita vt de omnibus, quæ ad Deũ pertinent libenter audiamus, & loquamur & omnem diuinũ cultum libenter videamus. Secundo seruo, scilicet rationi, debet *dare duo talenta*, scilicet scientiam vt bonum eligat, & malum fugiat. Et ista duo debet habere ratio. Sed tamen peccatum quod malum est debet dimittere, quod autem bonum est, debet tenere. Iuxta illud Math. 24. *Erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur*. Lectus iste est ratio bene ordinata. In ista debent esse duo, scilicet, quid fugiendum vt dimittat, & quid eligendum vt eligat. Tertio seruo, scilicet voluntati debet *dare vnũ talentũ*. Istud talentum est amor summi boni, quia quod agit pondus in corporibus, hoc agit amor in spiritibus. Vnde dicit

Matt. 24.

D. August. Augustinus, *Amor meus pondus meum, illo feror quocunque feror*. Debet autem hoc talentum dare voluntati, vt ipsum ferat in summum bonum in quo sunt omnia recollecta. Quantũcumq; enim alij sensus occupentur circa alia, voluntas semper debet situari in Deo, quia nihil aliud habet agere, nisi vt se pura affectione offerat Deo. Sed heu dicitur ibi, quod ille,

cui

cui commissum fuit vnum talentum, *abiens fodit in terram & abscondit pecuniam domini sui*, quod hodie faciunt multi, qui affectionem suã omnino ponunt in terrenis, sicut superbi in excellentia & dignitatibus, superfluis vestibus se ornantes : alij, vt auari & vsurarij, cor in terrenis diuitiis statuentes : alij, vt luxuriosi ponunt cor, & affectionem suam, in luxuriis & delectationibus carnis. Sed hoc non debet fieri. Debet autem homo cor suum & affectionem suam ponere in vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & hoc est summum bonũ, quod ipse solus Deus est: de quo bono dicitur Lucæ 10. *Porro vnum est necessarium*. Secundò requiritur vt viam gratiæ obseruemus. Videmus enim ad oculum, quod peregrini valdè solliciti sunt, vt rectam viam teneant, ne deuient: sic & nos spiritualiter debemus facere. Sumus enim inter creaturas ceteras, peregrini in hoc sæculo : Via autem recta, quæ nos ducit ad patriam, est status gratiæ, & si deuiamus à statu gratię, via pœnitentię reducit nos ad viam & statum gratiæ, vt dicit Saluator: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ.* Debemus ergo valde solliciti esse, de via gratiæ obseruanda, ne erremus in via peccatorũ tenebrosa, quæ ducit ad infernum. Huius figuram habemus Gene. 26. quod dicebat Dominus ad Isaac, *Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare in ea.* Ægyptus interpretatur tenebra, & significat statum peccati, in quo anima totaliter obtenebratur. Vnde legitur Exodi. 10. *Quod tenebræ horribiles*

Luc 10. Matt. 3 Gen. 26 Exod. 10.

visibiles erant in vniuersa terra Aegypti, id est, in anima cuiuslibet peccatoris. Et ideo bene dicit, *Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi,* hoc est, tene te in statu gratiæ. Et *peregrinare in ea,* id est tamquam peregrinum te habe in ea, quãdiu in exilio huius sæculi vixeris. Nota, quod gratia est vtilis animæ propter tria. Primò, quia ipsam viuificat ad benè operandum: sicut enim quodlibet animal, viuit in elemento sibi proportionato, vt bestiæ in terra, pisces in aqua, aues in aëre: sic anima viuit in diuina gratia, quia est spirituale esse animæ: nam extra gratiã non habet esse spirituale. Et ideo dicebat Apostolus, *Gratia Dei sum*
1. Cor. 15. *id, quod sum.* Et ideo quam diu anima est in gratia, sua opera sunt æternę vitæ meritoria, quia sunt viua. Secundò, quia animam confortat, nam gratia immediate datur in remediũ contra peccatum, & in adiutorium ad omne meritum. Vnde dicebat quidam in vitis patrũ, *Gratia nihil pretiosius, quia speciosior sole, splendidas facit animas, nihil ea vtilius in vita hominibus, quia replet animam thesauris virtutum, & bonis operibus: nihil etiam ea potentius, quia cogit Deum inuincibilem, & facit eum homini obedientem.* Tertiò illuminat animam, ad contemplandum Deum in hac vita, vt dicit Fulgentius in quodam sermone: *Sicut radius solaris, subita illustratione, totum mundum illuminat: sic diuina gratia, subita visitatione, totam mentem illustrat.* Sicut enim cryſtallus à sole illuminatus fit clarus & splendidus: sic gratia animam ex omni parte facit splendidam lumine diuini amoris. Cum enim speciosior sit sole, spendidas

das facit animas. Sed heu quidam in hoc lumine, siue statu gratiæ nolunt se tenere; sed descendunt in tenebrosam vallem peccatorũ, vbi spoliantur omni spirituali bono. Huius similitudinem ostendit Saluator Lucæ 10. Luc. 10.
dicens, *Homo quidam descendit ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliauerunt eum, & plagis impositis, abierunt semiuiuo relicto.* Ierusalem fuit quædam nobilis ciuitas, & potest significare statum gratiæ, in quo homo erat, vel nobilem ciuitatem cælestem, ad quam homo tendebat cùm esset in gratia. Ab hac quidẽ descẽdebat in Iericho, quæ interpretatur defectus omnis boni, quando à recta via gratiæ abstrahitur in viam peccati, in qua est defectus omnis boni. Et bene descendit, quia quando in peccatum labitur, semper descendit, quia via peccatorũ semper est in descensu, sicut via gratię semper in ascensu. Sed quando sic descendit per continuam vitæ peiorationem, tunc incidit in latrones, id est in Angelos tenebrarum, qui primò ad animam veniunt per malam suggestionem, & intrant per consensum, sed obsident per consuetudinem, & obstinationem in peccatis, qui tunc spoliant eam: quia omnia vestimenta eius spiritualia, vt gratiam, virtutes, merita, & bona opera quæ antè fuerunt, auferunt. Et non solum ipsum hominem spoliant, sed etiam plagas imponunt, quia diuersis peccatis ipsum vulnerant. Tot enim vulnera sunt, quot peccata: sed abierunt ipso semiuiuo relicto, quia totaliter ipsum non possunt occidere.

Nam quantúcumq. homo sit peccator, non tamen priuatur libero arbitrio, mediante quo potest sibi conficere medicinam gratiæ, & reuiuiscere ad gratiam. Sed si non sumit medicinam pænitentiæ, obstinatus in peccatis morietur, & proiicietur in profundum inferni, vbi erit miseria sine fine. Ne *descendas ergo in Aegyptum*, id est peccatum, sed *quiesce in terra gratiæ, & peregrinare in ea* quandiu vixeris, quia tunc audies istud quod sequitur, quod dixit Dominus ad Isaac: *Eroque tecum & benedicam te*, per illud verbum, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi*.

Matt. 25

Tertiò requiritur, vt continue de virtute in virtutem ambulemus. Videmus enim ad oculum, quod peregrini non trahunt longam moram, in locis per quæ transeunt, sed continuant dietas suas: sic cum simus tamquam peregrini in hoc sæculo, quia non sumus cõiuncti adhuc termino nostro, siue bono siue malo: ideo non possumus trahere longã moram in hoc sæculo, quia dicit Apostolus. *Quam diu sumus in corpore, peregrinamur à Domino*. Quia ergo homo est vitæ accommodatus, non donatus: ideo siue velimus siue nolimus, oportet nos vltra transire. Quia sicut hora nihil est, respectu centum vel mille annorum, ita si viueret homo, quandiu mundus durabit, nihil esset respectu æternitatis, *Quia finiti ad infinitum nulla est comparatio*, vt dicit Boëtius. Ideo debemus continue ire de virtute in virtutem, quæ sunt nostræ spirituales dietę. Hanc viam debemus

2. Cor. 5.

Boetius.

bemus, quandiu sumus in hoc sæculo, continuare, cum simus peregrini, donec ad patriã veniamus. Ideo dicit Psalmista, *Ibunt de virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion*. Et Apostolus, *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus*. Vnde debemus ire de virtute in virtutem, vel propter connexionem virtutum, vel quia habens vnam virtutem perfectè, disponitur ad aliam eo magis, vel quia vna trahit ad aliam, sicut vnum peccatum ad aliud: vel quia magis radicatur virtus, ex multis operibus virtuosis. Sic ergo ire debemus de virtute in virtutem, quemadmodum apis, quæ non quiescit, sed transit de flore in florem, & à quolibet flore, si dulcis est, dulcedinem mellis trahit. Sic debemus semper proficere, scilicet de virtute in virtutem ire, quia ex ipsis post istam vitam trahemus dulcedinẽ æternæ vitæ. Vnde dicit Plato, *Quod anima ad hoc infusa est in corpore, vt fœnoretur scientias, & virtutes*, quæ si cum magno lucro reuertitur, benignè recipitur à suo creatore. Si autem nihil, religabitur ad infernũ. Vnde nota quod virtus, animæ peregrinantiin exilio huius mũdi, multa bona facit. Primo animam spiritualiter ornat, vt in sua profectione Deo placeat. Vnde dicitur de sponsa in Canti. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis*, id est, Christi, quia sicut calceamenta ornant in suo esse, sic virtutes animam in sua perfectione: quia *virtus est quadam spiritualis pulchritudo animæ*, vt dicit Augustinus. Est quædam intelligibilis pulchritudo, qua pulchri sunt plerique, qui in

Psal. 83. Hebr. 13 Plato Cant. 7. D. August.

corpore distorti sunt. Vnde virtus adinsta
D. Bern. cæli, animam ornat, vt dicit Bernardus, *Est cælum anima sancta, habens solem, intellectum: lunam, fidem: astra, virtutes: nec est beata vita locus in anima,*
Prou. 8. *nisi mediantibus virtutibus. In hoc libenter habitat, cuius delitiæ sunt esse cum filiis hominum.* Secundò virtus animam roborat in isto exilio, vt in sua perfectione fortis existat. Primo dat ei fortitudinem, vt ardua aggrediatur, quæ sunt supra ipsam, vt sunt articuli fidei, qui sunt supra cõprehensionem rationis, & talis fortitudo necessaria est animæ proficienti, quia *sine fide est*
Hebr 11. *impossibile placere Deo.* Secundo debet ei fortitudinem, vt aduersa patiatur: quia per *multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei.* Tertio dat ei fortitudinẽ, vt à placitis abstineat. *Sensus &*
Gen. 8. *cogitatio humani cordis, ad malum proni sunt ab adolescentia sua.* Ideo oportet vt homo cum quadam violentia, ab his quæ sibi placent, etiam se abstineat: & hęc virtus maxima est: quia *multa*
1. Cor. 6. *licent quæ non expediunt*, vt dicit Apostolus. Tertiò, virtus animã in suo exilio bene ordinat, vt in sua profectione omnia rationabiliter faciat: quia in regno animę, virtus semper facit nobiliorem partem regnare, quia solium iudicij rationi totaliter tribuit, quæ tamquam prudẽs Rex, omnia inordinata in regno ani-
Prou. 20. mæ dissipat. Vnde dicitur Prouerb. 20. *Rex qui sedet in solio iudicij, intuitu suo omne malum dissipat.* Et ex ista debita & bona ordinatione, regnum
Eccli. 10. animæ fit. Vnde dicitur, *Beata terra cuius Rex nobilis est*, quia sine ratione regnum animę miserum est, sicut regnum Roboam, qui potius *acquie-*

acquieuit consilijs iuuenum quàm senum. Sic quando anima obedit stultis sensibus, & non consilio rationis, tunc regnum animæ est miserum, quia omnino est inordinatum. Quarto virtus animam in suo exilio, de felicitate æterna signo spiritus sancti certificat, ne in virtutum profectione deficiat: quia spes præmij solatiũ facit labori. Ipsa enim virtus trahit spiritum Sanctum ad animam, quæ est certissimum pignus, & arrha hæreditatis æternæ, ad quam anima, tamquam dilecta dei filia, est creata. Sicut enim homo qui habet bonum pignus, certus est de solutione: sic anima habens virtutem & gratiam spiritus Sancti, certa potest esse de æterna felicitate, vel saluatione, vt dicit Apostolus, Ephes. 1. *Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ*, Et idem. *Signauit*, scilicet, virtutibus *& dedit pignus spiritus in cordibus nostris*. Et ideo debemus semper in virtutibus proficere, vt ad patriam veniamus, vbi sunt omnia bona. Eph. 1.

Quarto requiritur, vt cælestem patriam semper desideremus. Videmus enim ad oculum quod peregrini, quãtumque etiam longe sunt, siue diu fuerunt in terra aliena, semper desiderant patriam. Sic etiam quantumcũque diu debeamus esse in sæculo, semper tamen debemus desiderare patriam nostram, quæ est cælestis paradisus. Istã omne desiderare debemus tanquam peregrini huius sæculi vel exilij. Vnde Augustinus. *Tota vita boni Christiani sanctum desiderium est*, vt scilicet desideret cęlestẽ patriam. Et ideo docet nos Saluator, vt istam D. Augu

patriam semper desideremus in oratione dominica dicendo, *Pater noster qui es in, &c.* Non docet nos desiderare hic diu viuere, quia vita hæc exilium est: & ideo turpe est quod hic quærimus diu viuere, qui patrem habemus in cælis, qui nobis vult impertiri suum perpetuũ regnum. Videmus enim quod peregrini, quando aliquas moras trahunt in aliqua ciuitate, non dicunt se ciues esse in illa ciuitate, sed reputant se esse humiles hospites & aduenas, sed quando veniunt ad suas ciuitates: sic homo in ista vita est hospes & peregrinus Dei, missus enim est ad peregrinandum, quãdo Trinitas infudit animam corpori. Vnde istę tres personę in Deitate possunt dicere cuilibet sanctę & deuotæ animæ illud Tobiæ 10. *Te misimus peregrinari.* Et ideo quamdiu in hac vita sumus, tamquam exules & peregrini sumus. Sed quando veniemus ad patriam nostram, supernam ciuitatem Ierusalem, tunc audiemus illud verbum Apostoli ab omnibus Angelis, *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Et ideo charissimi, tamquam exules & peregrini desideremus patriam nostram, vbi erimus ciues sanctorum & domestici Dei, cælestis patris, quem quærimus in hoc amaro exilio, quod breuiter exituri sumus. Surgamus ergo sancto desiderio, non iaceamus in isto exilio per affectionem. Vnde dicitur Ruth primo de Noemi quæ fuit peregrinata in Moabitide, *Surrexit vt in patriam pergeret.* Per istam Noemi, quæ interpretatur amara, potest intelligi quilibet amator patrię, cui

Tob. 10
Eph. 2.
Ruth. 1

cui amarus est iste mundus. Ille debet surgere, suo deuoto desiderio, à dilectione mundialium, & pergere in patriam per spei solatium: quia solatium spei trahit hominem ad dilectionem patriæ, quam continuè desiderat. Vnde August. *Iaculo amoris tui Domine vulneratus sum, & vehementi desiderio ad te venire desidero, & te videre cupio.* Et Bernard. *Instar solis vrentis, desiderij amor, peregrinantem in corpore animam, decolorat.* Et Augustinus, *Si dulcis est patria, est amara peregrinatio: si amara est peregrinatio, tota die tribulatio.* Et idem, *Propria habitatio animæ est ipse, qui creauit eam.* D. August D. Bern. D. August.

Vnde nota quod homini desideranti cælestem patriam, Primo mundus debet esse exilium, sicut etiam est in rei veritate: & hoc ideo quia homo natus est in Deo, ex Deo, & ad Deum, in Deo natus est, sicut ars dicitur esse vna in mente artificis, Vnde dicit Chrysost, *quod diuina sapientia est vita omnium, in esse ducit omnia, & continet omnia.* Vnde dicit Ioan. *Quod factū est in ipso,* scilicet, Deo, *vita erat.* Et super illo verbo dicit August. *Quod factū est in tempore siue viuēs, siue carens vita, in spirituali factoris ratione semper viuit & vixit.* Est etiam secundo, homo natus ex Deo, quia ipse est pater noster, qui creauit nos. Et ideo Saluator docuit discipulos suos sic orare, *Pater noster qui es in cælis,* &c. Est etiā tertio natus ad Deum, quia eum Deus ad se fecit, secundum quod dicit Augustinus, *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrū, donec redeat ad te.* Et quia homo natus est in Deo, ex Deo, & ad Deum: ideo istum mundum debet exilium reputare. Iuxta illud Apostoli, *Quamdiu* D. Chrys. Ioan. 1. D. August. Matth. 6 D. August. 2. Corint. 5

dia viuimus in hoc mundo, peregrinamur à Domino. Et ideo *cupiebat dissolui, & esse cum Christo.* Secundo debet illi proprium corpus esse carcer, sicut est etiam in re. Anima enim, cum sit immortalis, & deiformis, & supra tempus; ideo ab omni creatura libera est. Et ideo quamdiu in corpore clauditur, tamdiu tamquam in carcere est. Sed posset aliquis dicere, quare ergo corpori coniuncta est? Respondeo quod propter tres causas. Prima est, vt anima in carne, per carnem merita multa perquireret. Plura enim sunt, in quibus sine carne mereri non posset, sicut est concupiscentias domare, ieiunare, peregrinari, & martyrium sustinere. Secunda est, vt anima carnem tamquam fidelē consociam custodiret, & eam in supernis sedibus collocaret: Caro enim per se beatitudinis susceptiua nō est, nisi mediante anima stolam immortalitatis indueret. Tertia est, vt dominus vniuersum suum perficeret. Cum enim sit quædam creatura purè corporalis, sicut creatura sensibilis: quædam purè spiritualis, sicut Angelus; necesse fuit, vt Deus in vniuerso perficeret, quod alia creatura esset, quę carne & spiritu esset composita, vt est homo. Vnde creato homine *Dei perfecta sunt opera.* Sed quia hęc vnio, qua anima sic vnitur corpori, impedit eā quod tam cito nō potest esse cum suo optimo, ideo videtur ei corpus esse

Rom. 7. carcer. Et ideo dicit Apostolus, *Infelix ego homo quis me liberabit*, &c. Tertio debet sibi esse crux intendens de istis terrenis, quia homini perfecto, *cuius conuersatio in calis est*, &c. Deus iam, vere Deus

se Deus factus est. Et quia Deus est totũ, quod est amabile, & desiderabile: ideo talis totum postposuit, quod Deus non est, quia illi Deus iam omnia factus est. Vnde legitur de Beato Paulo Apostolo, quia semel venit in Greciam, vbi cum magno honore & reuerentia fuit acceptus, & à suis amicis ad conuiuium inuitatus; & cum sic inter eos sederet, inclinauit caput ad manus suas, & sursum respiciens in cælum, suspirauit. Tunc amici circumsedentes, quesierunt que esset causa suæ tristitiæ: respondit, Homini, cuius conuersatio in cælis est, totaliter mortuum est quod terrenum est, & totus mundus ei crucifixus. Et idem de se dicit, *Mibi mundus crucifixus est, & ego mundo*, &c.

Nota de Beato Paulo.

Galat. 6.

Dominica quarta post Pascha.

SERMO XXX.

A*Biicientes omnem immunditiam*, &c. Videmus ad sensum, quod homo debilis aliquo pondere quod suas vires excedit oneratus, prudenter facit, si illud abiicit à se, quia si non abiiceret, necessario succumberet sub ipso. Consimiliter Beatus Iacobus, videns quod immunditia nimis grauat hominẽ, & deprimit eum ad profundum inferni, monet nos vt ipsam abiiciamus dicens; *Abiicientes omnem immunditiam*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod peccatũ est abiiciendum, propter quatuor quæ facit homini.

Iacob. 1.

Primò

Primò,quia animam deturpat: experimur enim ad sensum,quod homo habens aliquam pulchram imaginem depictam in domo sua, si hæc deturpatur per immunditiam aliquam corporalē: mox talem immunditiam abstergit. Sed anima est pulcherrima imago Dei, & nihil ipsam adeo deturpat sicut peccatum, & nihil ipsius pulchritudinem adeo augere potest sicut virtus. Vnde peccatum,ipsam totaliter tenebrosam facit & odiosam, sed virtutes lucidā & gratiosam. Sunt enim ista duo contraria,virtus & vitium, sicut lux & tenebræ. Vnde sicut recedente luce,aër remanet tenebrosus, sic abeunte virtute & gratia,anima manet tenebrosa peccatis, quia *peccatum* secundùm Augustinum, *nihil aliud est quam priuatio boni.* Vnde hortatur nos Apostolus, *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Vnde sciendum quòd peccata dicūtur primo tenebræ,quia in tenebris fiunt. Nam *qui malè agit, odit lucem*, vt dicit Saluator. Sunt enim sicut aues de nocte volantes, & in die latentes, & tamquam ligna putrida de nocte lucentia, & in die sunt deformia. Secundò quia homines cæcos faciunt, sicut enim tenebræ excæcant oculos naturales, sic peccata oculos spirituales animæ. Hinc dicitur de illis pessimis sacerdotibus,qui propter suam libidinem volebāt condemnare Susannam, quod *malitia excæcauit oculos eorum.* Vnde dicit Gregorius, *Carnalis delectatio quem inficit obscurat, vt videre luminis claritatem non valeat.* Tertiò,quia ad tenebras ducunt, ad illas scilicet tenebras, de quibus dicit Saluator.

Rom. 13

Ioan. 4.

D. Grego.

tor. *Proiicite eũ*, ſcilicet peccatorẽ, *in tenebras exteriores*, ſcilicet in infernũ, *vbi erit fletus & ſtridor dentium.* Vnde etiã nota quod virtutes dicuntur lux, propter multiplicem effectum lucis. Primo quia lux habet effectum directiuum. Dirigit enim hominem ne deuiet in via, quæ ducit ad regnũ perpetuũ. Et ideo comparatur ſtellę maris, quia ſicut illa nauigantes in mari cit ad portum, ſic fides perducit ad portum cæleſtis patrię, quam nemo intrare poteſt, niſi habeat rectam fidem. Sicut nautæ neſcientes ſtellam maris, errant, & ad portum quò tendunt non perueniunt. Hæc eſt illa ſplendida ſtella, quæ tres Reges duxit ad Chriſtũ, quãdo natus fuit in Bethleẽ. Secundo virtutes dicũtur eſſe lux; quia lux habet, effectũ lætificatiuũ, ſed tenebræ contriſtatiuũ. Iuxta quod dicebat Tobias: *Quale mihi gaudiũ, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Sic etiam ipſæ virtutes, ſpecialiter tamen virtus Theologica quæ ditur ſpes, quæ quoddam ſpirituale gaudium operatur in anima, iuxta exhortationem Apoſtoli: *Spe gaudentes.* Ipſa enim, quædam prægustatio futuræ ſuauitatis, & gaudij eſt. Vnde ei conceſſum eſt intrare hortum voluptatis cęleſtis paradiſi & inde afferre dulces flores, & aromata ęternorum gaudiorum, quibus poſſit delinire & temperare amaritudinem & anguſtiã pręſentis vitæ: quia proculdubio multi boni homines ſæpiſſime in deſperationem caderent, propter varias preſſuras, & triſtitias quas in mundo ſuſtinent, ſi non retinerentur per ſpem futurorum gaudiorum, quæ *Deus re-*

Matt. 5. Tob. 5 Rom. 12

pro-

promisit diligentibus se. Vnde etiam Dominus discipulos suos dulciter consolabatur, propter pressuras quas debebant pro eo sustinere, dicens: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Tertiò virtutes comparantur luci, quia lux habet effectum clarificatiuum, vt patet in vitro, quod radius solaris penetrat. Sic etiam virtutes clarificant animam. Maximè illa virtus quæ dicitur charitas, quia sicut sol suis radiis crystallum penetrando clarificat, vt fiat quasi vniformis soli, ita vt appareat esse quasi totus sicut sol: sic charitas quæ est diuinæ gratiæ & bonitatis radius, adeo animam clarificat, & Deo vnit & in Deum trahit, vt Deo similis efficiatur per ipsam charitatem, quæ ipsam deificat. Non tamen quod Deo similis fiat per naturę identitatem, quod absurdum esset dicere, quia natura non est nisi vnus Deus: sed similis fit Deo per conformitatem spiritus & voluntatis, iuxta illud Apostoli: *Qui adhæret Deo*, per vnionem charitatis, *vnus spiritus fit cum eo.*

Ioan. 16.

1. Cor. 6.

Secundo peccatum est abiiciendum, quia animam grauissima infirmitate aggrauat. Videmus enim ad sensum, quod homo illud quod est causatiuum infirmitatis corporalis, libenter vitat, & à se abiicit. Nunc autem peccatum facit hominem infirmũ spiritualiter, ex qua infirmitate etiam prouenit pronitas ad peccandum, & difficultas ad benè operandũ. Vnde sicut videmus in natura, quod homo quando est sanus, est promptus & agilis ad omnia opera facienda; sed quãdo infirmatur, est

est quasi ligatus ad omnia opera facienda: sic spiritualiter quando anima est sana & munda à peccatis, promta est & agilis ad omnia bona opera facienda: sed quando infirmatur languore peccatorum, tunc quasi ligatur & grauatur ad actus virtuosos, & prona efficitur ad peccandum. Et ideo Genesis 35. *Abiice deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundabimini.* Nam ipsa peccata faciunt homines colore deosalenos, cùm creaturæ potius seruiunt, quã Creatori. Et ideo hæc infirmitas est abiicienda per verã pænitentiam, quæ languorem sanat. Sed heu homines non curant ægritudines animarum, sed quãdo infirmantur in corpore, statim quęrũt medicinã, quando autẽ languescit anima in grauibus peccatis, minime curent: cùm tamen peccatum peius operetur in spiritibus, quam infirmitas in corporibus, quia sunt diuersæ infirmitates corporum, quę significant passiones animarum. Et sicut infirmitas corporalis mortem inducit, & separat homines à societate viuentium: sic peccatum est mors animæ, & separat hominem à societate Dei, & omnium cum Deo viuentium. Vnde nota quod vna est ægritudo ethica, quæ consumit & arefacit homines & significat superbiam, quæ facit homines sine humore gratię & sine bona operatione. Vnde dicitur Eccli. *Radices superbarum gentium arefacit dominus & plantauit humiles.* Hac infirmitate periit Lucifer & eius sequaces, cùm sedẽ suam volebat ponere in supremo throno, & similis esse altissimo. Alia est infirmitas quæ vocatur phrenesis, & signifi-

Gen. 35.

Eccli. 10.

cat iram,quæ facit hominem rabidum. Vnde eo tempore quo homo est iratus, perit ratio, & humanitas in homine, & fit quasi bestia: quia *homo est animal mansuetum natura*, vt dicit Philosophus.
Gen. 4 Hac infirmitate pessimus *Cain* periit,qui in ira *occidit fratrem suum Abel* sanctum & iustum. hæc multos interficit, vt dicit Iob:
Iob. 5. *Virum stultum interficit iracundia*. Alia est infirmitas quæ vocatur icteritia, propriè, *gheelsucht*, quæ decolorat hominẽ & significat inuidiã, quæ prouenit ex felle inordinatæ amaritudinis,& decolorat hominem,quia inuidus semper tristatur de bonis aliorum, & lætatur de malis eorum. Hac perierunt pessimi Iudęi,qui propter inuidiam Christum occiderunt. Alia est infirmitas quę vocatur, lethargia propriè *slaep-siect*,& significat acediam, quę fouet carnem,ac spiritum extinguit. Hæc est crudelis mater, quę deuorat filios suos, id est, omnia bona opera propter nimium amorem sui:hac periit Samson fortissimus, dum pigritauit in sinum Dalilę; vnde amisit oculos suos,id est, cognitionem veri boni. Alia est quæ vocatur bolismus, proprie *slind-siect* & significat gulam, quæ est immoderatus appetitus comedendi & bibendi: vnde gulosus omnia vult consumere,hac periit primus pater orbis, & damnauit omnem posteritatem,propter esum pomi vetiti arboris. Vnde dicitur Eccli. 37.
Eccli. 37. *Propter crapulam multi perierunt: qui autem abstinens est,adiiciet vitam*. Vnde dicit etiam Gregorius, quod *crapula plures occidit, quam gladius*. Alia est quæ vocatur hydropisis, quę quanto plus bibit,

bit, tanto plus sitit, & significat auaritiam, quæ numquam saturatur diuitiis, vt dicitur Eccli. 4. *Auarus non implebitur pecunia.* Hac perijt pessimus fur Iudas, qui pro modico pretio vendidit Christum. Alia est quæ vocatur acuta, & significat luxuriam, quæ suo æstu multos interficit: quia est *ignis vsque ad consummationē deuorans*, vt dicitur Iob 31. Hæc infirmitas interfecit illos fortissimos, & famosissimos viros primi seculi, qui propter luxuriam in diluuio perierunt. Et illos in Pentapoli quos Deus igne & sulphure perire fecit, propter fœditatem luxuriæ. Adhuc est vna infirmitas quę vocatur epidemia, vel pestilentia, proprie *lancsucht*, quæ iam diu in terra regnauit. Et significat vitium mendacij & fraudis, quod iam per totum inundauit, quia mentiri & decipere sic iam inoleuit in seculo, vt illi qui hoc iam sciunt, pro astutis & sapientibus reputentur, & qui hoc nesciunt, tamquam idiotæ habeantur. Ecce ægritudines animæ, quam detestabiles sunt, quam miseram faciũt animam. Abiiciamus ergo eas per veram pœnitentiam, ne in eis præoccupati die mortis, nullum remedium inuenire possimus.

Eccl. 4.

Iob 31.

Tertio peccatum est abijciendum, quia omne spirituale bonum animæ dissipat, & annihilat. Videmus enim in exterioribus, quod si vnus ciuis alium velit spoliare suis bonis, vel ab eo auferre aliquid, quantum potest, resistit, & eũ abiicit & repellit. Nunc autem peccatum primò animam gratia gratum faciente priuat, & omnium virtutũ habitibus,

Iob. 19. Vnde conqueritur Beatus Iob, *Spoliauit me gloria mea*, id est veste charitatis & innocentiæ, & ceterarũ virtutum, *abstulit coronam de capite meo*, id est, gratiam diuinam, quæ coronat animam vt Deo gratia fiat: sine enim gratia gratum faciente, nemo placet Deo. Hæc corona faciliter amittitur, quia per vnum mortale peccatum tollitur. Amissa autem difficulter acquiritur, scilicet per asperam pœnitentiam & orationem. Secundo omnia bona opera mortificat, quæ per charitatem fuerunt viua corã Deo. Quia sicut Adam, interfecit per vnum peccatum omnem posteritatẽ suam: sic consensus & perpetratio vnius peccati mortalis, interficit omnes filios, & filias bonorũ operum, & virtutum, quos anima à spirituSancto concepit, & peperit Christo. Et ideo dicitur,
Eccl. 9. Ecclesi 9. *Qui peccauerit in vno, multa bona perdit.* Tertio hominem à societate Ecclesię separat, quia quandiu homo est sine peccato mortali, omnia bona, quæ fiunt in sancta Ecclesia, vt sunt castigationes, orationes, vigiliæ, labores, eleemosynę, illi ad salutem proueniunt. Vnde
Psal. 18 dicebat Dauid, *Particeps ego sum omnium timentium te*. Sed quando homo est in peccatis mortalibus, his omnibus bonis priuatur, quia est tamquam membrum putridum & aridum, separatum à communione Sanctæ Ecclesiæ, quod non recipit influentiam gratiæ à sancta
Psal. 21 ecclesia. Et ideo dicit Apostolus. *Non est communicatio iustitiæ cum iniquitate*, quia talis est *opprobrium hominum*, in gratia existentium, & *abiectio plebis* sanctæ, vt dicit Psalm. Vnde peccatum.

eiecit

eiecit Luciferum à societate Angelorum, Adā de paradiso, Cain à conspectu diuino, quia *erat vagus & profugus super terram.* Vnde etiam si peccator in mortali peccato decesserit, & notorium esset, non deberet sepeliri cū fidelibus, nec deberet fieri oratio pro eo, quia damnatus est. Vnde dicitur per Isa. *Non habebit consortiū cum eis in sepultura*, scilicet, cum iustis & sanctis. Debet tamen modo oratio fieri pro eis in ista vita, vt Deus conuertat eos. Vnde charissimi, abiiciamus peccatum modo per veram pœnitentiam, ne tanta bona perdamus, vt ea lucrari possimus, ipse pater noster cælestis misericors est, & filio reuertenti per veram pœnitentiam, *non solum ablata restituit, verum etiam insperata bona concedit*, vt dicit Ambrosius. Quod pulchrè figuratum est in filio prodigo, cui reuertenti, pater dedit stolam primam. De isto nota prius in sermone super hoc: *Vt filij lucis ambulate.* Isa. 14 D. Ambr.

Quarto peccatum est abiiciendum, quia hominem in corpore & anima, morte condemnat. Videmus enim ad oculum, quod quilibet homo fugit, & à se abiicit, quidquid est mortis causatiuum: sed peccatum animā triplici morte condemnat. Primo morte spirituali, quando enim homo peccat mortaliter, tunc anima amittit Christum, qui est vitá animarum. Vnde dicit Augustin. *Sicut corpus meum viuit de anima mea, ita anima mea viuit de te Deus.* Et Hieronymus dicit, *Omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandū est:* Secundo peccatum morte naturali condemnat animam, quia abbreuiat D. August. D. Hieron.

patriam semper desideremus in oratione dominica dicendo, *Pater noster qui es in, &c.* Non docet nos desiderare hic diu viuere, quia vita hæc exilium est: & ideo turpe est quod hic quærimus diu viuere, qui patrem habemus in cælis, qui nobis vult impertiri suum perpetuũ regnum. Videmus enim quod peregrini, quando aliquas moras trahunt in aliqua ciuitate, non dicunt se ciues esse in illa ciuitate, sed reputant se esse humiles hospites & aduenas, sed quando veniunt ad suas ciuitates: sic homo in ista vita est hospes & peregrinus Dei, missus enim est ad peregrinandum, quãdo Trinitas infudit animam corpori. Vnde istę tres personę in Deitate possunt dicere cuilibet sanctę & deuotæ animæ illud Tobiæ 10. *Te misimus peregrinari.* Et ideo quamdiu in hac vita sumus, tamquam exules & peregrini sumus. Sed quando veniemus ad patriam nostram, supernam ciuitatem Ierusalem, tunc audiemus illud verbum Apostoli ab omnibus Angelis, *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Et ideo charissimi, tamquam exules & peregrini desideremus patriam nostram, vbi erimus ciues sanctorum & domestici Dei, cælestis patris, quem quærimus in hoc amaro exilio, quod breuiter exituri sumus. Surgamus ergo sancto desiderio, non iaceamus in isto exilio per affectionem. Vnde dicitur Ruth primo de Noemi quæ fuit peregrinata in Moabitide, *Surrexit vt in patriam pergeret.* Per istam Noemi, quæ interpretatur amara, potest intelligi quilibet amator patrię, cui

Tob 10. Eph. 2. Ruth. 1

cui amarus est iste mundus. Ille debet surgere, suo deuoto desiderio, à dilectione mundialium, & pergere in patriam per spei solatium: quia solatium spei trahit hominem ad dilectionem patriæ, quam continuè desiderat. Vnde August. *Iaculo amoris tui Domine vulneratus sum, & vehementi desiderio ad te venire desidero, & te videre cupio.* D. August Et Bernard. *Instar solis vrentis, desiderij amor, peregrinantem in corpore animam, decolorat.* D. Bern. Et Augustinus, *Si dulcis est patria, est amara peregrinatio: si amara est peregrinatio, tota die tribulatio.* D. August. Et idem, *Propria habitatio animæ est ipse, qui creauit eam.*

Vnde nota quod homini desideranti cælestem patriam, Primo mundus debet esse exilium, sicut etiam est in rei veritate: & hoc ideo quia homo natus est in Deo, ex Deo, & ad Deum, in Deo natus est, sicut ars dicitur esse vna in mente artificis, Vnde dicit Chrysost, D. Chrys. *quod diuina sapientia est vita omnium, in esse ducit omnia, & continet omnia.* Vnde dicit Ioan. *Quod factū est in ipso,* scilicet, Deo, *vita erat.* Ioan. 1. Et super illo verbo dicit August. *Quod factū est in tempore siue viuēs, siue carens vita, in spirituali factoris ratione semper viuit & vixit.* D. August. Est etiam secundo, homo natus ex Deo, quia ipse est pater noster, qui creauit nos. Et ideo Saluator docuit discipulos suos sic orare, *Pater noster qui es in cælis,* &c. Matth. 6 Est etiā tertio natus ad Deum, quia eum Deus ad se fecit, secundum quod dicit Augustinus, *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrū, donec redeat ad te.* D. August. Et quia homo natus est in Deo, ex Deo, & ad Deum: ideo istum mundum debet exilium reputare. Iuxta illud Apostoli, *Quamdiu* 2. Corint. 5

dia viuimus in hoc mundo, peregrinamur à Domino. Et ideo *cupiebat dissolui, & esse cum Christo.* Secundo debet illi proprium corpus esse carcer, sicut est etiam in re. Anima enim, cum sit immortalis, & deiformis, & supra tempus; ideo ab omni creatura libera est. Et ideo quamdiu in corpore clauditur, tandiu tamquam in carcere est. Sed posset aliquis dicere, quare ergo corpori coniuncta est? Respondeo quod propter tres causas. Prima est, vt anima in carne, per carnem merita multa perquireret. Plura enim sunt, in quibus sine carne mereri non posset, sicut est concupiscentias domare, ieiunare, peregrinari, & martyrium sustinere. Secunda est, vt anima carnem tamquam fidelẽ consociam custodiret, & eam in supernis sedibus collocaret: Caro enim per se beatitudinis susceptiua nõ est, nisi mediante anima stolam immortalitatis indueret. Tertia est, vt dominus vniuersum suum perficeret. Cum enim sit quædam creatura purè corporalis, sicut creatura sensibilis: quædam purè spiritualis, sicut Angelus; necesse fuit, vt Deus in vniuerso perficeret, quod alia creatura esset, quę carne & spiritu esset composita, vt est homo. Vnde creato homine *Dei perfecta sunt opera.* Sed quia hęc vnio, qua anima sic vnitur corpori, impedit eã quod tam cito nõ potest esse cum suo optimo, ideo videtur ei corpus esse carcer. Et ideo dicit Apostolus, *Infelix ego homo quis me liberabit*, &c. Tertio debet sibi esse crux intendens de istis terrenis, quia homini perfecto, *cuius conuersatio in cælis est*, &c. Deus iam, ve- (Rom. 7.)
re Deus

ſe Deus factus eſt. Et quia Deus eſt totũ, quod eſt amabile, & deſiderabile: ideo talis totum poſtpoſuit, quod Deus non eſt, quia illi Deus iam omnia factus eſt. Vnde legitur de Beato Paulo Apoſtolo, quia ſemel venit in Græciam, vbi cum magno honore & reuerentia fuit acceptus, & à ſuis amicis ad conuiuium inuitatus; & cum ſic inter eos ſederet, inclinauit caput ad manus ſuas, & ſurſum reſpiciens in cælum, ſuſpirauit. Tunc amici circumſedentes, quęſierunt quę eſſet cauſa ſuæ triſtitiæ: reſpondit, Homini, cuius conuerſatio in cælis eſt, totaliter mortuum eſt quod terrenum eſt, & totus mundus ei crucifixus. Et idem de ſe dicit, *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*, &c.

Nota de Beato Paulo.

Galat. 6.

Dominica quarta poſt Paſcha.

SERMO XXX.

A*Biicientes omnem immunditiam*, &c. Videmus ad ſenſum, quod homo debilis aliquo pondere quod ſuas vires excedit oneratus, prudenter facit, ſi illud abiicit à ſe, quia ſi non abiiceret, neceſſario ſuccumberet ſub ipſo. Conſimiliter Beatus Iacobus, videns quod immunditia nimis grauat hominẽ, & deprimit eum ad profundum inferni, monet nos vt ipſam abiiciamus dicens; *Abiicientes omnem immunditiam.* Circa quod verbum ad noſtram doctrinam eſt ſciendũ, quod peccatũ eſt abiiciendum, propter quatuor quæ facit homini.

Iacob. 1.

Primò

Primò, quia animam deturpat: experimur enim ad sensum, quod homo habens aliquam pulchram imaginem depictam in domo sua, si hæc deturpatur per immunditiam aliquam corporalē: mox talem immunditiam abstergit. Sed anima est pulcherrima imago Dei, & nihil ipsam adeo deturpat sicut peccatum, & nihil ipsius pulchritudinem adeo augere potest sicut virtus. Vnde peccatum, ipsam totaliter tenebrosam facit & odiosam, sed virtutes lucidā & gratiosam. Sunt enim ista duo contraria, virtus & vitium, sicut lux & tenebræ. Vnde sicut recedente luce, aër remanet tenebrosus, sic abeunte virtute & gratia, anima manet tenebrosa peccatis, quia *peccatum* secundùm Augustinum, *nihil aliud est quam pri-*
Rom. 13 *uatio boni.* Vnde hortatur nos Apostolus, *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Vnde sciendum quòd peccata dicūtur primo tenebræ, quia in tenebris fiunt. Nam *qui malè agit,*
Ioan. 4. *odit lucem,* vt dicit Saluator. Sunt enim sicut aues de nocte volantes, & in die latentes, & tamquam ligna putrida de nocte lucentia, & in die sunt deformia. Secundò quia homines cæcos faciunt, sicut enim tenebræ excæcant oculos naturales, sic peccata oculos spirituales animæ. Hinc dicitur de illis pessimis sacerdotibus, qui propter suam libidinem volebāt condemnare Susannam, quod *malitia excæcauit oculos eorum.* Vnde dicit Gregorius, *Carnalis dele-*
D. Grego. *ctatio quem inficit obscurat, vt videre luminis claritatem non valeat.* Tertiò, quia ad tenebras ducunt, ad illas scilicet tenebras, de quibus dicit Saluator.

tor. *Proiicite eũ*, scilicet peccatorẽ, *in tenebras exteriores*, scilicet in infernũ, *vbi erit fletus & stridor dentium.* Vnde etiã nota quod virtutes dicuntur lux, propter multiplicem effectum lucis. Primo quia lux habet effectum directiuum. Dirigit enim hominem ne deuiet in via, quæ ducit ad regnũ perpetuũ. Et ideo comparatur stellę maris, quia sicut illa nauigantes in mari cit ad portum, sic fides perducit ad portum cælestis patrię, quam nemo intrare potest, nisi habeat rectam fidem. Sicut nautæ nescientes stellam maris, errant, & ad portum quò tendunt non perueniunt. Hæc est illa splendida stella, quæ tres Reges duxit ad Christũ, quãdo natus fuit in Bethleẽ. Secundo virtutes dicũtur esse lux; quia lux habet, effectũ lætificatiuũ, sed tenebræ contristatiuũ. Iuxta quod dicebat Tobias: *Quale mihi gaudiũ, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Sic etiam ipsæ virtutes, specialiter tamen virtus Theologica quæ ditur spes, quæ quoddam spirituale gaudium operatur in anima, iuxta exhortationem Apostoli: *Spe gaudentes.* Ipsa enim, quædam prægustatio futuræ suauitatis, & gaudij est. Vnde ei concessum est intrare hortum voluptatis cęlestis paradisi & inde afferre dulces flores, & aromata ęternorum gaudiorum, quibus possit, delinire & temperare amaritudinem & angustiã prȩsentis vitæ: quia proculdubio multi boni homines sæpissime in desperationem caderent, propter varias pressuras, & tristitias quas in mundo sustinent, si non retinerentur per spem futurorum gaudiorum, quæ *Deus reper-*

Matt. 5. Tob. 5 Rom. 12

promisit diligentibus se. Vnde etiam Dominus discipulos suos dulciter consolabatur, propter pressuras quas debebant pro eo sustinere, dicens: *Mundus gaudebit, vos autem contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Tertiò virtutes comparantur luci, quia lux habet effectum clarificatiuum, vt patet in vitro, quod radius solaris penetrat. Sic etiam virtutes clarificant animam. Maximè illa virtus quæ dicitur charitas, quia sicut sol suis radiis crystallum penetrando clarificat, vt fiat quasi vniformis soli, ita vt appareat esse quasi totus sicut sol: sic charitas quæ est diuinæ gratiæ & bonitatis radius, adeo animam clarificat, & Deo vnit & in Deum trahit, vt Deo similis efficiatur per ipsam charitatem, quæ ipsam deificat. Non tamen quod Deo similis fiat per naturę identitatem, quod absurdum esset dicere, quia natura non est nisi vnus Deus: sed similis fit Deo per conformitatem spiritus & voluntatis, iuxta illud Apostoli: *Qui adhæret Deo, per* vnionem charitatis, *vnus spiritus fit cum eo.*

Ioan. 16. 1. Cor. 6.

Secundo peccatum est abiiciendum, quia animam grauissima infirmitate aggrauat. Videmus enim ad sensum, quod homo illud quod est causatiuum infirmitatis corporalis, libenter vitat, & à se abiicit. Nunc autem peccatum facit hominem infirmũ spiritualiter, ex qua infirmitate etiam prouenit pronitas ad peccandum, & difficultas ad benè operandũ. Vnde sicut videmus in natura, quod homo quando est sanus, est promptus & agilis ad omnia opera facienda; sed quãdo infirmatur,

est

est quasi ligatus ad omnia opera facienda: sic spiritualiter quando anima est sana & munda à peccatis, promta est & agilis ad omnia bona opera facienda: sed quando infirmatur languore peccatorum, tunc quasi ligatur & grauatur ad actus virtuosos, & prona efficitur ad peccandum. Et ideo Genesis 35. *Abiice deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundabimini.* Nam ipsa peccata faciunt homines colore deos alienos, cùm creaturæ potius seruiunt, quã Creatori. Et ideo hæc infirmitas est abiicienda per verã pœnitentiam, quæ languorem sanat. Sed heu homines non curant ægritudines animarum, sed quãdo infirmantur in corpore, statim quęrũt medicinã, quando autẽ languescit anima in grauibus peccatis, minime curent: cùm tamen peccatum peius operetur in spiritibus, quam infirmitas in corporibus, quia sunt diuersæ infirmitates corporum, quę significant passiones animarum.. Et sicut infirmitas corporalis mortem inducit, & separat homines à societate viuentium: sic peccatum est mors animæ, & separat hominem à societate Dei, & omnium cum Deo viuentium. Vnde nota quod vna est ægritudo ethica, quæ consumit & arefacit homines & significat superbiam, quæ facit homines sine humore gratię & sine bona operatione. Vnde dicitur Eccli. *Radices superbarum gentium arefacit dominus & plantauit humiles.* Hac infirmitate periit Lucifer & eius sequaces, cùm sedẽ suam volebat ponere in supremo throno, & similis esse altissimo. Alia est infirmitas quæ vocatur phrenesis, & signifi-

Gen. 35.

Eccli. 10.

cat iram, quæ facit hominem rabidum. Vnde eo tempore quo homo est iratus, perit ratio, & humanitas in homine, & fit quasi bestia: quia *homo est animal mansuetum natura*, vt dicit Philosophus.
Gen. 4 Hac infirmitate pessimus *Cain* periit, qui in ira *occidit fratrem suum Abel* sanctum & iustum. hæc multos interficit, vt dicit Iob: *Virum stultum interficit iracundia*. Alia est infirmi-
Iob. 5. tas quæ vocatur icteritia, propriè, *gheelsucht*, quæ decolorat hominē & significat inuidiā, quæ prouenit ex felle inordinatæ amaritudinis, & decolorat hominem, quia inuidus semper tristatur de bonis aliorum, & lætatur de malis eorum. Hac perierunt pessimi Iudęi, qui propter inuidiam Christum occiderunt. Alia est infirmitas quę vocatur, lethargia propriè *slaep-siect*, & significat acediam, quę fouet carnem, ac spiritum extinguit. Hæc est crudelis mater, quę deuorat filios suos, id est, omnia bona opera propter nimium amorem sui: hac periit Samson fortissimus, dum pigritauit in sinum Dalilę; vnde amisit oculos suos, id est, cognitionem veri boni. Alia est quæ vocatur bolismus, propriè *slind-siect* & significat gulam, quæ est immoderatus appetitus comedendi & bibendi: vnde gulosus omnia vult consumere, hac periit primus pater orbis, & damnauit omnem posteritatem, propter esum
Eccli. 37. pomi vetiti arboris. Vnde dicitur Eccli. 37. *Propter crapulam multi perierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.* Vnde dicit etiam Gregorius, quod *crapula plures occidit, quam gladius.* Alia est quæ vocatur hydropisis, quę quanto plus bibit,

bit, tanto plus sitit, & significat auaritiam, quæ numquam saturatur diuitiis, vt dicitur Eccli. 4. *Auarus non implebitur pecunia.* Hac perijt pessimus fur Iudas, qui pro modico pretio vendidit Christum. Alia est quæ vocatur acuta, & significat luxuriam, quæ suo æstu multos interficit: quia est *ignis vsque ad consummationẽ deuorans*, vt dicitur Iob 31. Hæc infirmitas interfecit illos fortissimos, & famosissimos viros primi seculi, qui propter luxuriam in diluuio perierunt. Et illos in Pentapoli quos Deus igne & sulphure perire fecit, propter fæditatem luxuriæ. Adhuc est vna infirmitas quę vocatur epidemia, vel pestilentia, proprie *lancsucht*, quæ iam diu in terra regnauit. Et significat vitium mendacij & fraudis, quod iam per totum inundauit, quia mentiri & decipere sic iam inoleuit in seculo, vt illi qui hoc iam sciunt, pro astutis & sapientibus reputentur, & qui hoc nesciunt, tamquam idiotæ habeantur. Ecce ægritudines animæ, quam detestabiles sunt, quam miseram faciũt animam. Abiiciamus ergo eas per veram pœnitentiam, ne in eis præoccupati die mortis, nullum remedium inuenire possimus.

Eccl. 4.

Iob 31.

Tertio peccatum est abijciendum, quia omne spirituale bonum animæ dissipat, & annihilat. Videmus enim in exterioribus, quod si vnus ciuis alium velit spoliare suis bonis, vel ab eo auferre aliquid, quantum potest, resistit, & eũ abiicit & repellit. Nunc autem peccatum primò animam gratia gratum faciente priuat, & omnium virtutũ habitibus,

eiecit Luciferum à societate Angelorum, Adã de paradiso, Cain à conspectu diuino, quia *erat vagus & profugus super terram*. Vnde etiam si peccator in mortali peccato decesserit, & notorium esset, non deberet sepeliri cũ fidelibus, nec deberet fieri oratio pro eo, quia damnatus est. Vnde dicitur per Isa. *Non habebit consortiũ eum eis in sepultura*, scilicet, cum iustis & sanctis. Debet tamen modo oratio fieri pro eis in ista vita, vt Deus conuertat eos. Vnde charissimi, abiiciamus peccatum modo per veram pænitentiam, ne tanta bona perdamus, vt ea lucrari possimus, ipse pater noster cælestis misericors est, & filio reuertenti per veram pœnitentiam, *non solum ablata restituit, verum etiam insperata bona concedit*, vt dicit Ambrosius. Quod pulchrè figuratum est in filio prodigo, cui reuertenti, pater dedit stolam primam. De isto nota prius in sermone super hoc: *Vt filij lucis ambulate*. Isa. 14 D. Ambr.

Quarto peccatum est abiiciendum, quia hominem in corpore & anima, morte condemnat. Videmus enim ad oculum, quod quilibet homo fugit, & à se abiicit, quidquid est mortis causatiuum: sed peccatum animã triplici morte condemnat. Primo morte spirituali, quando enim homo peccat mortaliter, tunc anima amittit Christum, qui est vitá animarum. Vnde dicit Augustin. *Sicut corpus meum viuit de anima mea, ita anima mea viuit de te Deus*. Et Hieronymus dicit, *Omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandũ est*: Secundo peccatum morte naturali condemnat animam, quia ab- D. August. D. Hieron.

eam, satisfactionem esse congruit, aliter inordinatum remaneret peccatum, quod esse non potest, quia Deus nihil dimittit inordinatum in regno suo. Sed omne peccatum mortale habet quantitatem infinitam, scilicet, culpam, nam tanta est offensa sicut ille qui offenditur: sed ille qui offenditur est infinitus Deus, ergo culpa est infinita, ergo debet pœna infinita puniri. Et hæc pœna potest dici mors tertia, qua moritur iste, qui non est inuentus in libro vitæ Et hæc mors non habet similem. Amarissima est mors temporalis, quę separat amicum ab amico, socium à socio, patrem à filio, animam à corpore: sed mors æterna, adhuc amarior est sine comparatione, quia separat animam à Deo, æternaliter vnit eam Diabolo, in inferno mergitur totaliter, quantum animam & corpus. De ista morte dicitur, *O mors quam amara est memoria tua, homini habenti pacem in substantia sua!* quia totum ab eo tollit, in quo fiduciam habuit. Fugiamus ergo & abiiciamus peccatū, ne incurramus has tres mortes, quia scribitur, Ezech. 20. *Vnusquisque offensiones oculorum suorū abiiciat.* Offensiones quidem oculorum sunt peccàta, quæ tamen oculos animarum offendunt, vt diuinā essentiam videre non possint. Eccel. 41 Ezech. 20.

Dominica quinta post Pascha.

SERMO XXXI.

F*Actor operis: hic beatus in facto suo erit*, &c. Iac. 1. Iacob, 1.
Videmus in istis exterioribus quod quādo operarij inueniuntur fideles, etiam vltra condignum

dignum frequenter remunerantur. Sic vt fideles simus in operando bonum meritorium; Beatus Iacobus prȩmium maximũ proponit in verbis prȩmissis, dicens, *Factor operis: hic beatus in suo opere erit*. Circa quod verbum ad nostrã doctrinam est sciendum, quod quatuor debent hominẽ mouere ad hoc vt bonum operetur.

Primum est naturalis inclinatio, qua homo naturaliter inclinatus est, vt bonũ operetur. Videmus enim in cursu naturȩ, quod quælibet res habet propriam operationẽ, quandiu hanc potest exercere. Quia oculus habet operationem videndi, quamdiu illam exercere potest, dicitur oculus: quam si non potest exercere, non dicitur oculus. Et sic similiter de aliis sensibus naturalibus. Sic certè propria operatio rationalis creaturæ, videlicet hominis, est bonum operari, & hoc est proprium opus hominis sicut propria operatio rei, quȩ competit sibi secundum naturam. Sed hoc non est operatio peccati. Et ideo quamdiu operatur bonum, quod est opus rationis, dicitur homo. Sed quando operatur malum, non dicitur homo, nisi ȩquiuocè: sicut homo mortuus dicitur homo. Et ideo debemus frequenter bonum operari, cum simus ad hoc creati præ cæteris inferioribus creaturis, vt dicit

Eph. 2. Apostolus Ephe. 2. *Factura Dei sumus, creati in Christo Iesu, in operibus bonis*. Vnde nota quod qui vult benè operari, ita vt opera sua sint bona, debet habere primo conscientiã bonam & puram, ne sit aliquo mortali corrupta, quia quã-

diu

diu anima vel conscientia est infecta aliquo mortali, homo non potest bonum operari, quia bonum & malum sunt opposita, & vnũ reliquum expellit. Et ideo non possunt simul esse in vno homine, sicut nec in vno loco potest esse cælum & infernus, & in vna anima Deus & Diabolus. Secundo debet habere voluntatem ordinatã, id est bonã, quia quidquid fit sine bona voluntate, opus bonum esse non potest. Et ideo dicit Bernardus: *Voluntas bona in anima, est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum: & è contrario, mala voluntas est origo omniũ malorum & vitiorum.* Tertio debet habere intentionem rectam, ne bonum quod facit, peruersa intentione faciat, quia quidquid homo peruersa facit intentione, amittit. Vnde dicit Saluator, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Et post. *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.* Quarto debet habere discretionem plenam, quia discretio ordinat omnes actus hominis, vt ordinatè fiant, scilicet, quando & cui: ne homo plura bona faciat quam ferre vel pati possit, & debilis fiat, ne etiam nimis modica faciat, & vitium otij incurrat. Et ideo dicit Apostolus, *Rationabile sit obsequium vestrum.* Gloss. id est, cum discretione, quia quidquid fine discretione fit, bonũ esse non potest, vt dicit Isidorus: *Indiscretio pro vitio reputatur.* Quinto debet habere fortitudinem perfectam, vt ardua & difficilia aggredi valeat. Ad hoc autem tria requiruntur.

D. Bern. | Matt. 6 | Rom. 12 | Isidorus

Primo vt habeat veram fidem, & hoc est

valde difficile, quod homo credat quod est supra comprehensionẽ rationis suæ, scilicet, quod virgo peperit, & post partum virgo permansit, & quod Deus homo factus est, & cętera quæ sunt de fide; quia qui fidẽ Catholicam non habet, nihil boni potest facere, quod sibi sit meritorium quantum ad vitam æternam: quia dicit Augustinus: quod *fides est bonorum omnium fundamentum*. Secundo vt in Deo habeat bonam spem, & veram. Et hoc valde difficile & arduum est; ita quod homo pro mercede æterna, se cruciat castigando, vigilando, eleesymam dando, & cetera bona faciat, cum tamen mercedem non videat. Tertiò vt habeat veram charitatem, scilicet, ad Deum, & proximum, quod est valde difficile & arduum, vt homo diligat Deum quem nunquam vidit, magis quam filios quos quotidie videt, magis quam seipsum. Item quod diligat hominem qui ipsum fortiter lęsit, & non loquatur de eo malum, nec illi optet malum, nec etiam illi inferre intendat. Et tamẽ ista charitas est necessaria perfectè volenti operari bonum.

D. August.

Secundò debet hominem mouere ad bene operandũ, boni amissi recuperatio. Videmus enim ad oculum, quod qui amisit rem sibi dilectam, diligenter quærit & facit quidquid potest vt ipsam rehabeat. Sed homo existens in statu gratiæ, rem habet dilectam, super omnia quę possunt haberi in hac vita, & est valde diues, quia omnes virtutes, & omnia opera quę facit, in statu gratiæ, merentur vitam ęternam. Sed per vnum mortale omnia ista amit-

amittit, scilicet, gratiam, virtutes, & bona opera. Et ideo debet se homo ponere ad statũ pœnitentię, quę est via deducens ad gratiam. & tunc potest omnia amissa recuperare. Vnde dicitur Apoc. 2. *Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac.* Ipsa enim pœnitentia recuperat gratiam, & quandoque maiorẽ quam perdita sit per culpam. Illud significatur, Iob vltimo; quod Deus conuerso Iob *restituit omnia quæ fuerunt Iob, duplicia.* Et ideò quicunque bona opera sua amisit per peccatum, debet agere pœnitentiam, vt amissa bona recuperet. Vnde nota quod ad veram pœnitentiam tria requiruntur. Primo vera contritio, quia opus vt peccatum quod per delectationem in animam introducitur, per contrionem & dolorem expellatur. Vnde Ezechias Rex dum ægrotaret, dixit Isaię, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Dicunt Physici siue naturales, quando infirmus ridet in feruore suę infirmitatis, est maximum signum mortis. Sed econuerso quando affligitur & anxiatur, & viuaciter sentit infirmitatem suam, significat crisim, vel vitam subsequentem: sic quando peccator habet amaram contritionem de ęterna damnatione, amariorem de supernę patriæ amissione, amarissimã de diuina offensione; signum est spiritualis conualescentię. Sed quando peccator nullam habet contritionem de peccatis suis, sed in peccatis suis gaudet; signum est quod est obduratus in peccatis, & quod coram Deo mortuus est. Secundo requiritur pura confessio.

Apoc. 2.

Iob 42.

Isa. 38.

Videmus enim quod quanto aliqua corpora gradu sũt altiora, tãto etiã sunt puriora, vt patet in igne quod est elementũ superius & purius, & in terra quod est elementũ inferius & impurius, & fęx omnium elementorum. Cum enim anima rationalis inter omnes creaturas sit altior, quo ad statum merendi: quia potest excellere Angelos, qui non sunt in statu merendi: ideo frequenter est purganda per confessionem. Sed quia contritio habet ad confessionem quendam ordinem, ideo oportet, vt illud de quo anima interius conteritur,
Isa. 43. lingua exterius confiteatur. Vnde Isai. *Narra si quid habes, vt iustificeris*, id est, perfectè munderis: Ipsa enim confessio statim meretur veniam de peccatis, quando fit cum vera contritione. Tertio requiritur iusta satisfactio. Dicunt iura canonica, Rationabile est, quod æqualis pœna puniat eum, qui peccato consentit, & qui factũm perpetrauit. Et quia anima & corpus in eundem actum peccandi cõsentiunt, iustum est, vt quando anima dolore contritionis interius affligitur, etiam corpus satisfactione exterius affligatur. In iure etiam ciuili, iubetur quod pœna grauissima puniatur, qui in mortem Regis seu Principis machinatur. Et propter hoc etiam rationabile est, quod homo corpus suum, pœna pœnitentiæ puniat, quod regiam animam, terrenis cupiditatibus frequenter intoxicat. In lege etiam veteri Moysi præceptum est, vt qui aliquem à Dei seruitio retrahere nitèrétur, lapidibus obruatur. Et quia corruptibile corpus animam

animam frequenter à seruitio Dei retrahit, & ipsam carnalibus desideriis seruire facit, ipsum tamquam diuersis lapidibus pœnitentiis debemus punire, quia dicit Bernard. *Qui veraciter pœnitet, laborem pœnitentiæ non abhorret, sed quidquid proculpa quam abhorret iniungitur, libenter amplectitur.* D.Bern.

Tertiò debet hominem mouere ad benè operandum, temporis velox transitio. Videmus enim ad oculum, quod quando aliquis habet aliquod opus facere, & videt quod tempus est breue, multum solet festinare. Nunc autem tempus in continua successione variatur, quia nox succedit diei, & hora horæ, & sic semper reuoluitur, & sic homo qui est in tempore, continue variatur, & transit cum tempore, & nunquam in eodem statu permanet, donec mors quæ est incerta, veniat. Et ideo dicitur, Sap. 2. *Vmbra transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri.* Et ideo quia tempus paucum habemus, quia nihil aliud habemus de tempore nisi nunc, & nescimus quãdo mors veniet & diuidet nobiscũ hoc nunc; ideo sine intermissione debemus bene operari, vt dicit Apostolus Gal. 6. *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* In hoc ergo tempore, quilibet debet bene facere, ne pereat, & mors veniat, & tunc vltra ad meritorie vel bene operandum, tempus non habeat. Vnde nota quod post istã vitã nõ erit tale tẽpus, nec in purgatorio, nec in iudicio, vel in inferno. In cęlo non erit tale tempus, quia nec pręsens nec præteritum, nec futurum sicut modo, nec anni,

Sap. 2

Galat. 6

anni, nec menses, nec hebdomadę, nec dies, nec horę: sed ibi erit perfectio temporis, quia ibi erit vna dies. Iuxta illud, Psalmi, *Dies pleni inuenientur in eis*, In cælo non erit tempus merendi, sed tempus fruendi, & gaudendi de diuina contemplatione. In purgatorio non erit etiam tempus merendi, sed tempus purgandi peccatum, quod in hoc tempore, digna satisfactione homo non deleuit. In iudicio etiam non erit tempus merendi, sed tempus cōputandi de tempore quod nobis impensum est à Deo, qualiter sit expensum. In inferno etiam non erit tempus merendi, sed tempus æternaliter flendi & puniendi. Sunt enim damnati adeo obstinati in peccatis, vt pœnitere non possint, & ideo etiam mereri.

Psal. 73

Vnde nota quod quatuor modis homo mereri potest. Primo per fidei illuminationem. Sed hoc non erit in inferno, quia nulla scientia erit in inferno, qua per fidem Deum cognoscant. In hac enim vita quilibet fidelis habet de Deo veram cognitionem per lumen fidei. In beata vita euacuabitur fides, quia aperte videbunt speculum trinitatis, in quo omnia videbunt: In inferno autem non erit fides, nec cognitio, nec visio, sed, tantum pœnę & tenebræ. Iuxta illud Eccles. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreati sunt*. Secundo potest homo mereri per charitatis intentionē, quia qui Deum & proximum plus diligit, plus meretur, Sed hoc non erit in inferno, quia voluntas damnatorum taliter per inuidiam erit corrupta (quod inuidia charitati opponitur) vt

Eccl. 11.

vt nec se inuicem, nec Deum, nec sanctos diligere possint: sed perpetua obstinati inuidia, seipsos & omne bonum odio habebunt. Tertio potest aliquis mereri per bonam operationem. Sed hoc nõ erit in inferno, quia sunt ligati & obdurati ad omne opus bonum faciendum. Sicut enim Sancti in cælo adeo sunt confirmati in bono, vt nunquam possint facere malum: sic damnati in inferno sunt adeo obstinati in malo, vt nunquam possint velle, nec facere bonum. Habent enim manus & pedes ligatos, ideo nihil boni facere possunt. Vnde Math. 22. *Ligatis manibus & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores.* Quartò aliquis potest mereri per corporis domationem, ita vt corpus cum sensibus rationi subiiciat, ne impugnet aduersus spiritum, quia hoc fit cum quadam violentia & grauitate. Sed hoc non erit in damnatis, quia semper viuunt secundũ furiosam sensualitatem, in turbatione, & ira, quia amplius non habebũnt spem de venia. Vnde dicitur in Psal. 111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.* Matt. 22. Psal. 111.

Quarto debet hominem mouere ad bene operandũ, magna pręmiatio. Videmus enim ad sensum quod bonus & fidelis operarius, magnam mercedẽ expectans fideliter & continue laborat: sed Deus vult abundanter præmiare, & mercedem illis dare, qui in bonis operibus se exercent. Et ideo debemus continuè nos exercere in bonis operibus, vt premium beatificum à Deo post hanc vitam recipia-

cipiamus: quia secundum nobilitatem suorũ bonorum operum, vnusquisque recipiet pręmium, non secundũ maioritatem operis, sed secundum nobilitatem, secundum quod aliquis magis facit boni in maiori charitate. Aliquis enim per vnum Aue Maria, vel aliquod aliud opus bonum, plus posset mereri de pręmio, qui in maiori charitate hoc fecerit, quã alter qui mille vel amplius legeret in minori charitate, quia secundum intentionem charitatis, augebitur & pręmium. Vnde frequenter debemus bene operari, & quidquid operamur in charitate operemur, & tunc tale opus fit electum, & Deo magis gratum. Et ideò dicitur, Ecclesi.14. *Omne opus electum iustificabitur*, id est, à Deo iustum reputabitur. *Et qui operatur illud honorabitur*, id est perfectè pręmiabitur. Vnde non est dubium, quin secundum meritum suum quisque recipiet pręmium, & sedem in cælo. Vnde nota quod istud pręmium quod quisque secundum opera sua recipiet, bene figuratum est in Euangelio Matt.20. Vbi Saluator quibusdam operariis promittit *denarium diurnum*, quibusdam promittit *quod iustum est*, quibusdam vero nihil. Illis autẽ quibus promittit *denarium diurnum*, sunt illi, qui *mane*, hoc est, ab initio pueritiæ suæ in iuuentute Deo seruiunt, & debetur pręmium magnum, significatũ, per *denarium diurnum* qui imaginem regis repręsentat. In cuius atriis *melior est dies vna super millia*. Illi autem quibus promittit *quod iustum est*, sunt illi qui sexta, & hora nona venerunt. Hos secundum iustitiam pręmiat, quia

Eccl.14

Matth.20

Psal.20.

quia non considerat in eis multitudinē operis, nec diuturnitatem laboris, sed radicem charitatis, quia Deus non respicit quantum, sed ex quanto. Sicut patet in vidua, quæ *obtulit duo minuta*, de qua dicit Saluator *quod plus omnibus dedit*, quia cum maiori affectu dedit. Illi autem quibus nihil promittit, sunt qui hora vndecima hoc est in ætate decrepita Deo seruiunt. Talibus enim nihil dat, sed quidquid dat, ex gratia donat. Sufficit enim talibus, quod eos ad suam gratiam suscipit. Iuxta illud Psal. *Ne proiicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vnde nota quod Deus quatuor genera hominum remunerat. Primi sunt qui pro omnibus bonis suis nihil recipiunt in cælo, vt sunt illi qui multa bona faciunt, & tamē sunt in peccato mortali, luxuria, vel alio peccato: hoc bonum curat Deus, sed modicum. Tantum curat, quod hominem quidem pro tali bono facilius conuertit, vel temporali bono remunerat, vel minus damnat, non quod totaliter pœnam ab eis tollat, sed quod eam diminuit, sed in cælo non remunerat. Secundi sunt quos modicum remunerat: vt qui in morte conuertuntur, & pœnitent, nec aliquid boni habent, & tamen ista conuersio est periculosa, & tamen fere omnes illuc differunt. Vnde non legimus alium, nisi solum latronem in morte conuersum expresse, cum tamen plures fuerunt. Et hoc ideo, vt Deus ostenderet, quàm rara & periculosa sit pœnitētia in morte. Vnde dicit Saluator, *Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato.*

Luc. 21.

Psal. 70.

Matth. 24.

Sabbatum est vltimum dierum septimanæ, Hyems non est vtilis ad seminandum, & ad laborandum in agro: sic tempus mortis. Non ergo differas conuerti in vltimum diem mortis, tunc enim nihil laborare poteris, quia pœna magna, si non conuerteris, & gloria parua si cōuerteris. Tertij sunt quos multum remunerat & sunt illi, qui cito conuertuntur in iuuentute, quia iuuenes sunt fortes, & fortem pœnitentiā possunt facere, & tales Deus fortiter remunerat, quia talem conuersionem multum diligit. sicut aliquis magis diligit nouam tunicam, quam antiquam & dissutam: sic Deus magis diligit conuersionem iuuenū, quam senum, quia est fructuosior, & ideo ma-
1. Cor. 3. gis tales remunerat. Vnde dicit Apostolus, *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem*. Qui ergo diutius in maiori charitate laborauerunt, in maioribus choris collocabuntur. Quarti sunt quos supra modum remunerat, vt qui nunquam mortaliter peccauerunt, & tamen durissimam agunt pœnitentiam, vt Ioannes Baptista, & alij quam plures. Et horum gloria pro tanto maior est, quam aliorum, quia omnia quæ faciunt, purè eis proueniunt ad pręmium æternum. Et isti dicuntur cantare canticum nouum, quod nullus aliorum Sanctorum cantabit. Sed tamen supra modum libenter audiunt. Et horum pręcentrix est Beata virgo, sedens iuxta thronum sui dilectissimi filij. Rogemus ergo, &c.

Sermo

Sermo in Ascensione Domini nostri Iesu Christi.

SERMO XXXII.

ASCENSIONES IN CORDE SUO DISPOSUIT, &c. Psalm. 83. Psal. 83
Videmus ad sensum, quod si aliquis habet dilectum amicum sublimatum in Regem vel magnum dominum in terra aliena, talis de ipso cum gaudio cogitat, & ipsum si posset fieri, videre desiderat. Huius exemplum habemus in Iacob qui cum audisset, quod dilectus filius suus Ioseph dominaretur in tota terra Ægypti, dixit, *Sufficit mihi, vadam & videbo eum antequam moriar.* Charissimi, Christus qui merito est amicus noster dilectissimus, hodie est sublimatus in Regem cælorum: ideo iuste post ipsum, cordis affectu debemus ascendere, & hoc est quod dicitur in verbo proposito, *Ascensiones in corde suo disposuit*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor faciunt hominem spiritualiter ascendere.

Primum est cordis puritas. Videmus enim in cursu naturæ, quod quantò aliqua res est purior, tantò leuior, & tantò facilius ascendit, vt patet in elementis quæ quantò sunt puriora, tantò facilius ascendunt, vt patet in igne & aëre. Et quantò sunt impuriora, tantò sunt grauiora, vt patet in aqua & terra: sic est in cursu spiritualium, quia quantò homo in cor-

dignum frequenter remunerantur. Sic vt fideles simus in operando bonum meritorium; Beatus Iacobus pręmium maximū proponit in verbis pręmissis, dicens, *Factor operis: hic beatus in suo opere erit*. Circa quod verbum ad nostrā doctrinam est sciendum, quod quatuor debent hominē mouere ad hoc vt bonum operetur.

Primum est naturalis inclinatio, qua homo naturaliter inclinatus est, vt bonū operetur, Videmus enim in cursu naturę, quod quælibet res habet propriam operationē, quandiu hanc potest exercere. Quia oculus habet operationem videndi, quamdiu illam exercere potest, dicitur oculus: quam si non potest exercere, non dicitur oculus. Et sic similiter de aliis sensibus naturalibus. Sic certè propria operatio rationalis creaturæ, videlicet hominis, est bonum operari, & hoc est proprium opus hominis, sicut propria operatio rei, quę competit sibi secundum naturam. Sed hoc non est operatio peccati. Et ideo quamdiu operatur bonum, quod est opus rationis, dicitur homo. Sed quando operatur malum, non dicitur homo, nisi ęquiuocè: sicut homo mortuus dicitur homo. Et ideo debemus frequenter bonum operari, cum simus ad hoc creati præ cęteris inferioribus creaturis, vt dicit

Eph. 2. Apostolus Ephe. 2. *Facturą Dei sumus, creati in Christo Iesu, in operibus bonis*. Vnde nota quod qui vult benè operari, ita vt opera sua sint bona, debet habere primo conscientiā bonam & puram, ne sit aliquo mortali corrupta, quia quādiu

diu anima vel conscientia est infecta aliquo mortali, homo non potest bonum operari, quia bonum & malum sunt opposita, & vnū reliquum expellit. Et ideo non possunt simul esse in vno homine, sicut nec in vno loco potest esse cælum & infernus, & in vna anima Deus & Diabolus. Secundo debet habere voluntatem ordinatā, id est bonā, quia quidquid fit sine bona voluntate, opus bonum esse non potest. Et ideo dicit Bernardus: *Voluntas bona in anima, est origo omnium bonorum, & omnium mater virtutum: & è contrario, mala voluntas est origo omniū malorum & vitiorum.* Tertio debet habere intentionem rectam, ne bonum quod facit, peruersa intentione faciat, quia quidquid homo peruersa facit intentione, amittit. Vnde dicit Saluator, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Et post. *Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.* Quarto debet habere discretionem plenam, quia discretio ordinat omnes actus hominis, vt ordinatè fiant, scilicet, quando & cui: ne homo plura bona faciat quam ferre vel pati possit, & debilis fiat, ne etiam nimis modica faciat, & vitium otij incurrat. Et ideo dicit Apostolus, *Rationabile sit obsequium vestrum.* Gloss. id est, cum discretione, quia quidquid sine discretione fit, bonū esse non potest, vt dicit Isidorus: *Indiscretio pro vitio reputatur.* Quinto debet habere fortitudinem perfectam, vt ardua & difficilia aggredi valeat. Ad hoc autem tria requiruntur.

D. Bern. | Matt. 6 | Rom. 12 | Isidorus

Primo vt habeat veram fidem, & hoc est

valde difficile, quod homo credat quod est supra comprehensionẽ rationis suæ, scilicet, quod virgo peperit, & post partum virgo permansit, & quod Deus homo factus est, & cętera quæ sunt de fide; quia qui fidẽ Catholicam non habet, nihil boni potest facere, quod sibi sit meritorium quantum ad vitam æternam:
D. August. quia dicit Augustinus: quod *fides est bonorum omnium fundamentum*. Secundo vt in Deo habeat bonam spem, & veram. Et hoc valde difficile & arduum est; ita quod homo pro mercede æterna, se cruciat castigando, vigilando, eleesymam dando, & cetera bona faciat, cum tamen mercedem non videat. Tertiò vt habeat veram charitatem, scilicet, ad Deum, & proximum, quod est valde difficile & arduum, vt homo diligat Deum quem nunquam vidit, magis quam filios quos quotidie videt, magis quam seipsum. Item quod diligat hominem qui ipsum fortiter lęsit, & non loquatur de eo malum, nec illi optet malum, nec etiam illi inferre intendat. Et tamẽ ista charitas est necessaria perfectè volenti operari bonum.

Secundò debet hominem mouere ad bene operandũ, boni amissi recuperatio. Videmus enim ad oculum, quod qui amisit rem sibi dilectam, diligenter quærit & facit quidquid potest vt ipsam rehabeat. Sed homo existens in statu gratiæ, rem habet dilectam, super omnia quę possunt haberi in hac vita, & est valde diues, quia omnes virtutes, & omnia opera quę facit, in statu gratiæ, merentur vitam ęternam. Sed per vnum mortale omnia ista amit-

amittit, scilicet, gratiam, virtutes, & bona opera. Et ideo debet se homo ponere ad statū pœnitentię, quę est via deducens ad gratiam. & tunc potest omnia amissa recuperare. Vnde dicitur Apoc. 2. *Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac.* Ipsa enim pœnitentia recuperat gratiam, & quandoque maiorē quam perdita sit per culpam. Illud significatur, Iob vltimo; quod Deus conuerso Iob *restituit omnia quæ fuerunt Iob, duplicia.* Et ideò quicunque bona opera sua amisit per peccatum, debet agere pœnitentiam, vt amissa bona recuperet. Vnde nota quod ad veram pœnitentiam tria requiruntur. Primo vera contritio, quia opus vt peccatum quod per delectationem in animam introducitur, per contritionem & dolorem expellatur. Vnde Ezechias Rex dum ægrotaret, dixit Isaię, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Dicunt Physici siue naturales, quando infirmus ridet in feruore suę infirmitatis, est maximum signum mortis. Sed econuerso quando affligitur & anxiatur, & viuaciter sentit infirmitatem suam, significat crisim, vel vitam subsequentem: sic quando peccator habet amaram contritionem de ęterna damnatione, amariorem de supernę patriæ amissione, amarissimā de diuina offensione; signum est spiritualis conualescentię. Sed quando peccator nullam habet contritionem de peccatis suis, sed in peccatis suis gaudet; signum est quod est obduratus in peccatis, & quod coram Deo mortuus est. Secundo requiritur pura confessio.

Apoc. 2.

Iob 42.

Isa. 38.

Vide-

Videmus enim quod quanto aliqua corpora, gradu sũt altiora, tãto etiã sunt puriora, vt patet in igne quod est elementũ superius & purius, & in terra quod est elementũ inferius & impurius, & fęx omnium elementorum. Cum enim anima rationalis inter omnes creaturas sit altior, quo ad statum merendi: quia potest excellere Angelos, qui non sunt in statu merendi: ideo frequenter est purganda per confessionem. Sed quia contritio habet ad confessionem quendam ordinem, ideo oportet, vt illud de quo anima interius conteritur, lingua exterius confiteatur. Vnde Isai. *Narra si quid habes, vt iustificeris*, id est, perfectè munderis: Ipsa enim confessio statim meretur veniam de peccatis, quando fit cum vera contritione. Tertio requiritur iusta satisfactio. Dicunt iura canonica, Rationabile est, quod æqualis pœna puniat eum, qui peccato consentit, & qui factum perpetrauit. Et quia anima & corpus in eundem actum peccandi cõsentiunt, iustum est, vt quando anima dolore contritionis interius affligitur, etiam corpus satisfactione exterius affligatur. In iure etiam ciuili, iubetur quod pœna grauissima puniatur, qui in mortem Regis seu Principis machinatur. Et propter hoc etiam rationabile est, quod homo corpus suum, pœna pœnitentiæ puniat, quod regiam animam, terrenis cupiditatibus frequenter intoxicat. In lege etiam veteri Moysi præceptum est, vt qui aliquem à Dei seruitio retrahere niteretur, lapidibus obruatur. Et quia corruptibile corpus animam

Isa. 43.

animam frequenter à seruitio Dei retrahit, & ipsam carnalibus desideriis seruire facit, ipsum tamquam diuersis lapidibus pœnitentiis debemus punire, quia dicit Bernard. *Qui veraciter pœnitet, laborem pœnitentiæ non abhorret, sed quidquid proculpa quam abhorret iniungitur, libenter amplectitur.* D.Bern.

Tertiò debet hominem mouere ad benè operandum, temporis velox transitio. Videmus enim ad oculum, quod quando aliquis habet aliquod opus facere, & videt quod tempus est breue, multum solet festinare. Nunc autem tempus in continua successione variatur, quia nox succedit diei, & hora horæ, & sic semper reuoluitur, & sic homo qui est in tempore, continue variatur, & transit cum tempore, & nunquam in eodem statu permanet, donec mors quæ est incerta, veniat. Et ideo dicitur, Sap. 2. *Vmbra transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri.* Et ideo quia tempus paucum habemus, quia nihil aliud habemus de tempore nisi nunc, & nescimus quãdo mors veniet & diuidet nobiscũ hoc nunc; ideo sine intermissione debemus bene operari, vt dicit Apostolus Gal. 6. *Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* In hoc ergo tempore, quilibet debet bene facere, ne pereat, & mors veniat, & tunc vltra ad meritorie vel bene operandum, tempus non habeat. Vnde nota quod post istã vitã nõ erit tale tẽpus, nec in purgatorio, nec in iudicio, vel in inferno. In cęlo non erit tale tempus, quia nec pręsens nec præteritum, nec futurum sicut modo, nec anni, Sap. 2 Galat. 6

anni, nec menses, nec hebdomadę, nec dies, nec horę: sed ibi erit perfectio temporis, quia ibi erit vna dies. Iuxta illud, Psalmi , *Dies pleni inuenientur in eis*, In cælo non erit tempus merendi, sed tempus fruendi, & gaudendi de diuina contemplatione. In purgatorio non erit etiam tempus merendi, sed tempus purgandi peccatum, quod in hoc tempore, digna satisfactione homo non deleuit. In iudicio etiam non erit tempus merendi, sed tempus cōputandi de tempore quod nobis impensum est à Deo, qualiter sit expensum. In inferno etiam non erit tempus merendi, sed tempus æternaliter flendi & puniendi. Sunt enim damnati adeo obstinati in peccatis, vt pœnitere non possint, & ideo etiam mereri.

Psal. 73

Vnde nota quod quatuor modis homo meriri potest. Primo per fidei illuminationem. Sed hoc non erit in inferno, quia nulla scientia erit in inferno, qua per fidem Deum cognoscant. In hac enim vita quilibet fidelis habet de Deo veram cognitionem per lumen fidei . In beata vita euacuabitur fides, quia aperte videbunt speculum trinitatis, in quo omnia videbunt: In inferno autem non erit fides, nec cognitio , nec visio, sed, tantum pœnę & tenebræ. Iuxta illud Eccles. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreati sunt*. Secundo potest homo mereri per charitatis intentionē, quia qui Deum & proximum plus diligit, plus meretur, Sed hoc non erit in inferno, quia voluntas damnatorum taliter per inuidiam erit corrupta (quod inuidia charitati opponitur) vt

Eccl. 11.

vt nec se inuicem, nec Deum, nec sanctos diligere possint: sed perpetua obstinati inuidia, seipsos & omne bonum odio habebunt. Tertio potest aliquis mereri per bonam operationem. Sed hoc nō erit in inferno, quia sunt ligati & obdurati ad omne opus bonum faciendum. Sicut enim Sancti in cælo adeo sunt confirmati in bono, vt nunquam possint facere malum: sic damnati in inferno sunt adeo obstinati in malo, vt nunquam possint velle, nec facere bonum. Habent enim manus & pedes ligatos, ideo nihil boni facere possunt. Vnde Math. 22. *Ligatis manibus & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores.* Quartò aliquis potest mereri per corporis domationem, ita vt corpus cum sensibus rationi subiiciat, ne impugnet aduersus spiritum, quia hoc fit cum quadam violentia & grauitate. Sed hoc non erit in damnatis, quia semper viuunt secundū furiosam sensualitatem, in turbatione, & ira, quia amplius non habebunt spem de venia. Vnde dicitur in Psal. 111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.* Matt. 22. Psal. 111.

Quarto debet hominem mouere ad bene operandū, magna pręmiatio. Videmus enim ad sensum quod bonus & fidelis operarius, magnam mercedē expectans fideliter & continue laborat: sed Deus vult abundanter præmiare, & mercedem illis dare, qui in bonis operibus se exercent. Et ideo debemus continuè nos exercere in bonis operibus, vt premium beatificum à Deo post hanc vitam recipia-

cipiamus: quia secundum nobilitatem suorũ bonorum operum, vnusquisque recipiet prẹmium, non secundũ maioritatem operis, sed secundum nobilitatem, secundum quod aliquis magis facit boni in maiori charitate. Aliquis enim per vnum Aue Maria, vel aliquod aliud opus bonum, plus posset mereri de prẹmio, qui in maiori charitate hoc fecerit, quã alter qui mille vel amplius legeret in minori charitate, quia secundum intentionem charitatis, augebitur & prẹmium. Vnde frequenter debemus bene operari, & quidquid operamur in charitate operemur, & tunc tale opus fit electum, & Deo magis gratum. Et ideò di-
Eccl. 14 citur, Ecclef. 14. *Omne opus electum iustificabitur*, id est, à Deo iustum reputabitur. *Et qui operatur illud honorabitur*, id est perfectè prẹmiabitur. Vnde non est dubium, quin secundum meritum suum quisque recipiet prẹmium, & sedem in cælo. Vnde nota quod istud prẹmium quod quisque secundum opera sua recipiet, bene
Matth. 20 figuratum est in Euangelio Matt. 20. Vbi Saluator quibusdam operariis promittit *denarium diurnum*, quibusdam promittit *quod iustum est*, quibusdam vero nihil. Illis autẽ quibus promittit *denarium diurnum*, sunt illi, qui *mane*, hoc est, ab initio pueritiæ suæ in iuuentute Deo seruiunt, & debetur prẹmium magnum, significatũ, per *denarium diurnum* qui imaginem
Psal. 20, regis reprẹsentat. In cuius atriis *melior est dies vna super millia*. Illi autem quibus promittit *quod iustum est*, sunt illi qui sexta, & hora nona venerunt. Hos secundum iustitiam prẹmiat,

quia

quia non considerat in eis multitudinē operis, nec diuturnitatem laboris, sed radicem charitatis, quia Deus non respicit quantum, sed ex quanto. Sicut patet in vidua, quæ *obtulit duo minuta*, de qua dicit Saluator *quod plus omnibus dedit*, quia cum maiori affectu dedit. Illi autem quibus nihil promittit, sunt qui hora vndecima hoc est in ætate decrepita Deo seruiunt. Talibus enim nihil dat, sed quidquid dat, ex gratia donat. Sufficit enim talibus, quod eos ad suam gratiam suscipit. Iuxta illud Psal. *Ne proiicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vnde nota quod Deus quatuor genera hominum remunerat. Primi sunt qui pro omnibus bonis suis nihil recipiunt in cælo, vt sunt illi qui multa bona faciunt, & tamē sunt in peccato mortali, luxuria, vel alio peccato: hoc bonum curat Deus, sed modicum. Tantum curat, quod hominem quidem pro tali bono facilius conuertit, vel temporali bono remunerat, vel minus damnat, non quod totaliter pœnam ab eis tollat, sed quod eam diminuit, sed in cælo non remunerat. Secundi sunt quos modicum remunerat: vt qui in morte conuertuntur, & pœnitent, nec aliquid boni habent, & tamen ista conuersio est periculosa, & tamen ferè omnes illuc differunt. Vnde non legimus alium, nisi solum latronem in morte conuersum expresse, cum tamen plures fuerunt. Et hoc ideo, vt Deus ostenderet, quàm rara & periculosa sit pœnitētia in morte. Vnde dicit Saluator, *Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato:* Matth. 24.

Luc. 21.

Psal. 70.

Sermo in Ascensione Domini nostri Iesu Christi.

SERMO XXXII.

ASCENSIONES *in corde suo disposuit*, &c. Psalm. 83. Psal. 83 Videmus ad sensum, quod si aliquis habet dilectum amicum sublimatum in Regem vel magnum dominum in terra aliena, talis de ipso cum gaudio cogitat, & ipsum si posset fieri, videre desiderat. Huius exemplum habemus in Iacob qui cum audisset, quod dilectus filius suus Ioseph dominaretur in tota terra Ægypti, dixit, *Sufficit mihi, vadam & videbo eum antequam moriar.* Charissimi, Christus qui merito est amicus noster dilectissimus, hodie est sublimatus in Regem cælorum: ideo iuste post ipsum, cordis affectu debemus ascendere, & hoc est quod dicitur in verbo proposito, *Ascensiones in corde suo disposuit*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor faciunt hominem spiritualiter ascendere.

Primum est cordis puritas. Videmus enim in cursu naturæ, quod quantò aliqua res est purior, tantò leuior, & tantò facilius ascendit, vt patet in elementis quæ quantò sunt puriora, tantò facilius ascendunt, vt patet in igne & aëre. Et quantò sunt impuriora, tantò sunt grauiora, vt patet in aqua & terra: sic est in cursu spiritualium, quia quantò homo in cor-

de suo purior est, tantò facilior est ad hoc, quod spiritualiter ascendat Psal. *Quis ascendit in montē dñi, aut quis stabit in loco sancto eius*, Respondit. *Innocens manibus & mundo corde*. Sed quāto cor est impurius, tāto grauius ad ascēdendū: & velocius ad descendendū: quia quanto aliquid est grauius, tanto mouetur velocius ad descendēdū. Sed peccator mouetur in tēpore, nō secūdū tēpus, sed in puncto. Iuxta illud Iob, *In puncto ad inferna descendunt*. Et ideo nisi peccator per misericordiam Dei retineretur, quæ est mediatrix inter Deum & nos, statim cum peccaret præcipitaretur ad infernum, sicut pondus descendendo inferius, curreret in profundū, nisi retineretur per mediū. Vnde semel terra *deglutiuit* homines, sicut patet Numer. 16. *Cum substantiis & domibus eorum*. Et de talibus dicitur. Exod. 15. *Descenderunt in profundum quasi lapis*. Et hoc ideò, quia tā grauiter peccauerunt, quod misericordia diuina eos non sustentabat. Vnde debemus habere puritatē cordis, quæ nos facit ad Deum ascendere, & non descendere ad infernum. Nam qui cordis puritatem per peccatum amisit, debet ipsam acquirere per veram pœnitentiam. Quia sicut per peccatum homo à Deo elongatur, sic per pœnitentiam Deo approximat. Vnde dicitur Abdiæ 1. *Saluatores ascendite montem Sion*. Saluatores possunt dici illi, qui per cordis munditiam, & veram pœnitentiam student saluare animas suas, quia cor, quod per peccatum maculatur, per pœnitentiam mundatur. Et tales ascendunt montem Sion, qui interpretatur speculum, id est, cæle-

Psal. 23. Iob. 21. Num. 16. Abdiæ 1.

cæleftem paradifum, vbi videbunt gloriam æternitatis. Et dicit Saluator, *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.* Matth 5.

Nota, ad perfectam puritatem feu munditiam habendam, triplex requiritur munditia. Primò requiritur munditia cordis. Dicitur autem cor mundum: quod nullo peccato eft inquinatum, nec aliqua peruerfa cogitatione offufcatum. Et hęc munditia omnes munditias pręcedit, tamquam fundamentum & radix omnis munditiæ. Quia ficut nulla pulchritudo eft in arbore, nifi afcendat de radice, nec aliqua claritas eft in aëre, nifi proueniat à fole: fic nulla munditia eft in corpore, nec opere, nec in fermone, nifi defcendat à cordis puritate, tamquam ex fonte & origine, à qua deriuatur membrorum motus & vita, ficut ramufculi viror deriuatur à radice. Et ideo immunditia exterior, interiorem cordis immunditiam apertiffimè manifeftat. Et ideo dicit Auguftinus, *Impudicus oculus impudici cordis eft nuncius.* D. Auguſt. Et fimiliter verba impudica & immūda etiam corda oftendunt immunda. Secundo requiritur munditia corporis, quia corporis munditia dependet totaliter à munditia cordis: fine enim confenfu cordis, non contrahitur immunditia corporis, quia corpus coinquinari non poteft, nifi cor confentiat. Vnde dicebat Sancta Lucia, *Si inuitam me violari feceris, caftitas mihi duplicabitur ad coronam.* Et ideò proprie loquendo, nulla virtus confiftit in corpore, fed intus in corde & mente. Vnde virginitas eft munditia, vel habitus munditię

ipsius animæ, redundans foris in carnem. Tertio requiritur munditia operis, quia reuera tunc homo habet perfectam munditiam, quando non solum habet mundum cor, verum etiam munda verba & opera, vt munditia cordis foris resplendeat in visu, in auditu, in tactu, in incessu, & affatu. Quia nequaquã esse potest, quod tales habeant corda munda, qui habent immunda verba & opera, quia hęc sunt certissima signa immundi cordis. Vnde dicebat quędam mulier sanctissima in vitis patrum, *Non est vera munditia apud seculares homines, eo quod sunt omnium sensuum corruptores.*

Secundũ est vera charitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod licet ferrũ de se sit graue, tamen naturali virtute magnetis trahitur & mouetur. Item videmus quod humores aquosi, licet quodammodo sint ponderosi, tamen per solem in feruore suo attrahuntur & eleuantur superius. Item licet homo ratione carnis corruptibilis sit, etiam ponderosus, & inclinatur ad terrena, tamen per virtutem charitatis, quæ est calor veri solis, eleuatur ad superna. Vnde dicit Augustinus, *Amor meus, pondus meum; eo feror, quocunque feror.* Vnde anima quæ diligit ardenter Deum, semper fertur in ipsum mediante amore, quo mouetur & trahitur ab ipso, sicut ab amato, quia amatũ semper mouet & trahit ad se amantis desideriũ. Maximè tamen trahit ipsum summũ bonum, cuius superefluens dulcedo adeo accendit animam, eius amore & desiderio æstuantem, quod ipsam totaliter trahit & prouehit in se,

D. August.

ita

ta etiam vt vnus spiritus fit cum eo. Vnde charitas potest comparari rectè illi currui ignito, per quem Helias ascendit in cælum, quia sicut currus transuehit hominē sine contagione, per vias immundas ad finem intentum: sic charitas transuehit hominem ad Deum, qui est finis rationalis creaturæ, per vias immundas huius seculi, sine contagione mortalis peccati, quod secum non patitur charitatem. Vnde Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, huius mundi, *delitijs affluens*, ex dilectione summi boni, in quo sunt omnes delitiæ; *innixa super dilectum suum*, id est, Christum, ex feruore desiderij & amoris. Vnde nota quod qui perfecte volunt ascendere ad Deum cum perfecta charitate, debent ascendere quatuor gradibus amoris. Primus est amor inseparabilis, qui adeo ligat animam cum Deo, vt eius obliuisci non possit, sed eius memoriam semper apud se habeat. Animæ enim amanti ita Deus est impressus interius, & ita expressus exterius, vt siue ambulet, siue sedeat, siue operetur, siue quiescat, siue loquatur, siue taceat, vel quidquid faciat, Deus à memoria eius nunquam recedat, quia eū posuit quasi *signaculum super cor suum*, & ex omnibus quæ videt & audit in creaturis, in vnum fasciculum recordationis colligit, quem iugiter in se reponit, dicens illud Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In hoc gradu amoris Primo anima proficit, quia omnia quę videt & audit in creaturis, vt pulchritudinem, iucunditatem, vel dulcedinē, totaliter refert

Cant. 3

Cant. 8

Cantic. 1

in Deum, considerando quod omnes perfectiones & nobilitates quæ diuersi modè respersæ sunt in creaturis, ampliori perfectione sunt recollectę in Deo, in quo sunt omnia bona tanquam in primo principio, à quo est omne bonum. Et hæc consideratio facit quod anima amorosa, se totaliter conuertit in Deũ, vt dicit Hugo de laudibus, &c. *Ad te me conuerto dulcis Iesu, à quo dependet totum animæ meæ bonum.* Secundus est amor insuperabilis, qui quadam suauitate Deifica adeo transfigit animam Deum amantem, vt nulli rei contra Deum cedat. Quia qui istum gradum ascendit, illi Deus adeo intimatur & imprimitur, quadam inuisibili fortitudine, vt omnia ipsam in suo amore impedientia suppeditet: quia nec cedit tentationi, nec consolationi, nec persecutioni, nec paupertati, nec auctoritati cuiusquam: sed omnia vincit per ipsum, & propter ipsum, quem super omnia diligit. In hoc gradu amoris anima iam perfecta adeo roboratur, vt cum Apostolo dicere audeat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* quasi diceret, nihil. Hoc amore roborati fuerunt sancti martyres, & illę tenellę virgines Catharina, Agnes, &c. quas non poterant à Deo amouere huius mũdi delectationes, nec omnia genera tormentorum superare, nec amara vel dulcia poterãt à diuino amore abstrahere, & tamen quædã earum vix erant nouem annorum: nec mirũ. Totus enim mundus non posset hominem vincere quem diuinus amor roborat. Tertius gradus est amor insociabilis, qui animã nihil aliud

Hugo

Rom. 8.

aliud facit ſapere quam Deum, & ideo totum affectum animæ trahit, ne ſocium in amore habeat. Et hic maximè viget in virginibus. In hoc gradu anima roborata iam in amore perficitur: quia nihil aliud amat iam præter ipſum, quem ſuper omnia amat: anima enim quæ ſic Deum amat, illi cõglutinatur & ſubarrhatur quodam ſingulari nexu & fœdere charitatis, vt nihil pręter Chriſtũ diligat, quod ſit alienum ab eius amore. Quia dicit Hugo Hugo. de arrha animę, *Ille Chriſto iniuriam facit, qui inhoneſta & indecora in ſocietatem recipit* dilectionis, ſed tamen honeſte & ordinate omnia in ipſũ reflectit. Diligit enim primo propter ſe, & ſuper omnia, ſolũ Deũ. Secũdo diligit ſe, nõ ad ſe, ſed ad Deũ. Tertio diligit amicũ non in ſe, ſed in Deũ. Quarto diligit inimicum nõ propter ſe, ſed propter Deũ. Quinto diligit omnia creata, nõ ſecundũ ſe, ſed ſecundũ Deũ, & ſic omnia ordinat in Deum. Quartus gradus eſt amor inſatiabilis, qui animam quodam mirifico deſiderio tam ſuauiter accendit, vt ei nihil ſufficere poſſit, niſi ſummum bonum. In hoc gradu anima perfecto amore Deo totaliter viuit, vt dicat: *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Chriſtus.* Galat. 2. Et anima quæ iſtum gradum aſcendit, omnia terrena contemnit, mundo moritur, ſolatia & delitias fugit, diuitias & honores non curat, ſemper ſuſpirat, ſemper languet, exilium deplorat: quia huic perfecte vniri appetit, cui ſoli viuit, quẽ ſuper omnia diligit. Phil. 1. Et ideo dicit cum Apoſtolo, *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto* qui ſolus replebit deſideriũ ſuũ.

anni, nec menses, nec hebdomadę, nec dies, nec horę: sed ibi erit perfectio temporis, quia ibi erit vna dies. Iuxta illud Psalmi, *Dies pleni inuenientur in eis*, In cælo non erit tempus me-
Psal.73 rendi, sed tempus fruendi, & gaudendi de diuina contemplatione. In purgatorio non erit etiam tempus merendi, sed tempus purgandi peccatum, quod in hoc tempore, digna satisfactione homo non deleuit. In iudicio etiam non erit tempus merendi, sed tempus cōputandi de tempore quod nobis impensum est à Deo, qualiter sit expensum. In inferno etiam non erit tempus merendi, sed tempus æternaliter flendi & puniendi. Sunt enim damnati adeo obstinati in peccatis, vt pœnitere non possint, & ideo etiam mereri.

Vnde nota quod quatuor modis homo meriri potest. Primo per fidei illuminationem. Sed hoc non erit in inferno, quia nulla scientia erit in inferno, qua per fidem Deum cognoscant. In hac enim vita quilibet fidelis habet de Deo veram cognitionem per lumen fidei. In beata vita euacuabitur fides, quia aperte videbunt speculum trinitatis, in quo omnia videbunt: In inferno autem non erit fides, nec cognitio, nec visio, sed tantum
Eccl.11. pœnę & tenebræ. Iuxta illud Eccles.11. *Error & tenebræ peccatoribus concreati sunt*. Secundo potest homo mereri per charitatis intentionē, quia qui Deum & proximum plus diligit, plus meretur, Sed hoc non erit in inferno, quia voluntas damnatorum taliter per inuidiam erit corrupta (quod inuidia charitati opponitur)

vt

vt nec se inuicem,nec Deum, nec sanctos diligere possint:sed perpetua obstinati inuidia, seipsos & omne bonum odio habebunt. Tertio potest aliquis mereri per bonam operationem. Sed hoc nõ erit in inferno,quia sunt ligati & obdurati ad omne opus bonum faciendum.Sicut enim Sancti in cælo adeo sunt confirmati in bono,vt nunquam possint facere malum : sic damnati in inferno sunt adeo obstinati in malo , vt nunquam possint velle, nec facere bonum. Habent enim manus & pedes ligatos, ideo nihil boni facere possunt. Vnde Math.22. *Ligatis manibus & pedibus,proiicite eum in tenebras exteriores.* Quartò aliquis potest mereri per corporis domationem , ita vt corpus cum sensibus rationi subiiciat, ne impugnet aduersus spiritum,quia hoc fit cum quadam violentia & grauitate . Sed hoc non erit in damnatis,quia semper viuunt secundũ furiosam sensualitatem , in turbatione, & ira, quia amplius non habebunt spem de venia. Vnde dicitur in Psal.111. *Peccator videbit & irascetur,dentibus suis fremet & tabescet , desiderium peccatorum peribit.*

Matt.22.

Psal.111.

Quarto debet hominem mouere ad bene operandũ,magna pręmiatio. Videmus enim ad sensum quod bonus & fidelis operarius, magnam mercedẽ expectans fideliter & continue laborat : sed Deus vult abundanter præmiare,&mercedem illis dare,qui in bonis operibus se exercent.Et ideo debemus continuè nos exercere in bonis operibus, vt premium beatificum à Deo post hanc vitam recipia-

cipiamus: quia secundum nobilitatem suorũ bonorum operum, vnusquisque recipiet prę-mium, non secundũ maioritatem operis, sed secundum nobilitatem, secundum quod aliquis magis facit boni in maiori charitate. Aliquis enim per vnum Aue Maria, vel aliquod aliud opus bonum, plus posset mereri de prę-mio, qui in maiori charitate hoc fecerit, quã alter qui mille vel amplius legeret in minori charitate, quia secundum intentionem charitatis, augebitur & pręmium. Vnde frequenter debemus bene operari, & quidquid operamur in charitate operemur, & tunc tale opus fit electum, & Deo magis gratum. Et ideò di-
Eccl. 14 citur, Eccles. 14. *Omne opus electum iustificabitur*, id est, à Deo iustum reputabitur. *Et qui operatur illud honorabitur*, id est perfectè pręmiabitur. Vnde non est dubium, quin secundum meritum suum quisque recipiet pręmium, & sedem in cælo. Vnde nota quod istud pręmium quod quisque secundum opera sua recipiet, bene
Matth. 20 figuratum est in Euangelio Matt. 20. Vbi Saluator quibusdam operariis promittit *denarium diurnum*, quibusdam promittit *quod iustum est*, quibusdam vero nihil. Illis autẽ quibus promittit *denarium diurnum*, sunt illi, qui *mane*, hoc est, ab initio pueritiæ suæ in iuuentute Deo seruiunt, & debetur pręmium magnum, significatũ, per *denarium diurnum* qui imaginem
Psal. 20, regis reprę sentat. In cuius atriis *melior est dies vna super millia*. Illi autem quibus promittit *quod iustum est*, sunt illi qui sexta, & hora nona venerunt. Hos secundum iustitiam pręmiat,
quia

quia non considerat in eis multitudinẽ operis, nec diuturnitatem laboris, sed radicem charitatis, quia Deus non respicit quantum, sed ex quanto. Sicut patet in vidua, quæ *obtulit duo minuta*, de qua dicit Saluator *quod plus omnibus dedit*, quia cum maiori affectu dedit. Illi autem quibus nihil promittit, sunt qui hora vndecima hoc est in ætate decrepita Deo seruiunt. Talibus enim nihil dat, sed quidquid dat, ex gratia donat. Sufficit enim talibus, quod eos ad suam gratiam suscipit. Iuxta illud Psal. *Ne proiicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vnde nota quod Deus quatuor genera hominum remunerat. Primi sunt qui pro omnibus bonis suis nihil recipiunt in cælo, vt sunt illi qui multa bona faciunt, & tamẽ sunt in peccato mortali, luxuria, vel alio peccato: hoc bonum curat Deus, sed modicum. Tantum curat, quod hominem quidem pro tali bono facilius conuertit, vel temporali bono remunerat, vel minus damnat, non quod totaliter pœnam ab eis tollat, sed quod eam diminuit, sed in cælo non remunerat. Secundi sunt quos modicum remunerat: vt qui in morte conuertuntur, & pœnitent, nec aliquid boni habent, & tamen ista conuersio est periculosa, & tamen fere omnes illuc differunt. Vnde non legimus alium, nisi solum latronem in morte conuersum expresse, cum tamen plures fuerunt. Et hoc ideo, vt Deus ostenderet, quàm rara & periculosa sit pœnitẽtia in morte. Vnde dicit Saluator, *Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato:*

Luc. 21.

Psal. 70.

Matth. 24.

Z Sab-

Sabbatum est vltimum dierum septimanæ. Hyems non est vtilis ad seminandum, & ad laborandum in agro: sic tempus mortis. Non ergo differas conuerti in vltimum diem mortis, tunc enim nihil laborare poteris, quia pœna magna, si non conuerteris, & gloria parua si cõuerteris. Tertij sunt quos multum remunerat & sunt illi, qui cito conuertuntur in iuuentute, quia iuuenes sunt fortes, & fortem pœnitentiã possunt facere, & tales Deus fortiter remunerat, quia talem conuersionem multum diligit. sicut aliquis magis diligit nouam tunicam, quam antiquam & dissutam: sic Deus magis diligit conuersionem iuuenũ, quam senum, quia est fructuosior, & ideo magis tales remunerat. Vnde dicit Apostolus,
1. Cor. 3. *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem*. Qui ergo diutius in maiori charitate laborauerunt, in maioribus choris collocabuntur. Quarti sunt quos supra modum remunerat, vt qui nunquam mortaliter peccauerunt, & tamen durissimam agunt pœnitentiam, vt Ioannes Baptista, & alij quam plures. Et horum gloria pro tanto maior est, quam aliorum, quia omnia quæ faciunt, purè eis proueniunt ad pręmium æternum. Et isti dicuntur cantare canticum nouum, quod nullus aliorum Sanctorum cantabit. Sed tamen supra modum libenter audiunt. Et horum pręcentrix est Beata virgo, sedens iuxta thronum sui dilectissimi filij. Rogemus ergo, &c.

Sermo

Sermo in Aſcenſione Domini noſtri Ieſu Chriſti.

SERMO XXXII.

Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, &c. Pſalm. 83. Pſal. 83
Videmus ad ſenſum, quod ſi aliquis habet dilectum amicum ſublimatum in Regem vel magnum dominum in terra aliena, talis de ipſo cum gaudio cogitat, & ipſum ſi poſſet fieri, videre deſiderat. Huius exemplum habemus in Iacob qui cum audiſſet, quod dilectus filius ſuus Ioſeph dominaretur in tota terra Ægypti, dixit, *Sufficit mihi, vadam & videbo eum antequam moriar.* Chariſſimi, Chriſtus qui meritò eſt amicus noſter dilectiſſimus, hodie eſt ſublimatus in Regem cælorum: ideo iuſte poſt ipſum, cordis affectu debemus aſcendere, & hoc eſt quod dicitur in verbo propoſito, *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit*. Circa quod verbum ad noſtram doctrinam eſt ſciendum, quod quatuor faciunt hominem ſpiritualiter aſcendere.

Primum eſt cordis puritas. Videmus enim in curſu naturæ, quod quantò aliqua res eſt purior, tantò leuior, & tantò facilius aſcendit, vt patet in elementis quæ quantò ſunt puriora, tantò facilius aſcendunt, vt patet in igne & aëre. Et quantò ſunt impuriora, tantò ſunt grauiora, vt patet in aqua & terra: ſic eſt in curſu ſpiritualium, quia quantò homo in cor-

de suo purior est, tantò facilior est ad hoc, quod spiritualiter ascendat Psal. *Quis ascendit in montē dñi, aut quis stabit in loco sancto eius*, Respondit.
Psal. 23 *Innocens manibus & mundo corde*. Sed quāto cor est impurius, tāto grauius ad ascēdendū: & velocius ad descendendū: quia quanto aliquid est grauius, tanto mouetur velocius ad descendē-dū. Sed peccator mouetur in tēpore, nō secūdū tēpus, sed in puncto. Iuxta illud Iob, *In puncto ad inferna descendunt*. Et ideo nisi peccator per
Iob. 21. misericordiam Dei retineretur, quæ est mediatrix inter Deum & nos, statim cum peccaret precipitaretur ad infernum, sicut pondus descendendo inferius, curreret in profundū, nisi retineretur per mediū. Vnde semel terra
Num. 16. *deglutiuit* homines, sicut patet Numer. 16. *Cum substantiis & domibus eorum*. Et de talibus dicitur. Exod. 15. *Descenderunt in profundum quasi lapis*. Et hoc ideò, quia tā grauiter peccauerunt, quod misericordia diuina eos non sustentabat. Vnde debemus habere puritatē cordis, quæ nos facit ad Deum ascendere, & non descendere ad infernum. Nam qui cordis puritatem per peccatum amisit, debet ipsam acquirere per veram pœnitentiam. Quia sicut per peccatum homo à Deo elongatur, sic per pœnitentiam
Abdiæ 1. Deo approximat. Vnde dicitur Abdiæ 1. *Saluatores ascendite montem Sion*. Saluatores possunt dici illi, qui per cordis munditiam, & verant pœnitentiam student saluare animas suas, quia cor, quod per peccatum maculatur, per pœnitentiam mundatur. Et tales ascendunt montem Sion, qui interpretatur speculum, id est, cæle-

cælestem paradisum, vbi videbunt gloriam æternitatis. Et dicit Saluator, *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.* Matth 5.

Nota, ad perfectam puritatem seu munditiam habendam, triplex requiritur munditia. Primò requiritur munditia cordis. Dicitur autem cor mundum: quod nullo peccato est inquinatum, nec aliqua peruersa cogitatione offuscatum. Et hęc munditia omnes munditias pręcedit, tamquam fundamentum & radix omnis munditiæ. Quia sicut nulla pulchritudo est in arbore, nisi ascendat de radice, nec aliqua claritas est in aëre, nisi proueniat à sole: sic nulla munditia est in corpore, nec opere, nec in sermone, nisi descendat à cordis puritate, tamquam ex fonte & origine, à qua deriuatur membrorum motus & vita, sicut ramusculi viror deriuatur à radice. Et ideo immunditia exterior, interiorem cordis immunditiam apertissimè manifestat. Et ideo dicit Augustinus, *Impudicus oculus impudici cordis est nuncius.* Et similiter verba impudica & immūda etiam corda ostendunt immunda. Secundo requiritur munditia corporis, quia corporis munditia dependet totaliter à munditia cordis: sine enim consensu cordis, non contrahitur immunditia corporis, quia corpus coinquinari non potest, nisi cor consentiat. Vnde dicebat Sancta Lucia, *Si inuitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Et ideò proprie loquendo, nulla virtus consistit in corpore, sed intus in corde & mente. Vnde virginitas est munditia, vel habitus munditię D. August.

 ipsius

ipsius animæ, redundans foris in carnem. Tertio requiritur munditia operis, quia reuera tunc homo habet perfectam munditiam, quando non solum habet mundum cor, verum etiam munda verba & opera, vt munditia cordis foris resplendeat in visu, in auditu, in tactu, in incessu, & affatu. Quia nequaquã esse potest, quod tales habeant corda munda, qui habent immunda verba & opera, quia hęc sunt certissima signa immundi cordis. Vnde dicebat quędam mulier sanctissima in vitis patrum, *Non est vera munditia apud seculares homines, eo quod sunt omnium sensuum corruptores.*

Secundũ est vera charitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod licet ferrũ de se sit graue, tamen naturali virtute magnetis trahitur & mouetur. Item videmus quod humores aquosi, licet quodammodo sint ponderosi, tamen per solem in feruore suo attrahuntur & eleuantur superius. Item licet homo ratione carnis corruptibilis sit, etiam ponderosus, & inclinatur ad terrena, tamen per virtutem charitatis, quæ est calor veri solis, eleuatur ad superna. Vnde dicit Augustinus, *Amor meus, pondus meum; eo feror, quocunque feror*. Vnde anima quæ diligit ardenter Deum, semper fertur in ipsum mediante amore, quo mouetur & trahitur ab ipso, sicut ab amato, quia amatũ semper mouet & trahit ad se amantis desideriũ. Maximè tamen trahit ipsum summũ bonum, cuius superefluens dulcedo adeo accendit animam, eius amore & desiderio æstuantem, quod ipsam totaliter trahit & prouehit in se, ita

D. August.

ta etiam vt vnus spiritus fit cum eo. Vnde charitas potest comparari rectè illi currui ignito, per quem Helias ascendit in cælum, quia sicut currus transuehit hominē sine contagione, per vias immundas ad finem intentum: sic charitas transuehit hominem ad Deum, qui est finis rationalis creaturæ, per vias immundas huius sęculi, sine contagione mortalis peccati, quod secum non patitur charitatem. Vnde Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, huius mundi, *delitijs affluens*, ex dilectione summi boni, in quo sunt omnes delitiæ; *innixa super dilectum suum*, id est, Christum, ex feruore desiderij & amoris. Vnde nota quod qui perfectè volunt ascendere ad Deum cum perfecta charitate, debent ascendere quatuor gradibus amoris. Primus est amor inseparabilis, qui adeo ligat animam cum Deo, vt eius obliuisci non possit, sed eius memoriam semper apud se habeat. Animæ enim amanti ita Deus est impressus interius, & ita expressus exterius, vt siue ambulet, siue sedeat, siue operetur, siue quiescat, siue loquatur, siue taceat, vel quidquid faciat, Deus à memoria eius nunquam recedat, quia eū posuit quasi *signaculum super cor suum*, & ex omnibus quæ videt & audit in creaturis, in vnum fasciculum recordationis colligit, quem iugiter in se reponit, dicens illud Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In hoc gradu amoris Primo anima proficit, quia omnia quę videt & audit in creaturis, vt pulchritudinem, iucunditatem, vel dulcedinē, totaliter refert

Cant. 3

Cant. 8

Cantic. 1

in Deum, considerando quod omnes perfectiones & nobilitates quæ diuersi modè respersæ sunt in creaturis, ampliori perfectione sunt recollectę in Deo, in quo sunt omnia bona tanquam in primo principio, à quo est omne bonum. Et hæc consideratio facit quod anima amorosa, se totaliter conuertit in Deũ, vt dicit Hugo de laudibus, &c. *Ad te me conuerto dulcis Iesu, à quo dependet totum animæ meæ bonum.*

Hugo

Secundus est amor insuperabilis, qui quadam suauitate Deifica adeo transfigit animam Deum amantem, vt nulli rei contra Deum cedat. Quia qui istum gradum ascendit, illi Deus adeo intimatur & imprimitur, quadam inuisibili fortitudine, vt omnia ipsam in suo amore impedientia suppeditet: quia nec cedit tentationi, nec consolationi, nec persecutioni, nec paupertati, nec auctoritati cuiusquam: sed omnia vincit per ipsum, & propter ipsum, quem super omnia diligit. In hoc gradu amoris anima iam perfecta adeo roboratur, vt cum Apostolo dicere audeat: *Quis nos separabit à charitate Christi?* quasi diceret, nihil. Hoc amore roborati fuerunt sancti martyres, & illę tenellę virgines Catharina, Agnes, &c. quas non poterant à Deo amouere huius mũdi delectationes, nec omnia genera tormentorum superare, nec amara vel dulcia poterãt à diuino amore abstrahere, & tamen quædã earum vix erant nouem annorum: nec mirũ. Totus enim mundus non posset hominem vincere quem diuinus amor roborat. Tertius gradus est amor insociabilis, qui animã nihil

Rom. 8.

aliud

aliud facit sapere quam Deum, & ideo totum affectum animæ trahit, ne socium in amore habeat. Et hic maximè viget in virginibus. In hoc gradu anima roborata iam in amore perficitur: quia nihil aliud amat iam præter ipsum, quem super omnia amat: anima enim quæ sic Deum amat, illi cōglutinatur & subarrhatur quodam singulari nexu & fœdere charitatis, vt nihil pręter Christū̃ diligat, quod sit alienum ab eius amore. Quia dicit Hugo de arrha animę, *Ille Christo iniuriam facit, qui inhonesta & indecora in societatem recipit* dilectionis, sed tamen honeste & ordinate omnia in ipsū̃ reflectit. Diligit enim primo propter se, & super omnia, solū Deū. Secūdo diligit se, nō ad se, sed ad Deū. Tertio diligit amicū non in se, sed in Deū. Quarto diligit inimicum nō propter se, sed propter Deū. Quinto diligit omnia creata, nō secundū se, sed secundū Deū, & sic omnia ordinat in Deum. Quartus gradus est amor insatiabilis, qui animam quodam mirifico desiderio tam suauiter accendit, vt ei nihil sufficere possit, nisi summum bonum. In hoc gradu anima perfecto amore Deo totaliter viuit, vt dicat: *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.* Et anima quæ istum gradum ascendit, omnia terrena contemnit, mundo moritur, solatia & delitias fugit, diuitias & honores non curat, semper suspirat, semper languet, exilium deplorat: quia huic perfecte vniri appetit, cui soli viuit, quē super omnia diligit. Et ideo dicit cum Apostolo, *Cupio dissolui & esse cum Christo* qui solus replebit desideriū suū.

Hugo. Galat. 2 Phil. 1.

anni, nec menses, nec hebdomadę, nec dies, nec horę: sed ibi erit perfectio temporis, quia ibi erit vna dies. Iuxta illud Psalmi, *Dies pleni inuenientur in eis*, In cælo non erit tempus me-
Psal.73 rendi, sed tempus fruendi, & gaudendi de diuina contemplatione. In purgatorio non erit etiam tempus merendi, sed tempus purgandi peccatum, quod in hoc tempore, digna satisfactione homo non deleuit. In iudicio etiam non erit tempus merendi, sed tempus cõputandi de tempore quod nobis impensum est à Deo, qualiter sit expensum. In inferno etiam non erit tempus merendi, sed tempus æternaliter flendi & puniendi. Sunt enim damnati adeo obstinati in peccatis, vt pœnitere non possint, & ideo etiam mereri.

Vnde nota quod quatuor modis homo meriri potest. Primo per fidei illuminationem. Sed hoc non erit in inferno, quia nulla scientia erit in inferno, qua per fidem Deum cognoscant. In hac enim vita quilibet fidelis habet de Deo veram cognitionem per lumen fidei. In beata vita euacuabitur fides, quia aperte videbunt speculum trinitatis, in quo omnia videbunt: In inferno autem non erit fides, nec cognitio, nec visio, sed, tantum
Eccl.11. pœnę & tenebræ. Iuxta illud Eccles.11. *Error & tenebræ peccatoribus concreati sunt*. Secundo potest homo mereri per charitatis intentionẽ, quia qui Deum & proximum plus diligit, plus meretur, Sed hoc non erit in inferno, quia voluntas damnatorum taliter per inuidiam erit corrupta (quod inuidia charitati opponitur)

vt

vt nec se inuicem, nec Deum, nec sanctos diligere possint: sed perpetua obstinati inuidia, seipsos & omne bonum odio habebunt. Tertio potest aliquis mereri per bonam operationem. Sed hoc nō erit in inferno, quia sunt ligati & obdurati ad omne opus bonum faciendum. Sicut enim Sancti in cælo adeo sunt confirmati in bono, vt nunquam possint facere malum: sic damnati in inferno sunt adeo obstinati in malo, vt nunquam possint velle, nec facere bonum. Habent enim manus & pedes ligatos, ideo nihil boni facere possunt. Vnde Math. 22. *Ligatis manibus & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores.* Quartò aliquis potest mereri per corporis domationem, ita vt corpus cum sensibus rationi subiiciat, ne impugnet aduersus spiritum, quia hoc fit cum quadam violentia & grauitate. Sed hoc non erit in damnatis, quia semper viuunt secundū furiosam sensualitatem, in turbatione, & ira, quia amplius non habebunt spem de venia. Vnde dicitur in Psal. 111. *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit.* Matt. 22. Psal. 111.

Quarto debet hominem mouere ad bene operandū, magna pręmiatio. Videmus enim ad sensum quod bonus & fidelis operarius, magnam mercedē expectans fideliter & continue laborat: sed Deus vult abundanter præmiare, & mercedem illis dare, qui in bonis operibus se exercent. Et ideo debemus continuè nos exercere in bonis operibus, vt premium beatificum à Deo post hanc vitam re-

quia non considerat in eis multitudinẽ operis, nec diuturnitatem laboris, sed radicem charitatis, quia Deus non respicit quantum, sed ex quanto. Sicut patet in vidua, quæ *obtulit duo minuta*, de qua dicit Saluator *quod plus omnibus dedit*, quia cùm maiori affectu dedit. Illi autem quibus nihil promittit, sunt qui hora vndecima hoc est in ætate decrepita Deo seruiunt. Talibus enim nihil dat, sed quidquid dat, ex gratia donat. Sufficit enim talibus, quod eos ad suam gratiam suscipit. Iuxta illud Psal. *Ne proiicias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vnde nota quod Deus quatuor genera hominum remunerat. Primi sunt qui pro omnibus bonis suis nihil recipiunt in cælo, vt sunt illi qui multa bona faciunt, & tamẽ sunt in peccato mortali, luxuria, vel alio peccato: hoc bonum curat Deus, sed modicum. Tantum curat, quod hominem quidem pro tali bono facilius conuertit, vel temporali bono remunerat, vel minus damnat, non quod totaliter pœnam ab eis tollat, sed quod eam diminuit, sed in cælo non remunerat. Secundi sunt quos modicum remunerat: vt qui in morte conuertuntur; & pœnitent, nec aliquid boni habent, & tamen ista conuersio est periculosa, & tamen ferè omnes illuc differunt. Vnde non legimus alium, nisi solùm latronem in morte conuersum expresse, cum tamen plures fuerunt. Et hoc ideo, vt Deus ostenderet, quàm rara & periculosa sit pœnitẽtia in morte. Vnde dicit Saluator, *Orate ne fuga vestra fiat hyeme vel sabbato*

Luc. 21.

Psal. 70.

Matth. 24.

Sabbatum est vltimum dierum septimanæ. Hyems non est vtilis ad seminandum, & ad laborandum in agro: sic tempus mortis. Non ergo differas conuerti in vltimum diem mortis, tunc enim nihil laborare poteris, quia pœna magna, si non conuerteris, & gloria parua si cõuerteris. Tertij sunt quos multum remunerat & sunt illi, qui cito conuertuntur in iuuentute, quia iuuenes sunt fortes, & fortem pœnitentia possunt facere, & tales Deus fortiter remunerat, quia talem conuersionem multum diligit. sicut aliquis magis diligit nouam tunicam, quam antiquam & dissutam: sic Deus magis diligit conuersionem iuuenũ, quam senum, quia est fructuosior, & ideo ma-
1. Cor. 3. gis tales remunerat. Vnde dicit Apostolus, *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem*. Qui ergo diutius in maiori charitate laborauerunt, in maioribus choris collocabuntur. Quarti sunt quos supra modum remunerat, vt qui nunquam mortaliter peccauerunt, & tamen durissimam agunt pœnitentiam, vt Ioannes Baptista, & alij quam plures. Et horum gloria pro tanto maior est, quam aliorum, quia omnia quæ faciunt, purè eis proueniunt ad pręmium æternum. Et isti dicuntur cantare canticum nouum, quod nullus aliorum Sanctorum cantabit. Sed tamen supra modum libenter audiunt. Et horum pręcentrix est Beata virgo, sedens iuxta thronum sui dilectissimi filij. Rogemus ergo, &c.

Sermo

Sermo in Ascensione Domini nostri Iesu Christi.

SERMO XXXII.

Ascensiones in corde suo disposuit, &c. Psalm. 83. Psal. 83. Videmus ad sensum, quod si aliquis habet dilectum amicum sublimatum in Regem vel magnum dominum in terra aliena, talis de ipso cum gaudio cogitat, & ipsum si posset fieri, videre desiderat. Huius exemplum habemus in Iacob qui cum audisset, quod dilectus filius suus Ioseph dominaretur in tota terra Ægypti, dixit, *Sufficit mihi, vadam & videbo eum antequam moriar.* Charissimi, Christus qui merito est amicus noster dilectissimus, hodie est sublimatus in Regem cælorum: ideo iuste post ipsum, cordis affectu debemus ascendere, & hoc est quod dicitur in verbo proposito, *Ascensiones in corde suo disposuit*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor faciunt hominem spiritualiter ascendere.

Primum est cordis puritas. Videmus enim in cursu naturæ, quod quantò aliqua res est purior, tantò leuior, & tantò facilius ascendit, vt patet in elementis quæ quantò sunt puriora, tantò facilius ascendunt, vt patet in igne & aëre. Et quantò sunt impuriora, tantò sunt grauiora, vt patet in aqua & terra: sic est in cursu spiritualium, quia quantò homo in cor-

de suo purior est, tantò facilior est ad hoc, quod spiritualiter ascendat Psal. *Quis ascendit in* Psal. 23 *montē dñi, aut quis stabit in loco sancto eius*, Respondit. *Innocens manibus & mundo corde*. Sed quāto cor est impurius, tāto grauius ad ascēdendū: & velocius ad descendendū: quia quanto aliquid est grauius, tanto mouetur velocius ad descendēdū. Sed peccator mouetur in tēpore, nō secūdū tēpus, sed in puncto. Iuxta illud Iob, *In puncto ad inferna descendunt*. Et ideo nisi peccator per Iob. 21. misericordiam Dei retineretur, quæ est mediatrix inter Deum & nos, statim cum peccaret pręcipitaretur ad infernum, sicut pondus descendendo inferius, curreret in profundū, nisi retineretur per mediū. Vnde semel terra *deglutiuit* homines, sicut patet Numer. 16. *Cum* Num. 16. *substantiis & domibus eorum*. Et dę talibus dicitur. Exod. 15. *Descenderunt in profundum quasi lapis*. Et hoc ideò, quia tā grauiter peccauerunt, quod misericordia diuina eos non sustentabat. Vnde debemus habere puritatē cordis, quæ nos facit ad Deum ascendere, & non descendere ad infernum. Nam qui cordis puritatem per peccatum amisit, debet ipsam acquirere per veram pœnitentiam. Quia sicut per peccatum homo à Deo elongatur, sic per pœnitentiam Deo approximat. Vnde dicitur Abdiæ 1. *Salua-* Abdiæ 1. *tores ascendite montem Sion*. Saluatores possunt dici illi, qui per cordis munditiam, & verā pœnitentiam student saluare animas suas, quia cor, quod per peccatum maculatur, per pœnitentiam mundatur. Et tales ascendunt montem Sion, qui interpretatur speculum, id est, cæle-

cæleſtem paradiſum, vbi videbunt gloriam æternitatis. Et dicit Saluator, *Beati mundo corde quoniam ipſi Deum videbunt.* Matth 5.

Nota, ad perfectam puritatem ſeu munditiam habendam, triplex requiritur munditia. Primò requiritur munditia cordis. Dicitur autem cor mundum: quod nullo peccato eſt inquinatum, nec aliqua peruerſa cogitatione offuſcatum. Et hęc munditia omnes munditias pręcedit, tamquam fundamentum & radix omnis munditiæ. Quia ſicut nulla pulchritudo eſt in arbore, niſi aſcendat de radice, nec aliqua claritas eſt in aëre, niſi proueniat à ſole: ſic nulla munditia eſt in corpore, nec opere, nec in ſermone, niſi deſcendat à cordis puritate, tamquam ex fonte & origine, à qua deriuatur membrorum motus & vita, ſicut ramuſculi viror deriuatur à radice. Et ideo immunditia exterior, interiorem cordis immunditiam apertiſſimè manifeſtat. Et ideo dicit Auguſtinus, *Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.* D. Auguſti. Et ſimiliter verba impudica & immũda etiam corda oſtendunt immunda. Secundo requiritur munditia corporis, quia corporis munditia dependet totaliter à munditia cordis: ſine enim conſenſu cordis, non contrahitur immunditia corporis, quia corpus coinquinari non poteſt, niſi cor conſentiat. Vnde dicebat Sancta Lucia, *Si inuitam me violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam.* Et ideò proprie loquendo, nulla virtus conſiſtit in corpore, ſed intus in corde & mente. Vnde virginitas eſt munditia, vel habitus munditię

ipsius animæ, redundans foris in carnem. Tertio requiritur munditia operis, quia reuera tunc homo habet perfectam munditiam, quando non solum habet mundum cor, verum etiam munda verba & opera, vt munditia cordis foris resplendeat in visu, in auditu, in tactu, in incessu, & affatu. Quia nequaquã esse potest, quod tales habeant corda munda, qui habent immunda verba & opera, quia hęc sunt certissima signa immundi cordis. Vnde dicebat quędam mulier sanctissima in vitis patrum, *Non est vera munditia apud seculares homines, eo quod sunt omnium sensuum corruptores.*

Secundũ est vera charitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod licet ferrũ de se sit graue, tamen naturali virtute magnetis trahitur & mouetur. Item videmus quod humores aquosi, licet quodammodo sint ponderosi, tamen per solem in feruore suo attrahuntur & eleuantur superius. Item licet homo ratione carnis corruptibilis sit, etiam ponderosus, & inclinatur ad terrena, tamen per virtutem charitatis, quæ est calor veri solis, eleuatur ad superna. Vnde dicit Augustinus, *Amor meus, pondus meum; eo feror, quocunque feror*. Vnde anima quæ diligit ardenter Deum, semper fertur in ipsum mediante amore, quo mouetur & trahitur ab ipso, sicut ab amato, quia amatũ semper mouet & trahit ad se amantis desideriũ. Maximè tamen trahit ipsum summũ bonum, cuius superefluens dulcedo adeo accendit animam, eius amore & desiderio æstuantem, quod ipsam totaliter trahit & prouehit in se,

D. August.

ita

ta etiam vt vnus spiritus sit cum eo. Vnde charitas potest comparari rectè illi currui ignito, per quem Helias ascendit in cælum, quia sicut currus transuehit hominē sine contagione, per vias immundas ad finem intentum: sic charitas transuehit hominem ad Deum, qui est finis rationalis creaturæ, per vias immundas huius sęculi, sine contagione mortalis peccati, quod secum non patitur charitatem. Vnde Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, huius mundi, *delitijs affluens*, ex dilectione summi boni, in quo sunt omnes delitiæ; *innixa super dilectum suum*, id est, Christum, ex feruore desiderij & amoris. Vnde nota quod qui perfectè volunt ascendere ad Deum cum perfecta charitate, debent ascendere quatuor gradibus amoris. Primus est amor inseparabilis, qui adeo ligat animam cum Deo, vt eius obliuisci non possit, sed eius memoriam semper apud se habeat. Animæ enim amanti ita Deus est impressus interius, & ita expressus exterius, vt siue ambulet, siue sedeat, siue operetur, siue quiescat, siue loquatur, siue taceat, vel quidquid faciat, Deus à memoria eius nunquam recedat, quia eū posuit quasi *signaculum super cor suum*, & ex omnibus quæ videt & audit in creaturis, in vnum fasciculum recordationis colligit, quem iugiter in se reponit, dicens illud Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In hoc gradu amoris Primo anima proficit, quia omnia quę videt & audit in creaturis, vt pulchritudinem, iucunditatem, vel dulcedinē, totaliter refert

Cant. 3

Cant. 8

Cantic. 1

aliud facit sapere quam Deum, & ideo totum affectum animæ trahit, ne socium in amore habeat. Et hic maximè viget in virginibus. In hoc gradu anima roborata iam in amore perficitur: quia nihil aliud amat iam præter ipsum, quem super omnia amat: anima enim quæ sic Deum amat, illi cōglutinatur & subarrhatur quodam singulari nexu & fœdere charitatis, vt nihil prȩter Christũ diligat, quod sit alienum ab eius amore. Quia dicit Hugo de arrha animȩ, *Ille Christo iniuriam facit, qui inhonesta & indecora in societatem recipit* dilectionis, sed tamen honeste & ordinate omnia in ipsũ reflectit. Diligit enim primo propter se, & super omnia, solũ Deũ. Secũdo diligit se, nō ad se, sed ad Deũ. Tertio diligit amicũ non in se, sed in Deũ. Quarto diligit inimicum nō propter se, sed propter Deũ. Quinto diligit omnia creata, nō secundũ se, sed secundũ Deũ, & sic omnia ordinat in Deum. Quartus gradus est amor insatiabilis, qui animam quodam mirifico desiderio tam suauiter accendit, vt ei nihil sufficere possit, nisi summum bonum. In hoc gradu anima perfecto amore Deo totaliter viuit, vt dicat: *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.* Et anima quæ istum gradum ascendit, omnia terrena contemnit, mundo moritur, solatia & delitias fugit, diuitias & honores non curat, semper suspirat, semper languet, exilium deplorat: quia huic perfecte vniri appetit, cui soli viuit, quē super omnia diligit. Et ideo dicit cum Apostolo, *Cupio dissolui & esse cum Christo* qui solus replebit desideriũ suũ.

Hugo.

Galat. 2.

Phil. 1.

Tertium est vera cordis humilitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod quanto magis radix arboris in terra radicatur, tanto fortius arbor à terra eleuatur. Vnde dicit Augustinus, *Arborem ne videris, quæ radicem in imo figit, vt*
D. August. *sursum tendere possit.* Sic quanto se homo magis humiliat, tanto altius ascendit, & quanto se magis extollit, tanto profundius descendit. Quia sicut humilitas hominem eleuat, sic superbia deprimit. Exemplum huius habemus de benedicta virgine Maria, quæ inter puras creaturas se magis humilitate depressit. Ideo etiam super omnes choros ascendit. Aliud exemplũ habemus de primo Angelo, qui per superbiam se tantum extollebat, vt voluerit similis esse altissimo Deo. Ideo descendit in profundum inferni. Et ideo si volumus ascendere, non debemus nos extollere, sed debemus nos humiliare, quia quanto nos magis humiliamus, tanto altius in Deũ
Cassiodor. ascendimus. Vnde dicit Cassiodorus, *Ad te Domine nemo se erigendo peruenit, sed potius humiliatus ascendit.* Hæc est perfectionis scala, quam terrestres *Angeli descendunt & ascendant.* Descendũt quidem per contemtum sui & mundi, sed ascendunt per deuotionem orationis, quia *oratio se humiliantis nubes penetrat.* De ista via dici-
Isa. 30. tur Isa. 30. *Hæc est via salutis, ambulate in ea.* Ipsa est breuis summula dominicæ lectionis. Est enim quoddam compendium omnis iustitiæ. Vnde humilitas dicitur omnis iustitia, Matt. 3.
Matt. 3 *Sic nos decet implere omnem iustitiam* id est omnem humilitatem: vt dicit glossa. Et ideo Saluator noster

noster tanquã doctor peritissimus, conclusit sub breui summula totius legis prolixitatem, Math. 11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Matth. 12
Per hanc virtutem incessit ille cui dictũ fuit, *Amice ascende superius.* Luc. 14.

Quartũ est perfecta bonitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod omne dulce est magis leue, & omne amarum est magis graue, sicut patet in aqua dulci, quæ est leuior quam aqua salsa. Et ideo aqua dulcis facilius ascendit, quando eleuatur à sole. Nam Aristoteles dicit in libro meteororum: *Sola aqua dulcis nata est ascendere, propter sui subtilitatem, quia aqua salsa ponderosior est.* Aristotel. Vnde in montibus sunt fontes & flumina, quia aquę dulces eleuantur propter dulcedinem & subtilitatem suam. Nunc autem bonitas, est quædam dulcedo animi ad Deum & ad homines, & ideo talis dulcedo animi eleuat mentem in Deum, & trahit hominem, vt Deo gratias agat de beneficiis receptis, & hoc non solum corde & ore, verum etiam operibus manifestat. Et qui vere bonus est, non solum debet esse dulcis ad Deum, vt sibi gratias agat de beneficiis receptis: verum etiam debet omnibus esse bonus, vt sicut Deus illi benefecit, sic omnibus benefaciat. Vnde dicitur 1. Reg. 14. *Quod Ionathas ascendit reptans manibus & pedibus.* 1. Reg. 14 Ionathas interpretatur columba veniens, & significat quemlibet bonum hominem, qui debet esse columba per cordis dulcedinem. Columba naturaliter est auis dulcis, quia caret felle: sic homo bonus debet esse dulcis ad Deum & ad hominem.

Hic

Hic tunc ascendit quando Deum laudat de beneficiis receptis; sed reptat, quando non solum laudat ore & corde, verum etiam hoc opere manifestat in proximo, cui benefacit propter Deũ, quia hoc perfectę bonitatis est, Vnde dicit Hieronymus, *Bonitas est virtus, qua, vt prosit, studet*. vel, *Virtus ex qua oritur vtilitas*. vel, *Virtus propter semetipsam*, vel, *Affectus qui fit fons vtilitatis.*

D. Hieron.

Vnde qui vult perfecte per bonitatem ad Deum ascendere, debet tres gradus bonitatis ascendere. Primus est reddere bona pro bonis. Hanc bonitatem summus Deus docuit, qui ab initio semper se diligentes amplius dilexit, & seruientes sibi in centuplum remunerauit. Hanc bonitatem debemus addiscere, & reddere bona pro bonis, primo Deo, postea hominibus. Sed quia Deo æquale bonum reddere non possumus, frequenter illi gratias agere debemus, corde, voce, & opere, pro beneficiis receptis. Vnde dicit Augustinus. *Ex his quæ habes, gratias age Deo tamquam fonti bonitatis, vnde omnia habes.* Vnde Patri in Deitate quotidie debemus gratias agere, corde, voce, & opere, laudare pro sua bonitate, quod nos ad imaginem suam, & capaces beatitudinis suæ fecit, & omnia necessaria nobis dedit. Filio etiam in Deitate debemus gratias agere, & ipsum corde, voce, & opere laudare, quia nos suo exemplo ad viam salutis reduxit, & à potestate Diaboli & æterna morte liberauit, & omnibus bonis repleuit. Similiter & Spiritui Sancto pro sua bonitate, quia nos quotidie à vitiis purgat, virtutibus ornat,

D. August.

ornat,& in filios æterni regni consignat. Similiter debemus agere gratias, hominibus qui nobis benefaciũt.Si non coram eis,saltem corãDeo,vt pro ipsis oremus, vt Deus eis retribuat in æterna vita,quæ est potissima gratitudo. 2. gradus bonitatis estnon reddere mala pro malis.Hunc gradum summus magister Christus semper docuit,&in omni vita sua tenuit,quamuis multa à malis sustinuerit; non maledixit tamen,cum esset omnipotens,nec vmquam malum reddidit,sed hoc facere volentes prohibuit. Vnde dicit de eo Petrus, *Qui cum malediceretur,non maledicebat,cum pateretur, non comminabatur*. Hunc gradũ bonitatis ascenderunt Apostoli & Martyres,tamquam chari discipuli; qui persecutoribus non reddebant malum.Et ideo ascendamus & nos hunc gradum bonitatis.Tertius gradus est reddere bona pro malis. Hæc bonitas est æternæ saluationis signum, veræ perfectionis culmen. Hanc bonitatem nesciunt dæmones,nec huius mundi amatores. Hanc bonitatem Christus in omni vita sua tenuit, verbis & exẽplis docuit, promissionibus confirmauit. Primo inimicos dilexit, quia omnes eramus inimici Dei facti propter peccatũ primi parentis, & æternę mortis debitores. Sed in tantũ dilexit nos,vt nos pretiosa sua morte Patri reconciliarit.Secundo odientes eum & gratiæ suæ resistentes dilexit, & benefecit. Exemplum in beato Paulo, qui persequebatur ecclesiã Dei & dixit ei,*Saule Saule quid me persequeris*. Tertio quia pro crucifixoribus deuotissime orauit

1.Pet.2.

Act.9.

dicens,

dicens, *Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt.* Et quia ista valde difficilia sunt ad faciẽdum; ideo Christus ea dulcia fecit suis promissionibus dicens; *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui solem suum facit oriri super bonos & malos,* &c.

Luc. 23

Matth. 5

Dominica sexta post Pascha.

SERMO XXXIII.

1. Pet. 4.

ESTOTE *prudentes & vigilate in orationibus,* 1. Pet. 4. Videmus ad sensum quod à multis multa bona fiunt, sed non benè, quia non debito fine, nec intentione: sicut hypocritæ, cum orãt, & vane gloriantur cum eleemosynam dant. Idcirco Beatus Petrus pastor ouium vniuersalis, vt facta nostra benè & meritoriè fiant, dicit in verbo proposito, *Estote prudentes & vigilate in orationibus,* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod homo indiget prudentia, specialiter ad quatuor.

Primo ad hoc vt in omnibus operibus suis ordinate se habeat. Videmus enim in istis exterioribus, quod homo tunc ordinate se habet, quando omnia quæ agit, cum prudentia perficit ac facit, & ea in corde suo prius discutit antequã faciat: quia dicit Philosophus, *quod prudentia est recta ratio agibilium.* Et Prouerb. *Vir prudens dirigit gressus suos*, id est, opera sua tam interiora quam exteriora. Sic ipsa diuina prudentiã

Prou. 15.

dentia docet quid sit agendum, quomodo sit agendum. Ipsa etiam docet preuidere, vt opera nostra sint Deo grata, nobis vtilia, & proximis non nociua. Ipsa etiam docet ab intra ordinare regnum animæ siue cordis, quo bene ordinato, omnia opera exteriora bene & regulariter fiunt. Regnum autem animæ tunc est bene ordinatum, quando voluntas & affectiones & cogitationes bene ordinantur. Primo ergo voluntas debet prudenter ordinari, in hoc vt bonum velit. Sed hoc tamen habent commune nobiscum hypocritæ, qui etiam bonum volunt: & tamen vt bonum velint propter bonum, & propter Deum, illud non habent commune nobiscum hypocritæ, qui volunt bona non bona intentione, sed propter vanam gloriam. Et ideo dicit Saluator, *Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus.* Matth.23 Item vt sit firma in bono. Sed in quibusdã non est firma, sed fragilis, vt in illis, qui propter paruum incommodũ, aliquando dimittunt magnum bonum. Et hoc est signũ quod tales, qui ea faciunt, vero zelo, non faciunt. Bona enim & perfecta voluntas est, quod homo ea quæ facit, propter Deum faciat, & cum perseuerantia in bono. Secundo affectiones debent prudenter ordinari. Et ideo dicit Ber. D.Bern. *Attende solleriter quem diligas, quid metuas, vnde gaudeas, aut contristeris, vt toto corde tuo conuertaris ad Dominũ.* Quod tunc fit, cum amor tuus non diligit nisi Deum, aut certè propter ipsum, cum timor tuus conuertitur ad ipsum: quia peruersus est omnis timor, qui metuit aliquid preter eum,
aut

aut non propter eum,& cum tristitia tua conuertitur ad ipsum.cùm non nisi secundũ eum doleas,quia tristitia criminis mortem operatur.Et cum gaudium tuum in ipsum versatur, peruersum est enim lætari cum male feceris. Tertio debent cogitationes ordinari, vt homo primo cogitet illa,quę ipsum propter peccatum molestant,vt est infirmitas,timor purgatorij,& inferni, & immunditia peccati.Secundo vt libenter cogitet illa,quę ipsum moueant ad hoc vt seipsum contemnat, vt qualiter & quam miserabiliter natus sit, ex quo factus sit:quia ex vili materia secundum corpus venit,quia terra est,& in terram ibit.Tertio vt libenter cogitet quæ ipsum ad virtutes excitent:vnde cogita quam virtuose Christus vixerit super terram,& pia mater eius,& breuiter omnes sancti eius. Quarto vt libenter cogitet quæ ipsum ad diuinum amorem incitent.Cogita quod Christus ex magna dilectione quam habuit ad te, descendit de cælis & factus est homo propter te.Qui nunquam fatigatus erat in sinu Patris,fatigari voluit super terram propter te.Qui semper ab Angelis honoratus fuit in cælis,hic cõtemni voluit propter te. Qui natura misericors est, sine misericordia iudicari voluit propter te. Qui erat immortalis, propter te mortuus pependit in cruce.Qui non indiguit mori propter se,mortuus est propter te. Qui ergo sic ordinant cogitationes,affectiones & voluntates suas, in omnibus operibus suis prudenter se habent.

Secundo homo indiget prudentia, vt bona spiri-

spiritualia acquirat. Videmus enim ad sensũ quod mercatores indigent prudentia, ad acquirenda bona temporalia. Consimiliter sine prudentia, bona spiritualia, vt virtutes & gratiam, acquirere non possumus. Vnde homo indiget prudentia ad acquirendum bona spiritualia, quæ sunt veri thesauri, de quo dicitur Prouerb. 21. *Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud.* Hic est thesaurus quo emitur vita æterna. Sed heu quidam magis laborant pro temporali thesauro, quam pro isto: quia acquirunt pecuniam, & amittunt conscientiam, acquirunt aurum & perdunt æternum regnum, cum tamen dicat Sapiens, *Beatus vir qui post aurum non abijt nec sperauit in thesauris pecuniæ.* Et vere beatus qui post ista non abiit, sed post veras diuitias; quia istæ diuitiæ faciunt bonam conscientiam, & obtinent regnum perpetuũ. Et ideo dicit Ber. *Veræ diuitiæ opes non sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat.* Certe istæ diuitiæ excellunt istas diuitias transitorias. Et ideo felix homo, qui acquirit sibi ista bona, quia non solum excellunt ista bona quæ sunt à fortuna, verum etiam excellunt bona naturæ, & aliqua bona animæ. Primo enim excellunt bona fortunæ, quia hæc in morte relinquuntur: virtutes autem hominem in morte comitantur. Vnde anima secum portans diuitias spirituales, benigne recipietur à suo creatore, sed non relegabitur ad inferna, cum diuite illo de quo dicit Euangeliũ, quod multas acquisiuerat diuitias. Vnde de eo dicitur,

Prou. 21.

Eccl. 31.

D. Bern.

ipsius animæ, redundans foris in carnem. Tertio requiritur munditia operis, quia reuera tunc homo habet perfectam munditiam, quando non solum habet mundum cor, verum etiam munda verba & opera, vt munditia cordis foris resplendeat in visu, in auditu, in tactu, in incessu, & affatu. Quia nequaquã esse potest, quod tales habeant corda munda, qui habent immunda verba & opera, quia hęc sunt certissima signa immundi cordis. Vnde dicebat quędam mulier sanctissima in vitis patrum, *Non est vera munditia apud seculares homines, eo quod sunt omnium sensuum corruptores.*

Secundũ est vera charitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod licet ferrũ de se sit graue, tamen naturali virtute magnetis trahitur & mouetur. Item videmus quod humores aquosi, licet quodammodo sint ponderosi, tamen per solem in feruore suo attrahuntur & eleuantur superius. Item licet homo ratione carnis corruptibilis sit, etiam ponderosus, & inclinatur ad terrena, tamen per virtutem charitatis, quæ est calor veri solis, eleuatur ad superna. Vnde dicit Augustinus, *Amor meus, pondus meum; eo feror, quocunque feror*. Vnde anima quæ diligit ardenter Deum, semper fertur in ipsum mediante amore, quo mouetur & trahitur ab ipso, sicut ab amato, quia amatũ semper mouet & trahit ad se amantis desideriũ. Maximè tamen trahit ipsum summũ bonum, cuius superefluens dulcedo adeo accendit animam, eius amore & desiderio æstuantem, quod ipsam totaliter trahit & prouehit in se,

D. August.

ita

ta etiam vt vnus spiritus fit cum eo. Vnde charitas potest comparari rectè illi currui ignito, per quem Helias ascendit in cælum, quia sicut currus transuehit hominē sine contagione, per vias immundas ad finem intentum : sic charitas transuehit hominem ad Deum, qui est finis rationalis creaturæ, per vias immundas huius sęculi, sine contagione mortalis peccati, quod secum non patitur charitatem. Vnde Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto*, huius mundi, *delitijs affluens*, ex dilectione summi boni, in quo sunt omnes delitiæ; *innixa super dilectum suum*, id est, Christum, ex feruore desiderij & amoris. Vnde nota quod qui perfecte volunt ascendere ad Deum cum perfecta charitate, debent ascendere quatuor gradibus amoris. Primus est amor inseparabilis, qui adeo ligat animam cum Deo, vt eius obliuisci non possit, sed eius memoriam semper apud se habeat. Animæ enim amanti ita Deus est impressus interius, & ita expressus exterius, vt siue ambulet, siue sedeat, siue operetur, siue quiescat, siue loquatur, siue taceat, vel quidquid faciat, Deus à memoria eius nunquam recedat, quia eū posuit quasi *signaculum super cor suum*, & ex omnibus quæ videt & audit in creaturis, in vnum fasciculum recordationis colligit, quem iugiter in se reponit, dicens illud Cant. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In hoc gradu amoris Primo anima proficit, quia omnia quę videt & audit in creaturis, vt pulchritudinem, iucunditatem, vel dulcedinē, totaliter refert

Cant. 3 / Cant. 8 / Cantic. 1

aliud facit sapere quam Deum, & ideo totum affectum animæ trahit, ne socium in amore habeat. Et hic maximè viget in virginibus. In hoc gradu anima roborata iam in amore perficitur: quia nihil aliud amat iam præter ipsum, quem super omnia amat: anima enim quæ sic Deum amat, illi cōglutinatur & subarrhatur quodam singulari nexu & fœdere charitatis, vt nihil prẹter Christū̃diligat, quod sit alienum ab eius amore. Quia dicit Hugo de arrha animę, *Ille Christo iniuriam facit, qui inhonesta & indecora in societatem recipit* dilectionis, sed tamen honeste & ordinate omnia in ipsū reflectit. Diligit enim primo propter se, & super omnia, solū Deū. Secūdo diligit se, nō ad se, sed ad Deū. Tertio diligit amicū non in se, sed in Deū. Quarto diligit inimicum nō propter se, sed propter Deū. Quinto diligit omnia creata, nō secundū se, sed secundū Deū, & sic omnia ordinat in Deum. Quartus gradus est amor insatiabilis, qui animam quodam mirifico desiderio tam suauiter accendit, vt ei nihil sufficere possit, nisi summum bonum. In hoc gradu anima perfecto amore Deo totaliter viuit, vt dicat: *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.* Et anima quæ istum gradum ascendit, omnia terrena contemnit, mundo moritur, solatia & delitias fugit, diuitias & honores non curat, semper suspirat, semper languet, exilium deplorat: quia huic perfecte vniri appetit, cui soli viuit, quē super omnia diligit. Et ideo dicit cum Apostolo, *Cupio dissolui & esse cum Christo* qui solus replebit desideriū suū.

Hugo. Galat. 2 Phil. 1.

Tertium est vera cordis humilitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod quanto magis radix arboris in terra radicatur, tanto fortius arbor à terra eleuatur. Vnde dicit Augu-
D. August. stinus, *Arborem ne videris, quæ radicem in imo figit, vt sursum tendere possit.* Sic quanto se homo magis humiliat, tanto altius ascendit, & quanto se magis extollit, tanto profundius descendit. Quia sicut humilitas hominem eleuat, sic superbia deprimit. Exemplum huius habemus de benedicta virgine Maria, quæ inter puras creaturas se magis humilitate depressit. Ideo etiam super omnes choros ascendit. Aliud exemplũ habemus de primo Angelo, qui per superbiam setantum extollebat, vt voluerit similis esse altissimoDeo. Ideo descendit in profundum inferni. Et ideo si volumus ascendere, non debemus nos extollere, sed debemus nos humiliare, quia quanto nos magis humiliamus, tanto altius inDeũ
Cassiodor. ascendimus. Vnde dicit Cassiodorus, *Ad te Domine nemo se erigendo peruenit, sed potius humiliatus ascendit.* Hæc est perfectionis scala, quam terrestres *Angeli descendunt & ascendant.* Descendũt quidem per contemtum sui & mundi, sed ascendunt per deuotionem orationis, quia *oratio se humiliantis nubes penetrat.* De ista via dici-
Isa. 30. tur Isa. 30. *Hæc est via salutis, ambulate in ea.* Ipsa est breuis summula dominicæ lectionis. Est enim quoddam compendium omnis iustitiæ. Vnde humilitas dicitur omnis iustitia, Matt. 3.
Matt. 3 *Sic nos decet implere omnem iustitiam* id est omnem humilitatem: vt dicit glossa. Et ideo Saluator noster

noster tanquã doctor peritissimus, conclusit sub breui summula totius legis prolixitatem, Math. 11. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Math.11 Per hanc virtutem incessit ille cui dictũ fuit, *Amice ascende superius.* Luc.14

Quartũ est perfecta bonitas. Videmus enim in cursu naturæ, quod omne dulce est magis leue, & omne amarũm est magis graue, sicut patet in aqua dulci, quæ est leuior quam aqua salsa. Et ideo aqua dulcis facilius ascendit, quando eleuatur à sole. Nam Aristoteles dicit in libro meteororum: *Sola aqua dulcis nata est ascendere, propter sui subtilitatem, quia aqua salsa ponderosior est.* Aristotel. Vnde in montibus sunt fontes & flumina, quia aquę dulces eleuantur propter dulcedinem & subtilitatem suam. Nunc autem bonitas, est quædam dulcedo animi ad Deum & ad homines, & ideo talis dulcedo animi eleuat mentem in Deum, & trahit hominem, vt Deo gratias agat de beneficiis receptis, & hoc non solum corde & ore, verum etiam operibus manifestat. Et qui vere bonus est, non solum debet esse dulcis ad Deum, vt sibi gratias agat de beneficiis receptis: verum etiam debet omnibus esse bonus, vt sicut Deus illi benefecit, sic omnibus benefaciat. Vnde dicitur 1. Reg. 14. *Quod Ionathas ascendit reptans manibus & pedibus.* 1.Reg.14 Ionathas interpretatur columba veniens, & significat quemlibet bonum hominem, qui debet esse columba per cordis dulcedinem. Columba naturaliter est auis dulcis, quia caret felle: sic homo bonus debet esse dulcis ad Deum & ad hominem. Hic

Hic tunc ascendit quando Deum laudat de beneficiis receptis; sed reptat, quando non solum laudat ore & corde, verum etiam hoc opere manifestat in proximo, cui benefacit propter Deũ, quia hoc perfectę bonitatis est, Vnde dicit Hieronymus, *Bonitas est virtus, quæ, vt* D. Hieron. *prosit, studet*. vel, *Virtus ex qua oritur vtilitas*. vel, *Virtus propter semetipsam*, vel, *Affectus qui sit fons vtilitatis*. Vnde qui vult perfecte per bonitatem ad Deum ascendere, debet tres gradus bonitatis ascendere. Primus est reddere bona pro bonis. Hanc bonitatem summus Deus docuit, qui ab initio semper se diligentes amplius dilexit, & seruientes sibi in centuplum remunerauit. Hanc bonitatem debemus addiscere, & reddere bona pro bonis, primo Deo, postea hominibus. Sed quia Deo æquale bonum reddere non possumus, frequenter illi gratias agere debemus, corde, voce, & opere, D. August. pro beneficiis receptis. Vnde dicit Augustinus. *Ex his quæ habes, gratias age Deo tamquam fonti bonitatis, vnde omnia habes*. Vnde Patri in Deitate quotidie debemus gratias agere, corde, voce, & opere, laudare pro sua bonitate, quod nos ad imaginem suam, & capaces beatitudinis suæ fecit, & omnia necessaria nobis dedit. Filio etiam in Deitate debemus gratias agere, & ipsum corde, voce, & opere laudare, quia nos suo exemplo ad viam salutis reduxit, & à potestate Diaboli & æterna morte liberauit, & omnibus bonis repleuit. Similiter & Spiritui Sancto pro sua bonitate, quia nos quotidie à vitiis purgat, virtutibus ornat,

ornat,& in filios æterni regni consignat. Similiter debemus agere gratias, hominibus qui nobis benefaciũt. Si non coram eis, saltem corã Deo, vt pro ipsis oremus, vt Deus eis retribuat in æterna vita, quæ est potissima gratitudo. 2. gradus bonitatis est non reddere mala pro malis. Hunc gradum summus magister Christus semper docuit, & in omni vita sua tenuit, quamuis multa à malis sustinuerit; non maledixit tamen, cum esset omnipotens, nec vmquam malum reddidit, sed hoc facere volentes prohibuit. Vnde dicit de eo Petrus, *Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.* Hunc gradũ bonitatis ascenderunt Apostoli & Martyres, tamquam chari discipuli; qui persecutoribus non reddebant malum. Et ideo ascendamus & nos hunc gradum bonitatis. Tertius gradus est reddere bona pro malis. Hæc bonitas est æternæ saluationis signum, veræ perfectionis culmen. Hanc bonitatem nesciunt dæmones, nec huius mundi amatores. Hanc bonitatem Christus in omni vita sua tenuit, verbis & exẽplis docuit, promissionibus confirmauit. Primo inimicos dilexit, quia omnes eramus inimici Dei facti propter peccatũ primi parentis, & æternę mortis debitores. Sed in tantũ dilexit nos, vt nos pretiosa sua morte Patri reconciliarit. Secundo odientes eum & gratiæ suæ resistentes dilexit, & benefecit. Exemplum in beato Paulo, qui persequebatur ecclesiã Dei & dixit ei, *Saule Saule quid me persequeris*. Tertio quia pro crucifixoribus deuotissime orauit

1. Pet. 2.

Act. 9.

dicens,

dicens, *Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt.* Et quia ista valde difficilia sunt ad faciẽdum; ideo Christus ea dulcia fecit suis promissionibus dicens; *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui solem suum facit oriri super bonos & malos,* &c.

Luc. 23

Matth. 5

Dominica sexta post Pascha.

SERMO XXXIII.

1. Pet. 4. ESTOTE *prudentes & vigilate in orationibus,* 1. Pet. 4. Videmus ad sensum quod à multis multa bona fiunt, sed non benè, quia non debito fine, nec intentione: sicut hypocritæ, cum orãt, & vane gloriantur cum eleemosynam dant. Idcirco Beatus Petrus pastor ouium vniuersalis, vt facta nostra benè & meritoriè fiant, dicit in verbo proposito, *Estote prudentes & vigilate in orationibus,* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod homo indiget prudentia, specialiter ad quatuor.

Primo ad hoc vt in omnibus operibus suis ordinate se habeat. Videmus enim in istis exterioribus, quod homo tunc ordinate se habet, quando omnia quæ agit, cum prudentia perficit ac facit, & ea in corde suo prius discutit antequã faciat: quia dicit Philosophus, *quod prudentia est recta ratio agibilium.* Et Prouerb. *Vir*
Prou. 15. *prudens dirigit gressus suos,* id est, opera sua tam interiora quam exteriora. Sic ipsa diuina pru-

dentiã

dentia docet quid sit agendum, quomodo sit agendum. Ipsa etiam docet preuidere, vt opera nostra sint Deo grata, nobis vtilia, & proximis non nociua. Ipsa etiam docet ab intra ordinare regnum animæ siue cordis, quo bene ordinato, omnia opera exteriora bene & regulariter fiunt. Regnum autem animæ tunc est bene ordinatum, quando voluntas & affectiones & cogitationes bene ordinantur. Primo ergo voluntas debet prudenter ordinari, in hoc vt bonum velit. Sed hoc tamen habent commune nobiscum hypocritæ, qui etiam bonum volunt: & tamen vt bonum velint propter bonum, & propter Deum, illud non habent commune nobiscum hypocritæ, qui volunt bona non bona intentione, sed propter vanam gloriam. Et ideo dicit Saluator, *Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus.* Matth.23 Item vt sit firma in bono. Sed in quibusdã non est firma, sed fragilis, vt in illis, qui propter paruum incommodũ, aliquando dimittunt magnum bonum. Et hoc est signũ quod tales, qui ea faciunt, vero zelo, non faciunt. Bona enim & perfecta voluntas est, quod homo ea quæ facit, propter Deum faciat, & cum perseuerantia in bono. Secundo affectiones debent prudenter ordinari. Et ideo dicit Ber. D.Bern. *Attende solerter quem diligas, quid metuas, vnd gaudeas, aut contristeris, vt toto corde tuo conuertaris ad Dominũ.* Quod tunc fit, cum amor tuus non diligit nisi Deum, aut certè propter ipsum, cum timor tuus conuertitur ad ipsum: quia peruersus est omnis timor, qui metuit aliquid preter eum,

aut

ſpiritualia acquirat. Videmus enim ad ſenſũ quod mercatores indigent prudentia, ad acquirenda bona temporalia. Conſimiliter ſine prudentia, bona ſpiritualia, vt virtutes & gratiam, acquirere non poſſumus. Vnde homo indiget prudentia ad acquirendum bona ſpiritualia, quæ ſunt veri theſauri, de quo dicitur Prouerb. 21. *Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo iuſti, & imprudens homo diſſipabit illud.* Hic eſt theſaurus quo emitur vita æterna. Sed heu quidam magis laborant pro temporali theſauro, quam pro iſto: qui acquirunt pecuniam, & amittunt conſcientiam, acquirunt aurum & perdunt æternum regnum, cum tamen dicat Sapiens, *Beatus vir qui poſt aurum non abijt nec ſperauit in theſauris pecuniæ.* Et vere beatus qui poſt iſta non abiit, ſed poſt veras diuitias; quia iſtæ diuitiæ faciunt bonam conſcientiam, & obtinent regnum perpetuũ. Et ideo dicit Ber. *Veræ diuitiæ opes non ſunt, ſed virtutes, quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat.* Certe iſtæ diuitiæ excellunt iſtas diuitias tranſitorias. Et ideo felix homo, qui acquirit ſibi iſta bona, quia non ſolum excellunt iſta bona quæ ſunt à fortuna, verum etiam excellunt bona naturæ, & aliqua bona animæ. Primo enim excellunt bona fortunæ, quia hæc in morte relinquuntur: virtutes autem hominem in morte comitantur. Vnde anima ſecum portans diuitias ſpirituales, benigne recipietur à ſuo creatore, ſed non relegabitur ad inferna, cum diuite illo de quo dicit Euangeliũ, quod multas acquiſiuerat diuitias. Vnde de eo dicitur,

Prou. 21.

Eccl. 31.

D. Bern.

Luc. 16. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno*, Hinc etiam multi gentiles qui fuerunt prudentes, cōtem-serunt magna auri pondera, & diuitias, vt eo liberius virtutibus & scientiis vacare possent. Vnde quidam magnum pondus auri proiecit in mare dicens, Mergaris infelix pondus, ne ego dimergarà te. Secundo excellunt bona naturæ, quia hęc sunt communia nobis & irrationabilibus alimalibus: sed virtutes solū sunt in rationabilibus. Vnde mediantibus virtutibus, quodammodo Deo assimilamur, qui naturaliter est virtuosus, immo ipsa virtus, & fons omnis virtutis. Vnde fortitudo, agilitas, & pulchritudo non sunt vera bona, quia animam pulchram non faciunt, vt virtutes.

D. August. Et ideo dicit Augustinus, *Hoc est hominis optimū, quod animam optimam facit, vt gratia & virtus.* Sed hoc non faciunt bona naturæ, imo aliquibus sunt in periculum corporis & animæ, vt patet de Azahele, *Qui fuit velocissimus ad modum capra*, &

2. Reg. 2. ideo occisus fuit ab Abner, *quem equitantem sequebatur, & non volebat declinare, nec ad dextram, nec ad sinistram*. Hoc etiam patet in Sampsone, qui fuit fortissimus: & propter fortitudinem fuit oculis priuatus, & postea euertit domum, ac seipsum occidit. Patet etiam in Absalone qui fuit pulcherrimus, nec similis legitur ei in pulchritudine: qui adeo pulchros habuit crines, vt specialia clenodia inde fierent. Cum deberet fugere milites patris sui Dauid, & equitare subter quercum, capilli ipsum suspenderunt. Et sic quod bona naturalia multis non solum sunt in periculum corporis, verum

verum etiam animæ, non est dubium. Tertiò bona spiritualia, vt virtutes, excedunt quædā animæ bona, vt sapientiam & scientiam. Ista enim sunt communia bonis & malis, sed virtus communis est solū bonis. Multi enim fuerunt sapientes, qui iam sunt in profundo inferni, & hoc ideo, quia non habuerunt virtutem & gratiam. Vnde multi dubitant de Salomone, cui nullus fuit similis in sapientia, vtrum damnatus sit, an non. Quis enim scit vtrum Aristoteles sit saluatus, qui multos libros composuit de naturis rerum & de cursu planetarum. Vnde Bernard. *Multi multa bona dicunt de virtutibus, tamen secundum hac non faciunt, vt mundani homines, quorū sapientia stultitia est apud Deū.* D. Bernār. Tales sunt similes ligno putrido, quod in tenebris lucet. Talium sapientia similis est aurichalco, quod apparet esse aurum. Sed qui vere prudens est, studet esse virtuosus & non apparere. Et ideo bene dicit Bernard. *Melius est pallidum aurum quam fulgens aurichalcum.*

Tertio homo indiget prudētia, vt quotidie sibi de pœnitentia prouideat. Videmus enim ad sensum, quod homo corporaliter infirmus sibi prudenter prouidet de medicina, ne morbus inueteratus sanari non possit, quia *languor prolixus grauat medicum*, dicit Sapiens. Eccl. 10. Sic homo qui est in peccato, indiget prudentia ad hoc vt quærat medicinam veræ pœnitentiæ, antequā fiat obstinatus in peccatis, quod pœnitentiā non curet. Qui ergo vult esse prudens, sumat medicinam pœnitentiæ, hęc enim adeo efficax est, quod omnia vulnera animæ sanet.

Nam virtutem suam habet à Christi passione & sanguine, à quo omnia Sacramenta habēt efficaciā. Vnde Eccli. 38. *Altissimus de terra*, id est, de carne sua, *creauit medicinam*, *& vir prudens non abhorrebit eam*. Hæc autem medicina conficitur ex tribus herbis pretiosis, scilicet cōtritione, confessione & satisfactione. Hanc summus medicus de cælo veniens, primo prę ceteris bonis publicauit dicens: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum*. Hac medicina nihil vtilius est contra morbum. Pænitentia enim adeo vtilis est homini, vt illi tam vtile non esset, si omni die tot Missæ dicerentur pro eo, quot sunt stellæ in firmamenta, & quot sunt iusti in terra. Et si Sancti in cælo pro ipso fusis lachrymis orarent: & quod maius est, non tam vtile est, quod si Christus nondum passus esset, & adhuc pati deberet, quia nisi pro contritis pateretur: immo cum pœnitentia libentius vellem esse in terra, quam cum peccato in paradiso vel in cælo, si esset possibile. Nam ex paradiso expellerer vt Adam, de cælo eiicerer vt Lucifer, & alij multi Angeli, quorum non est numerus. Item vtilior esset peccatori pœnitentia, quam vt quotidie Beata virgo descēderet de cælo, & loqueretur ei, quia multi forte sunt damnati quibus ipsa loquebatur, vt Iudas, & alij Iudęi. Item vtilius esset homini pœnitentiam agere, quam vt Deus ei daret Sapientiam Salomonis, fortitudinem Samsonis, pulchritudinem Absalonis, & potestatem Alexandri. Quia hęc omnia concludit Deus vno verbo dicens, *Pœnitentiam agite, appropinquabit*

Eccl. 38.

Matt. 3.

Matth. 3.

sit enim regnum cælorum. In hoc regno sunt omnia bona quæ, desiderari & excogitari possunt.

Cũ ergo adeo vtilis sit pœnitentia, vt nemo ad plenum dicere sufficiat nisi ipse qui omnia scit. Ideo dicit animæ peccatrici in Cant. *Reuertere, reuertere, reuertere, reuertere.* Nota quod dicit quater, reuertere, quasi dicere vellet, Primo reuertere, propter Angelos sanctos, qui omnes societatẽ tuam in cælo exspectãt, & ideo pœnitentiam tuam desiderant: quod si feceris, omnibus amicis tuis abscedentibus in extrema necessitate, tibi succurrent, & interdum cum aliis Sanctis pro anima tua venient, vt ipsam cum gaudio in cælestem paradisum deducant: & ideo, *Gaudium est* Sanctis & *Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente*. Secundo reuertere ad honorem meę dulcissimę matris Mariæ, quæ te sæpe apud me excusauit, quæ nunquam pro te orare desinit: quia, vt dicit Bernard. *Ipsa peccatorem toti mundo despectum amplectitur & defendere non desinit, donec ipsum filio suo reconciliauerit.* Ideo reuertere homo & age pœnitentiam propter eius amorem, quia ex hoc à Deo honoraberis. Ipse enim omnes diligit & honorat, qui matrem eius honorant. Vnde etiam ex hoc speciale gaudium ex eius præsentia fiet in cælo. Iuxta illud 3. Esdrę 4. *Homo relinquit patrem & regionem suam, & ad mulierem coniungitur, & cum muliere remittit animam suam*. Et neque patrẽ vel matrem meminit nec regionem; quia si omnes Sancti qui sunt in cælo, essent patres tui,

Cant. 6. D. Bern. 3. Esdræ. 4.

tui & matres, & de regione tua, & Mariæ præsentiam haberes, tantum de ipsa delectaberis, sicut de omnibus aliis. Tertio dicit Reuertere, ad confusionem dæmonum; vt quos peccatis lætificasti, in tua pœnitentia confundas, & securum te in omni vita tua facias. Qui enim vere pœnitet, semper est securus, quia ab initio mundi nunquam vere pœnitens mala morte mortuus est, nec vmquam mala morte morietur, siue in lecto, siue in mensa, siue in igne, siue in aqua, siue occidatur, siue subito
Sap. 4. moriatur. Et ideo dicit Sapiens, *Iustus si morte praeoccupatus fuerit, in refrigerio erit*, quia in talibus dæmones non habent potestatem, & propter pœnitentiam peccatorum, super omnia confunduntur. Ipsi habent in inferno multa genera hominũ, clericos, religiosos, seculares, pauperes, diuites, nobiles, & ignobiles: sed vere pœnitentes & innocentes non habent; quia tales nunquam ibi reperientur. Sed sunt ibi pœnitentes qui de pœnis grauissimis bene dolent & gemunt. Quarto dicit Iesus, reuertere ad honorem meum, quia te creaui, cum non esses, ad imaginem meam, sanguine meo te redemi vt saluus esses, ianuam cæli aperui, vt intrare posses; honorabo te ex hoc in cælis coram patre meo & coram omnibus sanctis. Ergo qui vult vere prudens esse, pœnitentiam agat, quia mira operatur in cœlo & in terra. Vnde peccatoribus est summa medi-
D. August. cina. Ipsam commendat Augustinus, dicens. *O pœnitentia quid de te noui referam? omnia ligata reseras, omnia aduersa tu mitigas, omnia desperata tu animas,*

mas, & paradisum reseras, tu es rutilantior auro, splendidior sole.

Quarto indiget homo prudentia ad hoc vt se in statu gratiæ teneat. Videmus enim ad sensum, quod mercatores qui transeunt mare & aridam, illa quæ acquirunt cum omni prudentia qua possunt conseruant. Sic homo in statu gratiæ existens indiget spirituali prudentia, vt gratiam acquisitam teneat, ne forte per imprudentiam, iterum ad peccata redeat, & sic nouissima sua faciat peiora prioribus. Vnde dicit Seneca, *Officium prudentis est triplex, quia prudentem oportet recordari præterita, ordinare præsentia, præuidere futura.* Seneca. Vnde dico quod ad vere prudentẽ qui se vult seruare in statu gratiæ, tria requirũtur. Primo debet videre, ne ex præterita culpa Deo displiceat, & sic à statu gratiæ resiliat, & hoc magna prudentia est: quia dicitur Prou. *Quemodo in aquis resplendẽt vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Prou. 27. Et si prudens sit ad cognoscendum corda aliena, multo magis proprium cor, ne ibi occulta lateant culpæ præteritæ, & hoc est initiũ spiritualis prudentiæ. Vnde dicit Bernard. D. Bern. *Stude agnoscere te, quia melior & laudabilior es si te cognoscis, quam si te neglecto cognosceres vagos cursus siderum, vires herbarum, complexiones hominum & animalium, & notitiam haberes cælestium & terrestrium.* Secundo debet sibi prouidere, ne gratia careat, quia qui gratiam Dei non habet, extra statum gratiæ est. Et ideo illæ fatuæ virgines fuerunt reprobatæ, eo quòd oleum diuinę gratię non habuerunt in lampadibus suis, id est, in cordibus

suis: quia queadmodũ lampas superius habet latitudinem, inferius angusta est; sic cor ad superna debet esse apertum, & latum, vt gratiã diuinam possit recipere, & inferius ad terrena clausum & strictum, ne per nimium taliũ amorem, gratiam diuinam amittat. Et ideo ad hoc requiritur magna prudentia ne homo eam amittat, quia prudens semper cor suum disponit, vt gratiam diuinam obtineat. Vnde
Prou. 19. Prouerb. 19. *Qui custos est prudentiæ, inueniet bona*, scilicet, gratiæ, quæ multa bona operatur in homine, & omnia bona hominis meritoria facit. Tertio debet sollicite prouidere vt in futurum æternam vitam obtineat, ita vt omnia quę agit, ratione illius summi boni agat, & ad hoc obtinendum, semper se omnibus bonis exerceat, & in illis perseueret. Hæc enim prudentia statum gratiæ perficit & consummat, quia hominem in isto statu perfectè
Prou. 2. custodit. Vnde Prouer. *Prudentia custodiet rectorem*, id est, perfectorum salutem & statũ gratiæ, quia est via perfectissima ad salutem. Sed quia anima multos habet hostes, qui eam ab hoc statu retrahere conantur (nam caro eam impugnat per voluptatem carnalitatis: mundus per cupiditatem temporalitatis: Diabolus per falsitatẽ honoris & dignitatis, inter quos est anima, sicut lilium inter spinas,) ideo indiget diuina doctrina, quę eam viam prudentiæ doceat, ne eorum tentationibus consentiat, & sic à statu gratię resiliat. Sic doctus fuit
Psal. 118 sanctissimus propheta Dauid, cum dicebat, *Super omnes inimicos meos prudentem me fecisti.* Sic etiam

etiam Saluator docebat Apostolos suos dicẽs, *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes,* Serpentes enim eludunt incantatores, obstruendo vnã aurem terrâ, & aliam caudâ. Sic viri sancti debent eludere tentationem Diaboli, obstruendo vnam aurem cauda, id est, mortis memoria: quia dicit Eccle. 7. *Memorare nouissima tua & in aeternum non peccabis:* & aliam obstruendo terra, id est, consideratione propriȩ fragilitatis, quia terra sumus & in terram reuertemur. Petat ergo homo deuotus in medio inimicorum positus prudentiam à Deo, & dicat illud, *O sapientia quae ex ore altissimi prodiisti, attingens à fine vsque ad finem, fortiter ac suauiter disponens omnia, veni ad docendum nos viam prudentiae,* &c. Marc. 10. Eccl. 7.

In die sancto Pentecostes.

SERMO XXXIIII.

R*epleti sunt omnes Spiritu Sancto,* &c. Acto. 2. Experimur ad sensum, quod quando aliquá fiunt vel videntur, quorum ratio naturalis non potest assignari, tunc dicuntur talia opus Dei esse, vel quod Deus fecit hæc. Sic cum Apostoli recepto Spiritu Sancto loquerentur, & facerent mirabilia, rationem naturalẽ excedentia, homines videntes & audientes, præ admiratione dicere poterant, Opus Dei, vel Spiritus Sancti est hoc. Et hoc est Act. 2.

quod innuitur in verbo proposito, cum dicitur *Repleti sunt*, &c. Circa quod verbum est sciendum quod Spiritus Sanctus quatuor bona operatur in homine.

Primum est, quod decorem animæ renouat & reformat. Videmus enim, quod corpus naturale hominis sine anima est pallidũ, nigrũ, & deforme, sine colore gratioso. Consimiliter anima sine Spiritu Sancto non habet decorem conscientiæ, nec colorem gratiosum, scilicet, conuersationis honestę: sed per aduentũ Spiritus sancti ista pulchritudo in anima renouatur & reformatur. Exemplũ huius habemus in imagine, cuius pulchritudo periit, sed quæ à subtili pictore renouatur picturis & nouis coloribus: sic est de anima quę est pulchra imago summi creatoris & est diuersis virtutibus tanquam pulchris coloribus adornata. Sed per peccatum pulchros colores virtutum amittit, & fit turpissima. Sed ista pulchritudo virtutum renouatur & reformatur per aduentum Spiritus sancti, qui sic circuit animam, vt nihil imperfectum & deforme in
Psal. 103 ipsa esse permittat. Iuxta illud Psalmi, *Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ*, id est, peccatricis animæ. Et nota, quod bene anima peccatrix vocatur terra, propter tria. Primo quia terra est elementum obscurius, quia habet minus de luce quam alia elementa. & hoc ideo, quia est nimis grossa, & ideo minus habet de luce quam cetera elementa, sic est de anima quæ est tenebris peccatorum degrossata, & minus habet de gratia quam ceteræ

teræ animæ virtutibus plenæ. Sed hęc tenebrositas & grossibilitas totaliter tollitur ab anima per aduentum Spiritus sancti, & facit eam peruiam lumine suæ gratiæ, vnde illuminatur. Vnde dicit Fulgentius, *Sicut radius solaris subita illustratione totum mundum illuminat: sic diuina gratiā subita illustratione totam mentem illuminat, quia Spiritus Sanctus quidquid operatur subito operatur.* Vnde dicit Ambr. *Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* Secundo quia terra est elementū impurius, & ideo dicitur fex elementorum: sic est de anima peccatrice quæ recipit in se omne illud quod diligit, vt patet in speculo quod quamuis in se sit clarum, tamē si conuertitur ad terram vel ad aliam rem immundam, illius similitudinē in se recipit. Sic quando anima, diligit peccatum, immunda efficitur. Vnde Augustinus, *Si terram diligis terra es.* Sunt enim peccata tanquam muscæ, quibus puniuit Deus Ægyptios: de quibus dicitur, Exodi 8. *Corrupta est terra ab* huiuscemodi *muscis*, quia sicut muscę polluunt ea quę tangunt, sic peccata polluunt animam, quando ea diligit. Quia dicit August. *Quod omnia quæ anima diligit præter Deum, hæc ipsam polluunt.* Sed hæc immunditia tollitur ab anima & fit pura in aduentu Spiritus sancti. Vnde dicitur *ignis*, quia sicut ignis aurum à scorea purificat, sic Spiritus sanctus animam à scorea malarum affectionum & cogitationum purificat. Sic erant Apostoli purificati, quando Spiritus sanctus in speciem ignis eis missus fuit. Tertio, quia terra est elementum grauius. Vnde omnia corporalia ex elementis composita, quan-

S. Fulgent.

D. Ambr.

D. August.

Exod. 8.

D. August.

quantomagis habent de terra, tanto sunt grauiora, vt patet in plumbo, quod multum habet terrestris naturę. Sic est de peccato, quanto magis anima habet de peccatis, tanto est grauior & elõgata à Deo, quia peccatũ deprimit & demergit eã adeo fortiter, nisi misericordia Dei ipsã retineret, vt statim caderet in profundũ inferni. Sicut patet in Lucifero.
Psal. 37 Vnde dicebat Propheta Dauid, *Sicut onus graue grauata sunt super me.* Sed hæc grauitas tollitur ab anima per aduentum Spiritus sancti. Ideo dicitur *amor*, quia amor omnia alleuiat. Vnde quando Spiritus sanctus animæ infundit amorẽ, tunc ipsam leuem facit. Vnde dicebat
D. Augus. Augustinus, *Ponderibus suis aguntur omnia, amor meus, pondus meum; eo feror quocunque feror.*

Secundum quod operatur Spiritus sanctus in homine est quod animam ad diuinũ amorem inflammat. Videmus enim quod omne agens semper intendit suam similitudinem imprimere in illud in quod agit. Exemplum huius, primo habemus in natura. Videmus enim quod ignis ex sua natura est calidus, & ideo in illud in quod agit calorem imprimit. Secundo huius exemplum habemus in artificialibus: videmus enim quod artifex quilibet similitudinem quam concipit in mente, imprimit in executione. Tertio huius exemplum habemus in moralibus: videmus enim quod quilibet virtuosus magister, suã virtutem libenter imprimit in discipulum suum. Sed nunc ita est, vt Spiritus sanctus sit amor Patris & Filij, & ideo imprimit in suo aduen-

tu in corde mundo similitudinem sui amoris, & ideo vocatur *charitas* : & cantamus, *Infunde amorem cordibus.* Vnde ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum, qui datus est vobis.* Et hęc charitas est quędam vita animę, sicut calor cordis vita totius corporis. Vnde sicut recedente calore cordis corpus manet frigidum: sic Spiritu sancto recedente ab anima, recedit ab eo calor amoris. Rom. 5.

Vnde nota, quod iste calor diuini amoris operatur quatuor in anima, Primo animam quadã dulcedine spirituali lætificat. Exemplũ habemus in natura, quod calor solis facit omnia iucũda. Videmus enim in vere, quãdo sol nobis magis appropinquat, tunc prata virescunt, herbę pullulant, flores diuersi è terra erumpunt, arbores frondescunt, volucres cãtant, iuuenes in quibus est maior calor naturalis quã in senibus, magis etiam sunt iucundi. Sic quando calor diuini amoris tangit animam sua dulcedine, ipsam super omnia elementa lætificat, ita vt homines in nullis angustiis, vel aduersis tristari permittat. Vnde Apostoli, postquã receperunt istum calorẽ à Spiritu sancto, nullis poterant turbari doloribus vel aduersitatibus. Vnde Act. 5. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati.* Vnde in patria, vbi iste calor fortis est, ibi sẽper est iucunditas, canticum laudis, & gratiarũ actio. Et ideò cantatur in Ecclesia, *In ciuitate Domini ibi sonant iugiter organa sanctorũ,* ibi cinnamomũ & balsamũ, odor suauissimus cantica eorũ, ibi Angeli & Archan- Act. 5.

Archãgeli hymnũDeo decãtant ante thronũ Dei. Secũdo animã mirabiliter securã reddit. Exemplum huius habemus in naturalibus. Videmus enim quod aliqua sunt animalia timida, aliqua audacia. Ratio huius est, quia animalia habentia magna corda, naturaliter sunt timida, vt cerui, quia in magno corde calor naturalis diffunditur, & diffusus debilitatur. Sed in corde paruo aggregatur & vnitur, & ideo virtus vnita fortius operatur & vigoratur. Vnde in leone quia habet paruum cor, respectu corporis sui, calor aggregatur, & ex hoc magis vigoratur, & ideo inter animalia irrationabilia est audacior. Sic calor diuini amoris, quem Spiritus sanctus infundit in animam, adeo securam & audacem facit, vt nullà res ipsam terrere possit. Hunc calorem sancti Martyres habuerunt, qui nec ignem, nec gladium, nec aliquod periculum timuerunt. Iuxta illud ad Rom. 8. *Quis nos separabit à charitatè Christi?* Tertio, calor diuini amoris animã totaliter nobilitat. Vnde in naturalibus videmus, quod nobilitas rerum naturalium procedit ex nobilitate naturæ. Vnde res dicitur esse nobilis, quæ habet nobilem naturã. Hinc aurum est nobilius argento, & animalia plantis, & homines animalibus, & Angeli hominibus, natura & Deus Angelis. Vnde etiam res quę in se est vilis, quando potest transmutari in naturam rei nobilioris, efficitur nobilis, vt humor qui est in vite, quando transformatur in vinum, Et anima quamuis respectu sui creatoris sit vilis, quia respectu sui est quasi ni-

Rom. 8.

si nihil, tamen per calorem amoris, quam Spiritus sanctus infundit in eam, totaliter transformatur in Deum, ita vt quasi vnus spiritus fiat cum eo. Vnde dicit Anselmus, *Vis amoris qua transformat amantem in amatum, ignis est*, & ista transformatio in Deum animam nobilitat. Quarto calor diuini amoris animam nimio desiderio vulnerat. Cum enim amor non sit nisi quidam motus amantis in amatum, ideo semper mouet animam, vt cogitet de amato, & eius præsentiam appetat: & ideo anima calore diuini amoris accensa semper de Christo cogitat, semper eius præsentiam appetit. Sed quia *spes quæ differtur affligit animam*, ideo anima, quæ semper præsentiam Christi appetit, ex eius longa dilatione validioribus sagittis amoris accenditur & vulneratur. Vnde dicebat Beatus Augustinus, *Iaculo amoris tui vulneratus sum bone Iesu, & vehementi desiderio ad te venire desidero & te Domine videre cupio.* Sic etiam vulneratus fuit Beatus Ioannes Euangelista in vltimo fine, quando dicebat, *Ad tuum conuiuium inuitatus Domine Iesu, ecce venio quia ex toto corde te desidero.*

B. Anselm. | Prou. 13. | D. August.

Tertium quod Spiritus sanctus operatur in homine est, quod animã fortificat. Videmus enim ad sensum quod homo sine anima non potest subsistere nec se defẽdere. Cõsimiliter sine Spiritu sancto non potest stare contra tentationes, nec se defendere à peccatis: sed per aduentum Spiritus sancti anima fortificatur. Iuxta illud Apostoli, *Det vobis secundum diuitias gloriæ corroborari per spiritum eius in interiori homi-*

Eph. 3.

mine. Et bene indiget homo ista corroboratione, *Quia caro concupiscit aduersus spiritum*, & econtra. Vnde si facimus mala, spiritus non vult: si bona, caro repugnat. Et talis repugnãtia est inter spiritum & carnem. Et ratio huius repugnantiæ & contrarietatis est, quia caro naturę terrestris est, sed spiritus naturæ cælestis est, quia à Deo corpori infunditur, & vnũquodq; eorũ trahit ad naturam suam. Vnde caro trahit ad delectationes carnales, scilicet, ad auaritiam, gulam, superbiam, luxuriam & ad sua commoda: sed spiritus trahit ad delectationes superiores. Et ideo dicit Apostolis ad Rom. 8. Rom. 8. *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui autem secundum spiritum sunt, quæ spiritus sunt sentiunt.* Sed quia anima infusa corpori complexiones corporis imitatur, ideo bene indiget anima fortitudine Spiritus sancti, ne delectationibus corporis consentiat.

Vnde nota quod in homine iusto triplex est status, & in quolibet habet bellum spirituale in quo est dolor, nec anima in his legitimè certare valet sine adiutorio Spiritus sancti, qui ipsam fortificat. Primus status est conuersionis, quando, scilicet, homo de regione peccati redit ad Deum, sicut filius prodigus ad patrem. In hoc statu causat consuetudo peccatorum mœrorẽ in anima, propter familiaritatem quam prius habuit ad peccata. Vnde fit spirituale bellum inter spiritum & carnẽ. Spiritus enim vult carnẽ de peccatis ad Deũ trahere: sed caro retrahit, quia vult consuetudinem peccatorum sequi. Sed tunc ad est pater

ter misericordiarum, qui semper recipit filiũ reuertentem, & mittit Spiritum sanctum in nobis, vt adiuuet infirmitatem nostram, & vt consoletur nos in tribulatione. Vnde vocatur *paraclitus*, id est, consolator. Et ex ista consolatione Spiritus sancti anima exhilarescit, & recipit vires ad debellandum carnem, vt recte posset dicere cum Propheta, *Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. Psal. 93 Post hunc statum sequitur status progressionis, quo anima proficit in virtutibus. In hoc statu animę proficienti instat horribile bellum, quia tot ei adueniunt tentationes inimici, quales vmquam expertus Christi miles in omni vita sua fuerit: non quia deesset materia tentationis ei, sed quia non sentiebat. Quia dicit Augustinus, *Diabolus illos tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit*. D. August. Et ideo etiam dicit Grego. quarto moralium, *Omnes qui ea quæ mundi sunt calcant mente, & quæ Dei sunt plene desiderant, contra se Leuiathan suscitant, quia eius malitiam sua conuersione inflammant*. D. Greg. Qui autem eius voluntati subiecti sunt, quasi quieto iure possidet. Sed cum eos vias domini videt apprehẽdisse, mox ad certamen excitatur. Vnde in huius signum Diabolus Christum statim post baptismum tentare cœpit: sed adest pater misericordiarum, qui non permittit filium tentari super id quod potest: sed consolatur ipsũ, per infusionem Spiritus sancti, qui ipsum fortificat aduersus omnes tentationes Diaboli, sicut enim *Spiritus domini irruit in Samson*, & de it virtutem corporalem ad resistendum inimi-

cis corporalibus, vt etiam interficeret leonē rugientem, & dilaceraret eum qui sibi occurrit, sic adhuc Deus infundit Spiritum sanctū in cordibus iustorum, ad resistendum inimicis spiritualibus. Post hunc statum sequitur tertius status mortis, in quo statu instat animę bellum adhuc horribilius quam experta sit, scilicet, quando considerat magna peccata sua & districtum iudicium, & ea quæ nunquā sciuit antea, adueniunt ante oculos suos. In
Luc. 22. cuius figura Christus appropinquante morte sua *factus est in agonia sudor eius quasi gutta sanguinis*
D. Greg. *defluentis in terram*. Vbi clamat Grego. *quid faciunt tegulæ, si tremunt columnæ? Quomodo virgulta stabunt, si pauore turbinis cedri quatiuntur.* Sed adest pater misericordarū, qui vsque in finē non deserit, sed mittit Spiritum sanctum, vt ipsum consoletur, ne de peccatis desperet, sed in bonitate Dei confidat. Vnde Spiritus sanctus cuilibet iusto filio dilecto imprimit illud verbum amorosum, quod dixit Angelus Tobiæ, *Forti*
Tob. 5. *animo esto, in proximo est vt à Deo cureris.* Et tunc dolor vertitur in gaudium & cupit dissolui & esse cum Christo.

Quartum quod operatur Spiritus sanctus in homine est, quod animam fęcundat virtutibus. Videmus enim ad oculum, quod res naturales nō possunt ex se producere fructum, nisi per virtutem solis: sicut videmus in plantis, quæ in hyeme non producunt fructus, sed perdunt viriditatem & folia, & videntur quasi sicca. Sed quando calor solis eis appropinquat, tunc incipiunt incipiunt florere & fru-
ctus

ctus suauitatis producere. Vnde videmus in ęstate, quód plantæ in quibus latēt flores incipiunt florere, & fructus producere. Sic Deus à principio creationis naturæ seminauit in nobis semina virtutum, sed in peccatoribus non pullulant, quia à frigore peccatorum exsiccātur & mortificantur. Sed quando mittit nobis Spiritum Sanctum, qui ab ipso procedit, ille calore gratiæ reuiuiscere facit in nobis omnium virtutum semina, vt tandem producant fructus vitæ suauissimos. Vnde potest dicere cęlestis pater cuilibet felici animę illud Isa. 17 *Plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis*, quasi dicere velit: O fidelis anima tu plantabis interiori deuotione fidelem plantationem cælestiū desideriorum, & tunc seminabis tua affectione & mea inspiratione, germen alienum, id est Spiritum sanctum, à natura tua alienum, qui in corde tuo germen æternæ vitæ germinet, & fructum omniū virtutum in te producat, de quibus dicit Apostolus ad Galat. 5. *Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Isti fructus procedunt ab anima per virtutē Spiritus sancti, sicut semen occultum in terra germinat per virtutem solis. Isa. 17 Galat. 5.

Primus igitur fructus spiritus est charitas, quę hominem bene ordinat in seipso ad Deū. Secundus est gaudium, quando enim Spiritus sanctus infunditur animæ diligenti Deū, tunc ipsam purificat à peccato, & ex hoc oritur quoddam gaudium mentis spirituale. Tertius

est pax, quæ illud gaudium adeo perficit in anima, vt ipsam omnio tranquillam faciat de præsentia Spiritus sancti, quia Spiritus sanctus animam quam suo amore replet, lætificat & lætificatam pacificat, & quietat. Quartus est patientia, quę mentem adeo ordinat in seipsa, ne per aliquod malũ imminens turbetur. Beata mens vel anima, in cuius corde hic fructus seminatus fuerit, quia conseruat ipsam in vitam æternam. Quintus est benignitas quæ accendit hominem ad benefaciendũ pauperibus. Sextus est bonitas, quæ includit omnes istos fructus, & bene disponit hominẽ vt ad omnes affectum habeat, & omnibus prodesse cupiat. Septimus est longanimitas, quæ ordinat mentem vt perseueret in bonis operibus, & ne tristetur de dilatione cælestium gaudiorum. Octauus est mansuetudo, quę hominem adeo ordinat, vt in omnibus operibus & gestibus suis, semper se disciplinate teneat: iuxta

Eccl. 3. illud Eccli. 3. *Fili in mansuetudine opera tua perfice.* Nonus est fides siue fidelitas, quę sic hominẽ disponit, vt proximo suo fidem teneat, nec dolo nec fraude sibi noceat. Decimus est modestia, quæ sic hominem ordinat, vt in omnibus dictis & factis suis modum teneat, ne metam virtutis excedat, quod summo Deo multum placet; qui in modo, pondere & mensura condidit vniuersa. Vndecimus est continentia, quę trahit hominem ad illa quę sunt licita & honesta, & refręnat hominem ab illis quę illicita sunt. Duodecimus est castitas, quę refręnat hominem ab illicitis. Et hi sunt fructus

fructus spiritus, quos anima sine Spiritus sancti gratia producere non potest. Rogemus ergo, &c.

Dominica in Trinitate.

SERMO XXXV.

HI *tres vnum sunt*, 1. Ioan. 5. Experimur ad sensum, quod quando de aliqua materia nobis est loquendum, quæ propriis vocabulis non abundat, quod ad similia nos conuertimus, vt propositum magis innotescat. Nunc autem Trinitas Beatissima, quæ omnium est creatrix, à nobis in hac vita sufficienter non potest exprimi, nec verbis proprijs declarari: ideo etiam ad notiora est nobis conuertendum. Sciendum est ad nostram doctrinam quod in scripturis inuenimus quadruplicem Trinitatem. 1. Ioan. 5.

Prima est formatiua, & hæc est trium personarum in vna essentia vel Deitate. Experimur enim quod in vna essentia animæ tres habemus potentias, scilicet, memoriam, intelligentiam & voluntatem. Experimur enim quod in vna essentia animæ tres habemus potentias, scilicet, memoriam, intelligentiam & voluntatem. Experimur enim quod per vnicā nostræ animæ essentiam, possumus memorare præterita, intelligere præsentia, velle vel diligere præmia futura. Ita in vna essentia Deitatis est Trinitas personarū, scilicet, Pater & Filius & Spiritus sanctus. In hac autem Tri-

nitate patri appropriatur potentia siue reuerentia. Vnde illi qui timent malum facere, despiciunt potentiā patris. Sed tamen est sciendum quod pater non habet plus de potentia vel fortitudine, quā Filius & Spiritus sanctus. Sed potentia appropriatur patri, propter tollendum ab ipso quendam defectum, qui est in creaturis, scilicet, debilitatē, quę solet esse in patribus propter antiquitatem, & ideo illi appropriatur potentia, & ex hoc est timendus. In hac etiam Trinitate Filio apropriatur sapientia, non quod plus habeat de sapientia quam pater & Spiritus sanctus: sed sapientia appropriatur Filio propter tollendum quendam defectum, qui est in creaturis, scilicet, ignorantiā quæ solet esse in Filiis propter iuuentutem, & ideo appropriatur ei sapientia. Et quia sic sapiens est, ideo eius sapientia optime est audienda & retinenda. Vnde legitur
3 Reg. 8. 3.Reg. 8. *Quod vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis & audire sapientiam eius.* Qui ergo renuunt verbum Dei audire, sapientiam illius veri Salomonis despiciunt. Item in hac Beatissima Trinitate, Spiritui sancto appropriatur bonitas, ad tollendum quendam defectum, quem videtur importare hoc nomen Spiritus sanctus, scilicet, timiditatem & terrorem. Vnde qui non diligunt Deum, despiciunt personā spiritus sancti, qui suum amorem omnibus communicat. Vnde est sciendum quod in hac Trinitate est personarum pluralitas. Sunt & fuerunt tamen aliqui qui posuerunt vnitatem personarum, sicut sunt Pagani & Iudæi qui credunt

credunt vnum Deum,non tamen plures personas. Sabellius hereticus non ponebat nisi vnam personam,& dicebat quod Pater & Filius,& Spiritus sanctus erant vna persona,diuersis nominibus nominata. Vnde qui hoc crederet, esset hæreticus, & nunquam in tali fide posset saluari,quia sunt plures personę in Trinitate. Vnde dicitur Exod. 32. *Hi sunt dij tui Israel* : non hi Dei, ne dicas plures Deos,sed plures personas. Item in hac Trinitate sancta, est expressa personarum Trinitas. Et est contra errorem illorum qui dicebant in Trinitate duas personas. Vnde confitebantur filium esse Deum,non tamen Spiritum sanctum. Alij econtra Spiritum sanctũ esse Deum , non tamen filium. Vnde dicebant ipsum creaturã, & minorem patre. Et ideo qui illud crederet, quod plures vel pauciores essent personæ in Deitate quam tres, esset hæreticus. Vnde dicitur Ioannis 5. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo,pater,verbum & Spiritus sanctus*. Ita in hac Trinitate est essentiæ vnitas, quod est contra errorem Arrij , qui sicut posuit Trinitatem personarum,ita posuit Trinitatẽ essentiæ.Vnde posuit filium alium in essentia à patre, & minorem patre: & Spiritum sanctum vtroque minorem,quod est contra fidem catholicã. Vnde quilibet debet credere quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt vnum in essentia, & quod per omnia sint æquales sibi , nec Filius minor patre secundum Deitatem , quamuis sibi sit minor secundum humanitatem.Vnde dicebat Ioan.10. *Ego & pater vnum sumus.* Hoc

Exod. 32

Ioan. 5

Ioan. 10

habemus, Gen. 18. vbi legitur quod *Abraha apparuerunt tres viri & vnum adorauit*. Tres apparuerunt, quia fide credimus tres personas, & has adoramus vnica adoratione, sub ratione vnius maiestatis & essentiæ. Hanc autem Trinitatem noli multum profundè scrutari si non vis errare. Si enim, quę Deus in natura posuit non potes plene perscrutari, quomodo potes incomprehensibilia Dei? si quis vellet totum mare manu exhaurire, valde fatuus esset, sic certe magis stultus esset qui Deum quid esset vellet perscrutari, cum sit incomprehensibilis & infinitus. Vnde quidam, si de Deo nemo potest explicare quid est, nemo debet affirmare quod non est. Vnde excusabilius est de illa natura ineffabili non eloqui digna, quam diffinire contraria. Sicut pueri, qui primo mittũtur ad scholas, vbi addiscunt cognoscere tantum litteras, postea mittuntur ad alias scholas, vbi addiscunt cognoscere sensum & intellectum verborum: sic est de nobis. Deus enim fecit duas scholas, scilicet mundi, & paradisi. In schola mundi vult vt addiscamus istas litteras, scilicet, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sint tres personæ & vnus Deus. In schola autem paradisi sciemus per eius reuelationem, quomodo istæ tres personæ sint vnus Deus, & hoc est potissimum gaudium nostrum, quia *hæc est vita vt cognoscant te solum verum Deum,*
Ioan. 17 *& quem misisti Iesum Christum*, vt dicit Saluator.

Secunda Trinitas est deformatiua. Videmus enim

enim ad ſenſum, quod homo à Deô formatus frequenter pede corporali labitur, & cadit, quando tranſit in lubrica via: ſic & ipſa anima in iſtis terrenis currens, & eis adhęrens, cadit à diuina gratia & hoc per quandam Trinitatem deformantem, quæ eſt triplex concupiſcentia, quę viget in hoc mundo, ſcilicet concupiſcentia diuitiarũ, concupiſcentia honoris, & cõcupiſcẽtia delitiarũ: de his dicitur, Apocal. 9. *Ad his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de igne, de fumo, de ſulphure.* De igne propter nimium ardorem acquirendi diuitias. Iſte ignis nunquã poteſt extingui. Vnde Prouerb. 30. *Ignis nunquam dicit ſufficit.* Sicut enim ignis infernalis nunquam deglutiendo ſatiatur, ſic auarus nunquam ſatiatur pecuniis. Vnde Eccleſ. 5. *Auarus non implebitur pecunia*, quia quanto magis acquirit diuitias, tanto magis ſitit diuitias. Fatuus enim eſſet qui ſitim extinguere vellet, & ſal manducaret. Sic homo, ſi eſſet dominus totius mundi effectus, non poſſet adhuc ſatiari, quin poſtmodum vellet eſſe Deus. Et ratio huius inſatiabilitatis eſt, ſecundũ Auguſtinum de ſpiritu & anima, *Quod tanta dignitatis eſt humana conditio, vt nullum bonum præter ſummũ bonum ei ſufficere poſſit.* Et ideo ſemper eſurit, donec fiat, illud quod dicit Propheta, *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Secundo *de fumo* excellentiarũ, *occiſa eſt tertia pars hominum*, quia ſicut fumus quãto magis aſcendit tanto magis euaneſcit, ſic ſuperbus huius mundi; cum ſuperbia nihil aliud ſit quam appetitus propriæ excellentiæ, vt dicit Beatus Auguſtinus, *quanto magis exaltantur,*

Apoc. 9
Prou. 30
Eccle. 5
D. Auguſt.
Pſal. 16
D. Auguſt.

Psal. 38. *tur, tanto magis euanescunt.* Iuxta illud Psalmi, Mox vt *honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Tertio de sulphure carnaliũ desideriorum, delitiarum & concupiscentiarũm, occisa est tertia pars hominum vel mundi. Quia sicut sulphur quãdo non accenditur non fœtet, sed de facili accenditur, quia in eo viget maxime natura ignis & statim fœtet: sic homo quando nõ accenditur mala concupiscentia, nõ fœtet Deo, sed quando accenditur nec resistit, tunc fœtet corã Deo, & hoc ideo quia adhęret fœditati. Vnde luxuriosus similis est coruo, qui euolauit de arca, & adhæsit cadaueribus, vt dicitur Gen. 8. Sic facit luxurio-
Gen 8 sus, qui dimissa arca continentiæ & castitatis, adhæret cadaueribus, id est, delectationibus immundis. His ergo tribus, scilicet, auaritia, superbia, & luxuria occiditur tertia pars mundi. Sunt enim tres lanceæ, quas Ioab, id est, Diabolus infigit in corde Absalonis, id est, cuiuslibet peccatoris, 2. Reg. 18. Sed alias, tres lan-
2. Reg. 18. ceas vel angustias his grauiores infigit post mortem, cuilibet peccatori: vnam ex voluptatibus quas dimittit, aliam ex beatitudine quam amittit, tertiam ex æterna morte quam acquirit. Vnde cauendum est ne cor his vulneretur per cõsiderationem, quia omnes honores, diuitię & voluptates, transeunt in morte tamquam vanitas. Hoc patet in morte Alexandri qui cum fuisset dominus totius mũdi, auarus, luxuriosus & superbus, & eius ossa in vase aureo recondita fuissent, illic Philosophi de diuersis partibus venerunt, vnus eorũ

eius

eius dominiū esse vacuū dicebat, Heri Alexādro nō sufficiebat totus mūdus: hodie sufficit ei pro sepulchro de terra quinq; pedū mēsura. Alius volēs ostendere diuitias eius esse vanas, dicebat, Heri Alexander thesaurū fecit de auro, hodie aurū de Alexādro fecit thesaurū. Ali' volēs vanas ostendere delitias Alexandri, dicebat, Heri Alexander nutriuit corpus suum diuersis cibariis & delitiis, modo corpus illius nutrit vermes, & comeditur à vermibus.

Tertia Trinitas est reformatiua, & hæc sunt tres partes pœnitentię. Videmus enim ad sensum, quod si homo cadit in profundam foueā, adiutorio indiget ad exeundum. Sic est spiritualiter, quod homo qui ad imaginem Beatissimæ Trinitatis est factus, & cecidit per malam Trinitatem, scilicet, peccato cogitationis delectationis, & consensus, iterum resurgat per bonam Trinitatem, scilicet, contritionē, confessionem, & satisfactionem. Per istam Trinitatem homo resurgit de peccatis, & restauratur ad statum gratiæ. Ista est Trinitas de qua dicitur Eccles. 25. *In tribus beneplacitum est spiritui meo*. Nam in hac Trinitate consistit vera pœnitentia, & vera conuersio peccatorum ad Deum, & quod homo his tribus Deo satisfacit secundum ordinationem diuinam, hoc ostenditur tribus exemplis. Primū est, si quis litteras vel aliud instrumentum falsum scripsisset contra aliquem, oporteret primo vt scriptum deleret antequam pro venia rogaret. Sed modo peccata nostra scripta sunt in nostra conscientia, vt in adamante qui frangi non

Eccl. 25.

si non potest per quodcunque, nisi per san-
Ierem. 17. guinem hirci. Vnde dicitur, *Peccatum Iuda scri-
ptum est stilo ferreo in vngue adamantino. Non ergo
sufficit, vt Deum pro venia petamus, nisi pri-
mo peccata nostra in conscientia nostra scri-
pta deleamus per contritionem. Sed si quis
contritionem habere non possit, inspiciat
Christi sanguinē ex grauissimus vulneribus
illius manantem,& certe habebit contritionē
Psal. 6 de peccatis suis. Vnde dicit Psaltes, *Lauabo per
singulas noctes lectum meum.* Secundum exemplum
est: si quis alicui malediceret, non satis esset
quod amplius non faceret, nisi etiam de his
quibus maledixit pæniteret, & vocem retra-
ctaret: sic peccator quotiescunq; mortaliter
peccat, spiritualiter dicendo, maledicit Deo
inquantum contra eius præcepta facit, & in
quantum vilipendit mortem Christi, quā pro
nostris reatibus sustinere voluit. Vnde dicit
Rom. 2. Apostolus, *Nomen Dei blasphematur per vos inter gen-
tes.* Non ergo satis est, vt homo de his peccatis
suis, quibus Deo maledixit doleat, nisi culpam
suam per veram confessionem recognoscat.
Prou. 16 Iuxta illud Prouer. 18. *Iustus est prior accusator sui.*
Isa. 43. Vnde Isa. *Narra si quid habes vt iustificeris.* Tertium
exemplum est, quia sicut debitor à debitis nō
absoluitur, nisi debitum debitori persoluat,
sic peccator à peccatis non absoluitur, nisi
Deo satisfaciat. Quoties enim peccamus, to-
ties debitores Dei sumus. Et ideo rogamus in
dominica oratione: *Et dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Per hanc igi-
Matth 6 tur Trinitatem ad Deū perfecte conuertimur,
&

& spiritualiter magnũ gaudium & festum facimus. Quia sicut Rex terrenus gaudet, quando illi filius concipitur, & magis gaudet quãdo nascitur, sed maxime gaudet quando crescit, & ad mensam ponitur: sic cælestis pater noster gaudet spiritualiter, quando cõcipitur ei filius in peccatorum contritione, & boni propositi conceptione. Quia vero cõtritio est dolor de peccatis cum proposito confitendi, & satisfaciendi; tunc magis gaudet, quando ille filius nascitur in confessione, & bonorũ operum ostensione, quia in confessione peccator nascitur Deo & moritur diabolo. De ista spirituali conceptione & natiuitate peccatoris dicit Isa. 26. *A facie tua Domine cõcepimus & peperimus spiritum salutis.* Sed tunc maxime gaudet cælestis pater, quando ille filius crescit in satisfactione, & vitæ emendatione, quia tunc tandem adeo proficit in bona & perfecta vita, vt tandem ad mensam cælestis patris ponatur, vbi proponitur cælestis panis Angelorum, qui in se habet saporem omnis suauitatis, hoc est corpus dilectissimi illius filij, quod tantam habet efficaciam, vt digne manducantẽ cum Deo æternaliter perpetuet. Proponit etiam ei vinum conditum, quod de vite æternitatis effluxit, hoc est pretiosum sanguinem filij sui, qui tantæ est efficaciæ, vt ille qui digne gustauerit ipsum, mortem æternam non sit gustaturus. Isa. 26.

Quarta Trinitas est conseruatiua & ordinatiua. Videmus enim ad sensum, quod in hac mortali vita, homo indiget cibo & aliis vt in

vita

vita cõseruetur propter defectũ quotidianum: ita spiritualiter cũ homo sit labilis ad illicita & defectuosus, ideo indiget Trinitate ipsũ in bono cõseruante, & ipsum ordinante in summũ bonũ. Et hęc Trinitas est cathena triũ virtutũ theologicarũ, quę sunt fides, spes, & charitas, quę animã in bonã conseruant vitã & ipsam perfectissime in Deũ ordinãt. Vnde de ista
D. August. cathena dicit Augustinus, *Fides nos Deo supponit, Spes erigit nos, Charitas vnit nos*; Fide cognoscimus nos sub Deo esse, & debitores esse eius seruitutis, Spes erigit nos vt aggrediamur quod supra vires nostras est, Charitas vero facit vnum esse cum Deo. Amor enim est vis vnitiua copulans animam cum Deo quẽ diligit. Vnde hæc sola manebit in patria: Fides autem & spes euacuabuntur. Ibi enim perfecte videbimus, de quo credimus & sperabamus.
1. Cor. 13. Vnde Apostolus, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Sed sola charitas manebit in patria, sed tamẽ modus charitatis quem hic ad Deũ habuimus tolletur, & perfectior modus charitatis dabitur & augebitur. De hac trinitate trium virtutũ dicit Apostolus, 1. Cor. 13. *Nunc autem manent fi-*
Ibidem. *des, spes, charitas, tria hæc, maior autem horum est charitas*. Vnde est sciendum quod tria requiruntur, ad hoc vt homo posset attingere finem suum vltimum, qui est Deus, in quo sua vltimata consistit perfectio. Primum est vt Deo per fidem perfecte inhęreat. Ex quo enim homo ad hoc creatus est, vt ad Deum peruenire non possit nisi ipsum diligat, nec eũ diligere possit, nisi

nisi cognoscat, quia secundum Augustinum, *nihil amatur nisi cognitum* : ideo requiritur fides, quæ primo facit Deum homini cognitum, & sic vltra. Secundum est quod requiritur, vt homo de eius bonitate confidat, etsi enim homo Deum perfecte cognosceret quantum ex fide possibile esset, nisi tamē spem veniendi ad ipsum haberet, nunquam bona opera faceret, vt per ipsa ad eum veniret, & ideo requiritur spes, & vltra. Tertio requiritur, vt ipsum perfecte vsque in finem diligat. Nihil enim prodesset homini Deum cognoscere, nisi in ipso confidentiā haberet, & nisi eum desideraret. Vel aliter potest illud deduci, ad hoc vt homo ad vltimum finem pertingat. Primo requiritur vt homo ipsius finis vel summi boni cognitionem habeat, quia non mouetur iste appetitus naturalis ad ea quæ sunt omnino incognita, sed ad ea quæ aliquo modo sunt cognita, Et hoc fit per fidem, per quam licet non perfecte cognoscamus summum bonum, in quo nostra vltimata consistit perfectio, & propterea dicitur fides per quam homo assentit credere ea, quæ sunt supra rationē, & propter hoc fides est meritoria, quia secundum Gregorium, *Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentū*. Vnde dicit Isidorus, quod *fides est qua veraciter credimus quod nequaquam videre valeamus*. Et ideo fides est fundamentum religionis Christianæ. Et ideo etiam opera Paganorum & Iudęorum nullius boni sunt meritoria, quia dicit Apostolus ad Hebręos, *sine fide impossibile est Deo placere*. Si enim omnia

D. August. | D. Gregor. | Isidorus | Hebr. 11

omnia bona faceret homo extra fidem, quæ Beata virgo & omnes Apostoli fecerunt, nihil mereretur talibus de vita æterna. Vnde dicit
D. August. Augustinus super Ioan. *Sicut in radice arboris nulla apparet species pulchritudinis, & tamen, quidquid est in arbore pulchritudinis & decoris, ex illa procedit*: sic ex fidei humilitate, quidquid est meriti, quidquid est veræ beatitudinis, totum ex ipsa procedit. Et ideo necesse est, quod ista fides sit viua, scilicet,
Iac. 1 licet, gratia. & bonis operibus. Vnde *fides sine bonis operibus mortua est*: & ideo oportet, quod homo sit in charitate, & sine mortali peccato, & quod fidem suam ostendat ex operibus, si fidem suam velit esse viuam, quia talis fides, est spiritualis vita animæ. Iuxta illud Apost. *Iustus*
Rom. 1. *ex fide viuit*. Secũdo requiritur vt homo habeat rectã intentionẽ, quò illic pertingere possit: ne sibi impossibile videatur, quia nõ mouetur ad impossibile, & hoc facit spes, & ideo spes prout hic sumitur, est virtus qua homo sperat summum bonum habere ex bonis operibus mediante gratia. Et hæc possibilitas semper mouet hominem ad bene operandum, ita vt semper speret per sua bona opera, & mediante gratia se posse acquirere illud summũ bonũ, quod ipse Deus est. Et ideo qui nihil boni operatur, non potest habere talem spem, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniens ex Dei gratia & ex meritis pręcedentibus, vt dicitur 3. lib. sententiarũ. Vnde spes facit hominem libenter operari, & patienter mercedem expectare, quia spes pręmij solatium facit labori. Sicut enim homo refici-

reficitur ad odorem suauissimi floris, sic per spem reficitur anima in expectatione diuinę fruitionis; quia sicut flos solet pręcedere fructum, sic oportet quod spes praecedat caeleste regnum & pręmium. Tertio requiritur, vt habeat ignitam affectionem veniendi ad bonum, quod sperat se posse adipisci. Et hoc facit charitas, quae semper accendit cor ad affectādum summum bonum. Talis affectio fuit in Beato Paulo cum dicebat, *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Phil. 1. Huius ratio est; quia amor non est nisi quidā motus amantis in amatum. Et ideo cor sēper accendit & amati praesentiam appetit, nec ipsum quiescere facit, donec amato perfecte vniatur. Vnde anima in amore Christi fortiter aestuans ex sui absentia magis accenditur & vulneratur, ita vt etiam suum exilium deploret cum Propheta dicens, *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Quare animae Psal. 119 perfecte Deum amanti & desideranti, amarum videtur esse delitiosum exilium. Et ideo semper hanc vitam deplorat, quousque perfecte Christo in aeterna patria vniatur, & ideo dicebat Beatus Augustinus, *Iaculo amoris tui vulneratus sum Domine, & vehementi desiderio ad te venire desidero, & te videre cupio,* D. August. Rogemus ergo, &c.

Dominica I. post Pentecosten.

SERMO XXXVI.

QVi diligit Deum, diligit & fratrem suum. 1. Ioannis 4. 1. Ioan. 4. Quando aliqua sic se habent, vt vnum necessario includatur in alio, vno po-

 sito

sito vel dato, datur & reliquũ. Sicut si dãtur xij. dãtur & sex, vel si ponitur pater, ponitur & filius. Nunc autẽ ita est, vt dilectio Dei necessario includat dilectionẽ proximi, quia nõ potest Deus diligi, si non diligatur proximus. Et hoc est quod innuit Beatus Ioannes in verbo proposito cũm dicit, *Qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor sunt à nobis diligenda.

Primum est summum bonũ, scilicet, Deus, quem homo debet diligere super omne bonum. Hoc docet natura & experientia, quod quiuis illud super omne bonum diligit, in quo solo est, & à quo totum suum bonũ dependet. Nunc autem in ipso solo Deo totum bonum hominis est, quia anima nullius boni indiget, nisi eo, & ideo qui vult diligere totum summum bonum, oportet vt Deum diligat: quia in dilectione Dei totum bonum hominis est.

Hugo

Vnde dicit Hugo de laude charitatis, *Ad te me conuerto dulcis Iesu, à quo dependet totum animæ meæ bonum.* Vnde qui istud bonum amittit, omne bonum amittit. Et qui istud bonum inuenit, inuenit cum ipso omnia bona. Certe istud bonũ

Cant. 3

sponsa expressit in Canticis, quando dicebat, *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Vnde quando anima deuota istud bonum inuenit, sic ipsum eligit, vt nihil præter eum diligat, quia dilectio facit electionẽ in omni re, quia si videro duas res, vnam, quam magis di-

Cant. 5

ligo, præ alia eligo. Vnde dicit sponsa in Canti. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus*

millibus. Mille est numerus perfectus, quia vltra illum non potest numerus aliquis numerari, Dicit ergo: *Dilectus meus candidus est* diuina sua puritate, *Rubicundus* ex decoloratione in humanitate, quia proprio sanguine decoloratus est in passione. *Electus ex millibus,* hoc est, ex omnibus eligibilibus, Sed dicis, Quomodo debeo illud bonũ diligere? Respondeo quod qui vult illud bonum diligere, debet omnem creaturã ex corde suo excludere, & illud bonum in se includere, vt ipsum ex toto corde possit diligere: non sic, quod tantũ eum diligere possit, quantum diligibilis est, quia hoc nulli creaturæ possibile est, quia hic dilectio creaturæ finita est, & ipse Deus infinite diligibilis est. Sed sic debet ipsum diligere, vt omne quod in ipso est diligat, quia in ipso nihil est quin sit summe diligibile. Vnde Bern. *Ille Deum toto corde diligit, cui diuina dulcedo, omnes alias dulcedines amaricauit.* Vnde nota quod primo debet Deus diligi extra omnia. Nam omnes creaturæ ostendunt ipsum extra omnia amandũ. Vnde August. *Domine amore percussisti cor meum verbo tuo & amaui te, sed & cælum & terra & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi, vt amen te, nec cessant dicere omnia, vt inexcusabilis sim.* Sed quid est clamor creaturæ, certè viua vox naturæ, qua omnia pulchra Deũ dicũt esse pulcherrimũ, sublimia altissimũ, dulcia dulcissimum. Et sic omnes creaturæ suo modo suũ creatorẽ ostendũt. Quia sicut in patria Deus est speculum in quo relucent creaturæ, sic in via econuerso, creaturæ sunt speculum in quo creator videtur & amatur: iux-

D. Bern.

D. August.

omnem creaturam diligendam secundũ meritum suum, in ipso diligamus. Quia qui aliquid in ipso & propter ipsum non amat, procul ab eius amore exorbitat. Vnde si quis amat aliquam creaturam, illam nõ debet amare totaliter in se, sed debet amare Deum in ipsa, & ipsam in Deo, quia alias talis amor est impedimentum quoddam in diuino amore. Vnde dicit Bern. in libro de amore Dei, *Amari non dignaris Deus, cum aliqua re siue carnali, siue spirituali, siue cœlesti, siue terrestri, quæ non amatur propter te.* D. Bernard.
Vnde omnis creatura debet diligi in Deum & propter Deum, & ipse Deus diligendus est in omni creatura sua, & nihil cum ipso, quod propter ipsum non ametur. Vnde dicit Ansel. in mor. *Rationalis creatura ad hoc facta est, vt summã essentiam amet, super omnia bona, immo vt nihil amet nisi illam, & propter illam, quæ est bona per se; & nihil aliud est bonum, nisi per illam.* Tertio debet diligi ante omnia, vt propter premium non ametur, sed solummodo propter seipsum, quia qui dona Dei plus diligit quàm Deum, iste non sincero amore diligit, & per consequens illius donis non debet esse dignus, quia qui plus diligeret dona mea quã me, illi nunquã aliquid darem. Vnde qui Deũ veraciter amat, debet ipsũ gratis propter seipsum amare, & non propter premium, & hoc est ipsum ante omnia amare. Vnde Augustinus, *Quid est gratis Deum diligere, nisi ipsum velle habere, & non aliud ab ipso quam ipsum? Si aliud quæreret ab ipso, ipsum non amaret.* Vnde nemo debet Deum diligere propter bonũ temporale vel æternum, sed propter ipsum solũ, D. Anselm. D. August.

ipsum possit à Dei amore separare. Isto modo Beatus Paulus Deum dilexit quando dixit, Rom. 8. *Certus sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia,* id est, presentia bona vel mala, *neque futura, neq; fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque aliqua creatura poterit nos separare à charitate Dei.* Ratio huius, quia nullus vult à re dilecta separari nisi propter rem magis dilectam, quia motus maiores expellunt minores. Nunc autẽ summa nobilitas omniũ diligẽdorum est in Deo, in quo sunt perfectiones recollectę omnium bonorum. Et ideo anima quæ in eius amore est radicata & sublimata, non potest ab ipso per aliquod minus bonum separari, quod est infra Deum. Sed omne creatum est infra Deũ: ideo per nullum creatum potest ab eius amore separari. Nam amor Dei fortificat animam aduersus omnia. Quia dicit Beatus August. *Nihil fortius est anima charitate armata.* Alia ratio potest poni illius, quod dicit Apostolus. *Certus sum quod neque mors,* &c. quia quod possit nos separare à charitate, hoc oporteret quod esset fortius vel virtuosius, & sic inferret violentiã; vel delectabilius, & sic alliceret per complacentiam; vel vtilius, & sic traheret propter nostram indigentiam. Nunc autem primo nihil charitate est fortius, quia dicit Hugo, *O charitas quam magnum est vinculum tuum quo etiam Deus ligari potuit.* Et Augustinus. Qui diligit Deũ mori non potest, quia Deum non diligere, hoc solum est mori. Secundo charitate nihil est delectabilius, quia dicit Augustinus. *Dulcius di-*

Rom. 8
D. August.
Rom. 8.
Hugo
D. August.

lectione nihil est. Vnde exclamans dicit, *O iugum sancti amoris quam suauiter capis*, quia in charitate est tanta delectatio, vt Paulus à vita propria, quam tamen omnes cupiunt conseruare, absolui cuperet, vt perfecte possit frui Deo, di-
Philip. 1. cens, *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Recte quidē sicut piscis se leuat super aquam, in qua tamen vita illius consistit, propter dulcedinem solis quem percipit. Tertio nihil charitate vtilius, quia in ipsa habetur omne quod desideratur & quo indigemus. Si enim esurimus, ipse Christus dicit, *Ego sum panis viuus*, Si sitimus, ipse
Ioan. 6
Ioan. 7 ait, *Si quis sitit, veniat & bibat.* quid? certe *aquam viuam*, quia *apud te est fons vitæ*, & sic de aliis. Quia diligentibus se non solum omnia, sed seipsū dat, ergo nihil dilectione vtilius. Sed nota quod
Rom. 8. antequam diceret Apostolus, *Certus sum quod neq; mors*, &c. præmisit, *Quis nos separabit à charitate Christi?* ac si dicere vellet, primo quia *Quis*, est pronomen infinitum. Et ideo etiam si infinita essent, dummodo non esset Deus, non separaret nos à charitate Christi. Et addit secū-
Ibidem do, *nos*, in quo innuitur dilectio proximi, *Nos*, inquam mutua charitate vinctos, nihil creatū omnino separare potest à charitate Christi. Quia dicit Hugo, *Sicut lucifer præcedit solē, sic amor*
Hugo *proximi Dei amorē, quia qui non diligit fratrē quem videt*, &c. Dicit ego, *Quis nos*, quasi diceret. Si primo fuerimus charitate fraterna firmati, *quis nos separabit à charitate Christi*. Ego nō dico à Christo,
1. Ioan. 4 sed à charitate Christi. Quia si fortassis corporalis præsentia Christi nobis possit subtrahi: & à Christo possimus corporaliter, & localiter

sepa-

ſeparari, nõ tamẽ à charitate Chriſti, quia *loca nõ ſoluunt amicitiã*, Ethic. 8. vel à charitate Chriſti quia ſiqua eſſet vel eſſe poſſet charitas ſeu dilectio, quæ non eſſet Chriſti Dei, poſſet deſtrui & diuidi. Sicut patet in dilectione quą tẽporaliter amamus, hoc .n. in tantum diligimus, inquantũ ſolatij vel vtilitatis in eo inuenimus. Vnde his ſublatis, talis amor frequenter tollitur. Et quia nullum temporale eſt perpetuũ, ideò nullum temporale poteſt eſſe cauſa, vt ipſum perpetuò diligamus: quia remota cauſa remouetur effectus. Nõ ſic de amore Chriſti, quia Chriſtus manet in æternum. Quinto Deus debet diligi propter omnia, ita vt homo inuiolabili amore Deum diligat, propter omnia dona ſua, & gratias quas ab ipſo recepit. Non enim dignus eſt donis & gratiis aliquibus, qui ipſum ex hoc non diligit quod recepit. Quamuis enim ei propter dona ſua & gratias æquale reddere non poſſimus, tamẽ non melius illi recompenſam ſui amoris facere poſſumus, quam quod ipſum propter omnia dona ſua & gratias, ex toto corde diligamus, nam etiam aliud à nobis non requirit. Vnde dicit Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima. D. Auguſt.
Miſer ego, quomodò non deberem diligere Deum meum, qui me fecit, cum non eram; redemit cum perieram, & de nihilo fecit me, non lapidem, non auem, non arborem, nec aliquod de animalibus, ſed hominem me voluit eſſe. Dedit mihi viuere, ſentire, diſcernere: perieram, & me quæſiuit, ad mortalem deſcendit & mortalitatem ſuſcepit, ſuſtinuit paßionem, mortem vicit, redemit me, & tamen me dilexit, vt ſanguinem ſuum funderet pro me. poſtea dicit: *Hac*

 & mul-

& multa alia fecit Deus mihi, de quibus erit mihi dulce sẽper cogitare, semper gratias agere, vt pro omnibus beneficiis suis, possim eum semper laudare & amare, ac per omnia diligere, & magnificare dicendo cum Propheta,
Psal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*

Secundum quod est diligendum debet homo in Deum diligere, scilicet, parentes & seipsum. Videmus enim ad sensum quod ædificium si non habet solidum fundamentum, cito corruit, ita dilectio parentum & sui ipsius, nisi sit ordinata in Deo, non est meritoria, nec Deo multum accepta. Est quidem bona, quia diuinis præceptis non est cõtraria, nam creata est ex principiis naturæ, & cuilibet creaturæ non solum rationali, verum etiam irrationali est innata, & propter hoc non est meritoria, quia naturalia non sunt meritoria nec demeritoria, nisi gratia informentur. Et ideo amor iste quo homo diligit se, & parẽtes suos, si est pure naturalis, non est meritorius, nisi modũ naturæ excedat, & diuino amore tẽperetur, immo qui se vel parẽtes suos plus quã Deũ diligeret, mortaliter peccaret: quia nulla creatura preponẽda est amori diuino, non ideo, quia homo diligit, sed quia plus quã debet
Matth. 10. diligit. Vnde dicit Saluator, *Qui diligit patrẽ vel matrẽ plusquã me, non est me dignus.* Vnde Deus est per omnia amandus, & omnis creatura in numero, pondere, & mensura est amanda. Et
Matth. 22. ideo Saluator dicit, Math. 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua.* Tunc enim homo diligit Deũ

ex toto corde suo, quando hęc omnia in Deũ refert sicut in finem. Qui autem totam vitam in Deum ordinat, ipsum ex toto corde diligit. Tunc etiam homo ex tota anima diligit Deũ, quando omnia quæ amat, in Deo amat, & omnẽ affectionem suam in dilectionem Dei refert. Et tunc etiam homo Deum ex tota mente diligit, quando totã intentionẽ suam & memoriam ponit in Dei amorem, vt eius dilectionis nunquam obliuiscatur. Tunc etiam homo diligit ex tota fortitudine, quando omnia exercitia sua, verba & opera, ex diuina dilectione deriuantur, & quando sic radicantur & fundantur in charitate, vt nulla creatura ipsum possit impedire in eius dilectione, nec pater vel mater, quos tamen debet diligere in Deo, non tamen supra Deum. Quod est contra illos qui propter amorem carnaliũ parentum, omittunt facere pœnitentiam, vel intrare religionẽ. Contra quos Beatus Ber. introducit iuuenem parentibus suis sic loquentem, *Non sufficit vobis parentibus meis, quod me miserũ in hanc vitam miseram induxistis, quod me in peccato vestro peccatorem genuistis, quod me in peccato nutriuistis, nisi etiam inuidendo misericordiã quã consecutus sum ab eo qui non vult mortem peccatoris, me gehennæ filium faciatis.* D. Bern.

Tertium quod diligendum est, debet homo ex Deo diligere, scilicet, suum amicum. Videmus enim ad sensum quod vbi est pons vel transitus aliquis arctus vel periculosus, per aquam aliquam, quod ibi aliquod lignum vel hasta pro tenaculo vel sustentaculo ponitur, ne

& multa alia fecit Deus mihi, de quibus erit mihi dulce sẽper cogitare, semper gratias agere, vt pro omnibus beneficiis suis, possim eum semper laudare & amare, ac per omnia diligere, & magnificare dicendo cum Propheta,
Psal. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*

Secundum quod est diligendum debet homo in Deum diligere, scilicet, parentes & seipsum. Videmus enim ad sensum quod ædificium si non habet solidum fundamentum, cito corruit, ita dilectio parentum & sui ipsius, nisi sit ordinata in Deo, non est meritoria, nec Deo multum accepta. Est quidem bona, quia diuinis præceptis non est cõtraria, nam creata est ex principiis naturæ, & cuilibet creaturæ non solum rationali, verum etiam irrationali est innata, & propter hoc non est meritoria, quia naturalia non sunt meritoria nec demeritoria, nisi gratia informentur. Et ideo amor iste quo homo diligit se, & parẽtes suos, si est pure naturalis, non est meritorius, nisi modũ naturæ excedat, & diuino amore tẽperetur, immo qui se vel parẽtes suos plus quã Deũ diligeret, mortaliter peccaret: quia nulla creatura prẽponẽda est amori diuino, non ideo, quia homo diligit, sed quia plus quã debet
Matth. 10. diligit. Vnde dicit Saluator, *Qui diligit patrẽ vel matrẽ plusquã me, non est me dignus.* Vnde Deus est per omnia amandus, & omnis creatura in numero, pondere, & mensura est amanda. Et
Matth. 22 ideo Saluator dicit, Math. 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua.* Tunc enim homo diligit Deũ

ex

ex toto corde suo, quando hęc omnia in Deũ refert sicut in finem. Qui autem totam vitam in Deum ordinat, ipsum ex toto corde diligit. Tunc etiam homo ex tota anima diligit Deũ, quando omnia quæ amat, in Deo amat, & omnẽ affectionem suam in dilectionem Dei refert. Et tunc etiam homo Deum ex tota mente diligit, quando totã intentionẽ suam & memoriam ponit in Dei amorem, vt eius dilectionis nunquam obliuiscatur. Tunc etiam homo diligit ex tota fortitudine, quando omnia exercitia sua, verba & opera, ex diuina dilectione deriuantur, & quando sic radicantur & fundantur in charitate, vt nulla creatura ipsum possit impedire in eius dilectione, nec pater vel mater, quos tamen debet diligere in Deo, non tamen supra Deum. Quod est contra illos qui propter amorem carnaliũ parentum, omittunt facere pœnitentiam, vel intrare religionẽ. Contra quos Beatus Ber. introducit iuuenem parentibus suis sic loquentem, *Non sufficit vobis parentibus meis, quod me miserũ in hanc vitam miseram induxistis, quod me in peccato vestro peccatorem genuistis, quod me in peccato nutriuistis, nisi etiam inuidendo misericordiã quã consecutus sum ab eo qui non vult mortem peccatoris, me gehennæ filium faciatis.* D. Bern.

Tertium quod diligendum est, debet homo ex Deo diligere, scilicet, suum amicum. Videmus enim ad sensum quod vbi est pons vel transitus aliquis arctus vel periculosus, per aquam aliquam, quod ibi aliquod lignum vel hasta pro tenaculo vel sustentaculo ponitur, ne

ne transiens in aquam cadat. Sic ista dilectio socialis, quæ est ad amicum, est ex Deo ordinanda, ne deficiat vel desinat esse socialis, & carnalis. Vnde Bernardus, *Summopere caueas ne dilectio socialis fiat carnalis*, quia certe nisi spirituali amore scilicet charitate informetur, cito vertitur in dilectionem carnalem. Nam multi etiam homines casum faciunt, quem sæpius ab ista dilectione habent, qui hanc socialem dilectionem primo spiritualiter incipiunt, & demum cum carnali amore cõsummant. De hac sociali dilectione legitur in libro 1. Reg.
1. Reg. 18 *Quod Ionathas dilexit Dauid quasi animam suam.* Diligenter ergo considerandum est quod hæc dilectio procedat à radice charitatis & gratiæ, ne certe habeat ortum à bonis naturæ, vt à pulchritudine vel naturali gratia, vt à bonis fortunæ, vt à diuitiis, sed magis à bonis gratię, vt ideo quis diligatur quia amicus Dei speratur esse, & hoc est testimonium veri amoris, Quia qui aliquid propter bonum naturę, vel fortunæ diligit, talis quia cito natura vel fortuna se vertit, à dilectione cadit, quia amicũ suum, non vt amicum dilexit, sed magis speciem in eo dilexit. Vnde versus, *Tempore fœlici multi numerantur amici.* Vnde nota dilectionis multiplicem gradum. Vna est dilectio carnalis, qua diligitur mundus & mundialia, & hæc
D. Bern inficit, secundum Bern. *Sicut diligere Deum est initium omnis perfectionis, ita diligere mundum est fons & origo omnis vitij & vanitatis.* Ideo hanc prohibet
1. Ioan. 2 Ioannes in canonica sua dicens, *Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt.* Alia est socialis,

Iis, qua diliguntur amici & familiares, de qua dictum est, *quod Ionathas dilexit Dauid quasi animam suam*. Tertia est naturalis, qua diliguntur parentes, vt dictum est. Secundum quam etiam Tobias monuit filium diligere parentes & notos. Potest etiam dici naturalis dilectio, qua omnia coniunguntur & connectuntur, quo amore vniuntur elementa & omnia naturalia. Cuius exemplum videmus in corpore naturali, in quo omnia membra sunt isto amore adeo vnita & constricta, vt si vnum membrũ incidatur, totum corpus cõcutiatur. Os enim clamat, oculi lachrymantur; iuxta quod ait Apostolus. 1. Corint. 12. *Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra*. Sed ista dilectio non est laudabilis, nec vituperabilis, quia *ex his quæ insunt à natura, non laudamur nec vituperamur*, vt dicitur Ethic. 8. sed tantum de his quæ ex voluntate procedunt. Sicut exemplum ponit Philosophus, *Si quis cæcus nascitur, & alius ex ebrietate perdit visum, primus non vituperatur, sed alius vituperatur quia voluntarie hoc malum incurrit*. Vnde patet, quod istæ dilectiones ad alterum, voluntate & gratia sunt ordinandę.

1. Reg 18

Tob. 3

1. Cor. 12

Quartum quod est diligendum, hoc debet homo diligere propter Deum, scilicet, inimicum. Videmus ad sensum quod multi qui seruiunt principi, nituntur aliquod speciale & arduum facere, vt domino suo prę ceteris placeant. Modo nullum seruitium nec aliqua dilectio est, per quã magis probari potest dilectio Dei, quàm per dilectionem inimici, quia nullum ortũ habet à natura, sed solũ à gratia.

Hæc

Hæc enim dilectio, qua homo diligit se, parentes, & amicos, à cursu naturæ homini inseritur. Sed hæc qua homo diligit inimicum qui ipsum odit, inseritur homini à Deo supernaturaliter, quia nemo diligit inimicum ex natura, & ideo etiam talis dilectio maxime meritoria est, vt verissimum testimoniũ perfecti amoris, & signum beatitudinis conse-
Matth. 5 quendæ. Et ideo dicit Saluator, *Estote perfecti sicut & pater vester perfectus est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos.* Ac si dicere vellet, non solũ
Ibidem debetis benefacere amicis, sed etiam inimicis propter Deum. Et iterum, *Benefacite his qui oderunt vos,* quia hæc dilectio in solis perfectis inuenitur. Alia autem, scilicet, amicorum, quasi omnibus communis est, non solum Christianis, sed etiam Paganis & Iudęis, & ideo etiam modici meriti est apud Deum, respectu huius dilectionis. Et ideo dicit Saluator, Lucæ 6.
Luc. 6 *Si diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis?* Et nota quod quamuis humanum iudiciũ sæpe fallat, & solius Dei sit iudicare de futuris & de occultis, quia ipse solus noscit occulta cordium; tamẽ sunt tria signa notabilia, per quæ probari potest quod homo sit filius æternæ beatitudinis, Primum est si homo à Deo castigatur, ita quod opera bona incessanter facit, & voluntatem Dei implet, & tamen à Deo castigatur & diuersis tribulationibus punitur. Nam hoc consueuit Deus ab initio facere suis electis, sicut patet in Beato Iob, & in Beato Petro & Paulo, maxime in eius dilectis-
Luce. 2. sima matre, quia de ea dicitur, *Tuam ipsius animã per-*

pertransibit gladius. Et ideo verissimũ signum est saluationis, quia dicitur Sap. 3. *In paucis vexati, in multis bene disponentur.* Secundũ est quod homo multum in virtutibus delectatur, ita vt sibi propter virtutis delectationem, peccatum fiat adeo abominabile, vt sibi quemdam horrorem & nauseam inferat, secundum illud Psalmi, *Iniquitatem odio habui & abominatus sum.* Vnde hoc magnum signum est, quod homo est filius æternæ beatitudinis, Quia dicit Anselmus, *Beata delectatio est, esse in virtutibus.* Tertium est, quando homo de bono omni delectatur, ita quod diligit bonum in omnibus, & de omni bono gaudet, & de omni malo dolet, & turbatur, non solum amicorũ, sed etiam inimicorum. Hoc enim optimum est signum, quia talis hominis cor est Angelicum, immo diuinum, & Deo simile, *qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, &c.*

Sap. 3 | Psal. 118 | B. Anselm | Luc. 6.

Dominica secunda post Pentecosten.

SERMO XXXVII.

TRanslati sumus de morte ad vitam. 1. Ioan. 3. Videmus ad sensum quod quando aliqui euaserunt mortem qui fuerunt in bello fortissimo, vbi multi fuerunt mortui, ad suos dilectos veniunt, & dicunt eis quod mortẽ misericorditer euaserunt. Sic Beatus Ioannes sciens se & suos condiscipulos per Christi mortem æternam euasisse, vt nos ad Christũ diligen-

1. Ioan.

diligendum inducat, dicit, *Translati sumus de morte ad vitam.* Circa quod verbum est sciendum, quod quadruplex est mors.

Prima est naturæ, Videmus enim ad sensũ quod quando homo senescit, calor naturalis deficit, & consumitur in eo humidum naturale, & sic debilitatur in tantum vt tandẽ moriatur. Et hoc nobis prouenit à primis parentibus, quia si non peccassent cum tota sua posteritate, transissent de vita naturali vel corporali ad vitam spiritualem, quando Deo placuisset. Sed quia transgressus fuit diuinũ præceptum, ideo seipsum primo morti obligauit, & per consequens totam posteritatem suam: quia principio corrupto, & principiata corrumpuntur. Videmus enim quando arbor moritur in radice, moriuntur per consequẽs rami arboris, qui principium habẽt à radice, Sic primus homo primo mortuus est per peccatum, & per consequens mortem transmisit in omnem posteritatem suam. Ideo dicit Apostolus, 1. Corint. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Et idem, *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt.* Vnde hæc mors vocatur naturalis, quia omnes naturam habentes hanc subeunt. Ideo etiam videmus, quod puer statim quãdo nascitur, vocem doloris emittit quasi iam mortem sentiat. Vnde Eccl. 14. *Benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer; memor esto quoniam mors non tardabit.* Est autẽ sciendũ, quod ista mors est primo generaliter, quia omnes sunt sub eius dominio, & recepturi sunt

1. Cor. 15.
Rom. 5.
Eccl. 14.

sunt æqualiter sententiam sui iudicij, & ideo non parcit alicui, propter suam nobilitatem: iuxta illud Eccles. *Hodie rex est & cras morietur.* Eccl. 10
Nec propter suam sapientiam, quia dicitur Eccl. *Moritur doctus pariter & indoctus.* Nec propter Eccl. 2
diuitias, iuxta illud Lucæ 16. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.* Et ibidem diuiti auaro di- Luc. 16.
ctum est, *Stulte hac nocte morieris.* Secundo ista Luc. 12
mors est terribilis propter horribilem visionem dæmonum, qui expectant separationem animæ à corpore. Vnde dicitur Iob 16. *Hostis* Iob. 16
meus terribilibus occultis intuitus est me. Si enim Christo in cruce pendenti affuit, qui nunquã peccauit, vt videret si aliquid reprehensibile inueniret: non dubium quin in morte cuiuslibet peccatoris assit, qui tot peccata commisit. Tertio est terribilis propter denudationẽ nostrorum operũ. Tunc enim anima videt quæcũque fecit siue bona siue mala. Et tũc dicent peccata homini, vt dicit Ber. *Tu nos egisti, opera tua* D. Bern.
sumus, non te deseremus, tecum erimus, tecũ pergemus ad iudicium. Quarto etiam est terribilis propter dissolutionem omnium membrorum. Oculi enim vertuntur in capite, venæ rumpuntur in corpore, & ipsum cor concrepat in dolore, & sic anima separatur ab omnibus membris. Vnde dicit Eccles. 5. *Non est in hominis ditione co-* Eccles. 5
bibere spiritum suum in exitu suo, nec sinitur quiescere ingruente bello. Magnũ enim fit bellũ inter mortẽ & naturalẽ cõplexionẽ. Quinto est terribilis, quia anima sic expellitur, quod amplius ad corpus non reuertetur, vt in ipso mereri possit. Iuxta illud Sapien. 2. *Non est reuersio finis nostri.*

 O ho-

O homo quare ergo nõ disponis te omni hora ad mortẽ, quia de necessitate es moriturus, quia amplius non redibis ad illũ statũ, in quo
Iob 16. nunc es, iuxta illud Iob 16. *Viam per quam non reuertar, ambulo*: quasi diceret, Nunc ambulo per viam merendi ad quam amplius non redibo.

Secunda mors est mors culpæ, scilicet, quãdo homo est in mortalibus peccatis, quia tũc moritur spiritualiter coram Deo, quia sicut mors occidit corpus, sic peccatum animam.
Ioan. 8. Et ideo dicit Saluator, Ioan. 8. *In peccato vestro*
Ezech. 18. *moriemini*, Et Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur*. Videmus enim ad sensum quod mors corpus facit frigidum & ponderosũ. Sic mortale peccatum facit animam frigidam & ponderosam, ad omne opus bonum: Quia secun-
D. Greg. dum Gregorium, *si mox non diluitur peccatum, suo pondere ad aliud trahit*. Imo trahit ad profundum
D. Hieron. inferni, quia dicit Hieronymus, *quod omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandũ est*. Ideo notandum quod sicut sex conditiones requiruntur ad mortem corporis, sic sex ad mortẽ animæ. Qui enim moritur corporaliter, primo distemperatur, secundo infirmatur, tertio moritur, quarto exportatur, quinto sepelitur, sexto duro lapide clauditur: sic homo primo distẽperatur in cogitatione, secundo infirmatur in delectatione, sed adhuc non est peccatum mortale; tertio moritur in consensu, quarto exportatur in operatione, quinto sepelitur in consuetudine, sexto durissimo lapide clauditur in obduratione, & tunc mors spiritualis est consummata. Sed potest aliquis quære-

quærere, vtrum talis homo possit redire ad vitam. Respódeo, quod adhuc talis homo potest reuiuiscere spiritualiter, quia manet adhuc liberum arbitrium, & etiã diuina misericordia quæ est infinita. Et ideo Deus per suã misericordiam, potest tali conferre motum in Deum, & in detestationem criminis. Vnde quamdiu manet homo in hac vita, sperandũ est de eius conuersione, quia licet homo qui est in mortalibus peccatis, iam sit mortuus quantum ad diuinam iustitiam, tamen adhuc potest reuiuiscere quantum ad diuinam misericordiam. Et ideo sciendum, quod quicunq; homo, qui est in peccatis mortalibus, & vult Deum orare vt ei dimittat peccata sua, debet ipsum primo admonere de sua misericordia & bonitate, & postea ei defectum suũ cõqueri, & tũc veniã de peccatis suis petere. Ecce homo, Deus naturaliter in se & in omnibus creaturis suis est misericors, & ideo qui petit ab eo contritionem, nunquam dimittit eum mori sine contritione. Cuilibet enim creaturę est aliquid proprium, vt igni est proprium calefacere, & soli, lucere, sed misericordem esse est proprium creatori omnis creaturæ. Iuxta illud Sapien. *Misereris omnium & nihil odisti eorum quæ fecisti*. Sed nulla creatura est quin in sua proprietate posset impediri, vt oculus in videndo, auris in audiẽdo, quę eis sunt propria, & sic de ceteris. Sed ipse summus Deus in sua misericordia, quæ est ipsi propria, & essentialis, non potest impediri, & ideo nihil adeo cogit Deum, sicut eius infinita misericordia. Ipse Sap. 11.

enim est misericors in cęlo, in homine, in Angelo, in purgatorio, in inferno. Et ideo quicũque, qui mortuus est in peccatis mortalibus, & cupit reuiuiscere, debet dicere illud Psal. *Reminiscere miserationũ tuarũ Domine & misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt*: quasi diceret, O misericordissime Deus, reminiscere misericordiæ tuæ, quæ infinita & æterna est, & obliuiscere peccatũ meum quod multiplex est. Ita debet quilibet dicere, qui se scit in mortalibus peccatis, quæ mortificant animam quantum ad diuinam gratiam. Sed posset aliquis dicere, Dominus peccatores nõ exaudit, quid ergo valet deprecatio illius, qui est in mortalibus peccatis? Respondeo quod hoc non est verum simpliciter, sed Deus semper exaudit cor pœnitens & humile, quod ipsum in peccatis inuocat. Vnde dicit Augustinus. Si Deus peccatores non exaudiret, frustra publicanus ille dixisset, *Deus propitius esto mihi peccatori*, & ille tamen exauditus erat. Vnde nota quod Deus aliquando exaudit preces, aliquando non. Quia si homo est in peccatis mortalibus & petit à Deo regnum suum, non dat sibi illud. Sed si dicit, O pie Deus, ego peccator peccaui in cælũ & corã te, vel oculis tuis, iã recognosco quod grauiter te offendi meis grauissimis peccatis, fac mecũ hodie misericordiã tuam, & da mihi veram contritionem de peccatis meis. Si sic instanter petit, sine dubio Deus exaudiet eum. Et quando iam liber est à peccatis suis, tunc petat ab eo regnum suum & dabit ei. Vnde legitur de quodam sacerdote in

Psal. 24

D. August.

in Burgundia qui legit Missam & in Euangelio istud verbũ Saluatoris, *Petite & accipietis*, hoc audiens quidam miles litteratus, clamauit voce magna dicens: Non est ita, sicut vos dicitis, sed mendacium, quia in quartana diu fui, & petiui Deum vt curaret me, & non fecit: si non iuuassent me medicinę plus quam Deus, mortuus essem. Et statim hoc verbo dicto ignis infernalis consumpsit eum, & audita est vox dicens: *Si petiuisset salutem animæ suæ, Deus vtique in corpore & in anima saluasset eum.*

Tertia mors est mors gratiæ, qua homo spiritualiter moritur mundo, & viuit Christo. De qua morte dicit Apostolus, Colos. 3. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Videmus enim ad sensum quod homo ex abundantia innaturalis caloris frequenter moritur corporaliter. Cõsimiliter homo moritur mundo spiritualiter ex abundantia ignei amoris, tanquã supernaturalis caloris, & ideo dicitur in Cant. *Fortis est vt mors dilectio.* Vnde notandum quod sicut videmus in processu corporalis mortis, sic in ista spirituali morte quæ fit per gratiam. Primo enim amor vel dilectio hominem distemperat, quia facit hominem dolere quod Deum offendit peccatis suis. Secundo hominem in lecto deiicit per desiderij recognitionẽ. Quanto enim homo incipit gustare magis quam suauis est Dominus: tanto magis in diuino desiderio inardescit, iuxta illud Eccl. *Qui me edunt adhuc esurient.* Tertio introducit in anima pallorem propter desiderij contemplationẽ, quia pallet omnis

Colos. 3.

Cant. 8.

Eccles. 24.

 amans,

amans: nam iste color congruit animę Deum valde diligenti vel desiderāti: vnde ex nimia
Cant. 5 prętolatione dicit anima vel sponsa in Cant. *Nuntiate dilecto quia amore langueo*. Quarto tollit appetitum terrenorum propter æternorum appetitionem, quia *gustato spiritu, desipit omnis caro*, secundum Grego. Quinto animam sua virtute naturali priuat per nouæ vitæ renouatio-
Galat. 2 nem, vt dicat cum Apostolo, *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus*. Sexto priuat animā sensibus suis propter exteriorum angustiarū
1. Cor. 13. perpessionem. Vnde dicit Apostolus, *Charitas omnia suffert, non irascitur, non agit perperam*. Septimo cor frangit per alieni amoris subtractionem, Vnde dicit Grego. *Diuinus amor quem semel ceperit, à dilectione mundi totaliter occidit*. Octauo spiritum egredi facit per cęlestium contemplationem. Sic Paulus qui totus in amore Christi æstuabat, *raptus fuit in tertium cœlum, vbi vidit arcana quæ*
D. Greg. *non licet homini loqui*. Nono sepelit animam per veram cordis pacificationem & quietationē.
Idem. Vnde Gregorius, *Charitas sancta cor pacificat, mentem in tentationibus corroborat, & vt sedes sapientiæ sit anima iusti, quietem tribuit & locum præparat*. Hæc autem mors spiritualis, dulcis & delectabilis est, qua homo moritur huic mundo & viuit
Isidor. Deo. De quo dicit Isidorus, *Moriatur homo in carne mundo, ne moriatur in anima Christo*. Nam tunc viuere dicitur quisque, quando secundum sęculum moritur & in solo Deo viuere delectatur. Hac vita nihil iocundius & delectabilius nihilque appetibilius: nihil autem terribilius quam mundo viuere, quia mundo viuere, ni-

hil

hil aliud est quam mori animæ, quia dicit Augustinus, *Omnia propter seipsum operatus est Deus, & ideo quando sine ipso viuimus, tunc in nobis deficimus, sed in ipso viuere est æternaliter viuere.* D. August.

Vnde notandum est quod viuentium quidã viuunt sine Deo, vt illi qui viuunt sine diuino amore, & sunt in mortalibus peccatis. Vnde statim quando homo peccat mortaliter, est extra charitatem, quia qui Deum ex vera charitate diligit, libentius vellet multoties mori, quam ipsum semel vno mortali offendere. Alij viuunt cum Christo qui ipsum diligunt, sed tamen sunt occupati cum istis terrenis. Isti Deum sic habent præ oculis, vt studeant se abstinere ab omni eo quod potest eos auertere per peccatum mortale. Sed hi non perfecte Deo viuunt, sed cum Deo viuunt, quia non solum Deo, sed etiam aliis cum Deo intendunt. Et quia cum alıis sic se occupãt, ideo in amore eius adhuc sunt imperfecti, & ideo dicit Gregorius, *Huius mundi occupationes fugite, quia quanto quisque in eis proficit, tanto amplius in amore Dei decrescit.* Alij viuunt in Deo, vt illi qui omnia quasi nihil spernunt propter ipsum, vt eum solum diligere possint: iuxta illud Cant. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Hæc est solum vita beata & prægustatiua æternæ vitæ, & beatitudinis, quia dicit Saluator, *Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum,* quia ex diuina cognitione procedit amor noster, qui nostram salutem operatur, & ducit nos ad summum bonum, in quo nostra D. Gregor. Cant. 8 Ioan. 17.

consistit beatitudo. Ideo quanto magis Deum cognoscimus, tanto magis amamus, & ideo dicit Bernar, *Vis scire quare Deum ardenter non diligis, quia ipsum non cognoscis, & quia ineffabilem pietatem, quā tibi nocte & die ostendit, non recognoscis.* Quanto ergo in cognitione bonitatis eius ascendis, tanto in amore eius inardescis.

Quarta mors est mors æternæ pœnæ. Videmus enim ad sensum quod mors temporalis est terribilissimum omnium quæ sunt in ista vita: sic mors æterna est grauissima omnium pœnarum & interminabilis, quia sẽper moriuntur, & tamen nunquā consumuntur; nam semper quasi nouam mortem inueniūt, semper enim morientur in corpore & anima, & tamen illa mors nunquā habebit finem. Vnde mors æterna similis est vmbrę, quæ sicut habet similitudinem cum illo à quo est: sic mors æterna habet similitudinem cum morte temporali. Quia sicut illa est terribilissimum omnium in hac vita, sic mors æterna est terribilissimum omnium quæ vmquā cogitari possunt. Differunt tamen in hoc, quod illi qui moriuntur temporaliter, vltra non sentiunt aliquam læsionẽ in corpore, sed isti qui moriuntur æterna morte, sine fine, sentiunt pœnas: bene enim esset damnatis si mori possẽt, quia de amissione gloriæ non dolerent, & ideo
Apocal. 9 Apoc. 9. *Desiderabunt homines mortem & fugiet mors ab eis.* Et ideo illud, charissimi, considerate, & sic vitā vestram ordinate, ne veniatis ad istā mortem, & pœnam quæ nunquam habebit finem, vbi nulla erit consolatio. Omnis enim pœna

pœna quam patiuntur homines in iſta vita, interdum habet interpolationem vel releuationem per medicinā vel conſolationē per amicos: ſed pœna dānatorū nullā habet interpolationē vel conſolationē. Itē in purgatorio animæ ardētes habēt releuationem per orationes ſanctorū in cælo, per ſuffragia beatorū in terra: ſed in inferno nulla penitus eſt redemptio vel releuatio. Vnde Iere. 15. *Quis miſerebitur tibi aut quis contriſtabitur pro te, aut quis rogabit pro pace tua, quia dereliquiſti me? ait Dominus.* quaſi diceret, nullus, & ſic nullam habebunt releuationem. Quia omne quod eſt ad vindictam creatum, vt ignis, grando, tonitruum, beſtiæ, vermes, ſerpentes, gladius, fames, ſitis, mors parū vel nihil eſſet reſpectu iſtius pœnæ. Vnde dicit quędam gloſſa ſuper Eccleſiaſt. quod *omnis pœna temporalis, quaſi vmbra vel pictura ignis eſt ad ipſū ignem infernalē.* Et ideo quoddam dico verbum, quod eſt terribile omnibus ad audiendum, quod damnati in inferno nunquam de cetero ita bene habebunt, quamdiu regnum Dei & cælum ſtabit, cuius nunquam erit finis, ſicut tunc habuerunt, quando amara mors animas eorum ſeparauit à corporibus ſuis, & ſi talem pœnam poſſent habere, hoc eſſet maius gaudium quod deinceps vmquā poſſent habere. Et ideo dicit Auguſtinus, *Nulla maior & peior mors quam vbi non moritur mors.* Vnde nota quod qui vult hanc mortem vitare, debet in ſe quatuor habere in hac vita. Primo debet eſſe timoroſus, quia timor eſt quaſi frænū retrahēs animam à peccato. Et ideo dicitur, Prou. 14.

Ierem. 15.

D. Auguſt.

Prou. 14

Prou. 14. *Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.* Vnde quamdiu sumus in hac vita, oportet nos semper timere. Sumus enim in hoc mundo quasi nauis parua in medio maris. Est enim mundus iste tanquam mare, in quo natat corpus nostrum tanquam nauicula, & in hac nauicula est anima nostra. Vnde dicit Plato, *quod anima nostra est in corpore nostro sicut nauta in naui.* In mari autem huius mundi flant venti diuersorum peccatorum & scopuli vel procellæ diuersarum tentationum, & nauicula corporis nostri ex facili vacillat, quia caro de facili inclinatur ad peccatũ, & ideo semper debemus timere, ne mare huius mundi nauiculam corporis nostri subuertat, & animam in profundum inferni demergat. Et ideo ex quo nauicula ista est in periculo, ideo oportet quod habeat bonam anchoram, & fortem cordã quæ teneat eam in securitate. Anchora ista est timor Domini, corda vero perseuerantia in bono, quæ tenet nauiculam corporis nostri in bono statu, quia sine timore & perseuerantia cito subuertitur à tentationibus & peccatis, iuxta illud Eccles. 27. *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.* Secundo debet esse bellicosus. Oportet enim quod homo sit bellicosus & fortis ad resistendũ peccatis, quia quanto peior est malitia & finis alicuius actus, tanto fortius debet homo repugnare rebus ad illum malum finem ordinantibus. Sed modo certum est, quod vltimus finis carnalis delectationis & mortalis peccati est mors æterna, & non peior finis quam iste.

Plato in Phędro.

Eccl. 27.

Et

Et ideo maxime debet homo resistere peccatis,& tentationibus quæ ducunt hominem ad istum finem. Et ideo dicitur Apoc.2. *Qui vicerit non lædetur à morte secunda*, hoc est à morte æterna, *qui non est scriptus in libro vitæ*. Vnde quantumcunque aduersarij nostri sint fortes, tamen cum diuino adiutorio possumus illos deuincere & debellare, iuxta illud Eccl. 17. *Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & vestiuit eum virtute*. Et ideo sicut virtus in vno modico lapide facit ipsũ præualere multis lapidibus, sic virtus quã creauit Deus in vno homine cum sua gratia facit ipsum vincere fortitudinem omniũ malorum spirituum. Tertio debet esse pœnitentiosus, quia vera pœnitentia facit euadere mortem æternam, iuxta illud Lucę 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, simul omnes peribitis*. Ipsa enim pœnitentia custodit hominem ad modum lilij, quod crescit inter spinas. Quia sicut spinę quibus clauditur lilium, prohibent ne lilium tangatur, sic spinæ pœnitentiæ prohibẽt, ne anima tangatur per consensum à tentatione diaboli. Item pœnitentia custodit animã ad modum auiculæ. Auicula enim se inter spinas ponit, vt accipitrem possit euadere: sic spinæ pœnitentiæ custodiunt animam ab vnguibus maligni spiritus. Quarto debet esse erga pauperes virtuosus, in eleemosynã largiendo, quia talis virtus multũ efficax est, quia diluit peccata, & eruit à morte æterna. Iuxta illud Tobię, *Eleemosyna à peccato & morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras*. Vnde non solum liberat

Apoc. 2.

Eccli. 17.

Lucæ 13

Tob. 4.

berat animam de inferno, verũ etiam à purgatorio, & ideo debet fieri in vita, quia eleemosyna, quæ fit in vita, melior est quam quæ fit post mortem. Hæc enim custodit animam, ne ab igne purgatorij comburatur. Sed alia bene adiuuat, vt eo citius eripiatur. Melius autem est omnino non comburi, quam post combustionem ab igne liberari, &c.

Dominica III. post Pentecosten.

SERMO XXXVIII.

1.Pet.5 *Sobrij estote, & vigilate* 1.Pet.5. Quando aliqui sunt obsessi ab aduersariis, tunc soliciti vigilãt, ne damnũ patiãtur. Cõsimiliter Beatus Petrus sciens quod aduersarius noster Diabolus nos obsidet & circuit, quærẽs quẽ deuoret idcirco ad vigilandum nos admonet dicens: *Sobrij estote, & vigilate*, Circa quod verbum ad nostrã doctrinam est sciendũ, quod quatuor modis debemus spiritualiter vigilare.

Primo in reatuum nostrorum recognitione, vt sic amplius desistamus peccare. Videmus enim ad sensum quod procurator alicuius Domini, quando habet Domino computare; tunc multum est sollicitus, & vigilat cogitando, quomodo suum computum ordinate faciat. Sic nos debemus vigilare recognoscendo peccata nostra per verã contritionem, confessionem, & satisfactionem. Et hæc recognitio est multum efficax, quia retrahit hominem à casu peccatorum, & facit Deum homini

homini cito propitium, sicut patuit in publicano, qui statim vt recognouit peccata sua, fuit à Deo iustificatus, vt dicit Gregorius in Homilia, *Publicanus qui reatum suæ nequitiæ recognouit, etsi iniustus ad templum venit, iustificatus tamen à templo rediit.* Et ideo debemus vigilare in peccatorũ nostrorũ sedula recognitione, & hoc est initium totius salutis nostrę, nam per talẽ recognitionem à Deo iustificamur, & vltra peccare desistimus, & ideo dicit Apostolus, 2. Corint. 15. *Euigilate iusti & nolite peccare*, quasi dicere vellet, Vos qui iustificari vultis à peccatis, vos inquam vigilare debetis à somno ignorantiæ, & cęcitatis, ad recognitionẽ peccatorum vestrorum: & sic vltra potestis vos cauere à peccatis. Vnde nota quod ex recognitione peccatorum prouenit homini quadruplex vtilitas. Prima est dolor, quod Deum offendit, quia si veram recognitionem habes de peccatis, sine dubio doles de hoc quod Deum offendisti, & ideo non debet te præterire aliqua dies, quin semel aliqua hora doleas ex offensa. Iuxta illud Psalmi. *Ponam dolorem in cor de meo per diem*, id est, quolibet die. Causa enim motiua huius doloris debet esse nimia insecuritas status nostri. Quomodo enim peccator possit esse securus, qui iam in foribus est inferni, quia inter peccatorem & infernum non est nisi quidam fragilissimus paries positus, qui est incertissima vita: & quando hic frangitur à morte, statim peccator cadit in profundum inferni. Et ideo propter istam insecuritatem debet peccator omni die dolere

D. Gregor.
2. Cor. 13.
Psal. 12.

dolere de peccatis suis. Quia sicut odor pretiosi vnguenti reficit & confortat cor, sic dolor peccatorum facit hominem securũ; quia per talem dolorem acquirit diuinã amicitiã.
Ezech. 33 Quia *quoties ingemiscit peccator, iniquitatum suarum non recordabor amplius, dicit Dominus.* Secunda vtilitas est pudor vitiorum. Iste pudor multum est vtilis peccatori, facit enim confusionem, quia ita viliter fuit subditus diabolo tam vilissimæ creaturę, quæ abominabilis est Deo & sanctis Angelis eius. Vnde recte cum Propheta dicere possit, *Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ, cooperuit me.* Causa motiua huius verecundiæ debet esse ista, quod peccator abominabilis est omni creaturę, quæ ipsũ abominatur tanquam fecem diuinorum operum, & tanquam indignum vita & consortio creaturarum. Ecce creaturæ adeo abominantur peccatorem, vt nisi ipsum diuina misericordia præseruaret, vtique terra non sustineret eum, sol subtraheret illi splendorem suum; imo proprię vestes corroderent carnẽ eius, & sic facerent ceteræ creaturæ illi à Deo ad consolationẽ datæ. Vnde in nouissimo die quando subtrahetur à peccatore diuin amisericordia, Deus *armabit creaturam aduersus insensatos,* vt dicitur Sapient. 5. Et ideo quilibet deberet esse pudorosus, quando est in mortalibus peccatis, quia iam abominabilis est omnibus Dei creaturis. Iuxta illud, *Abominabiles facti sunt sicut ea quæ dilexerunt.* Tertia vtilitas est timor diuini iudicij, & timor inferni. Quia quãdo homo perfecte recognoscit peccata

Psal. 43. Sap. 5 Oseę 9.

cata sua, debet cogitare qualiter recitabuntur coram Deo & toto mundo, & qualiter Diabolus redarguet hominem ante conspectum æterni iudicis, de omnibus peccatis non confessis. Talis autem cogitatio incutit homini timorem, & facit vt homo recogitet peccata sua in amaritudine animæ suæ, & ponat ea in corde suo, ne obliuiscatur & confiteatur, quia Diabolus ea non obliuiscitur. Et ideo petebat Propheta, *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte*, id est in mortali peccato, ne *quando dicat inimicus meus præualui aduersus eum*. Et ideo quilibet debet diligenter discutere conscientiam suam, ne ibi aliquod peccatum lateat, vnde Diabolus ipsum posset deuincere post mortem. Et ideo multum vtile esset quod homo quolibet mane quando surgeret commẽdaret se Deo, & Sanctorum patrociniis, vt illam diem expenderet ad laudem Dei sine culpa. Quarta vtilitas est rigor resistendi peccatis, qui adeo roborat hominem, vt amplius non proponat peccare. Causa autẽ motiua huius rigoris maxime prouenit ex hoc, quando homo considerat, quod gaudium facit inimicis suis, ex hoc quod frequenter cadit de bono proposito in peccatũ. Iuxta quod dicit Propheta, *Qui tribulãt me*, id est, hostes mei, *exultabunt si motus fuero*, scilicet, à bono proposito, *Ego autem in misericordia tua speraui*: quasi dicere vellet, Ego de fragilitate mea diffido, sed de tua misericordia confido, quia sine diuina misericordia nemo posset resistere peccatis, & Diabolo, quantumcunque fortis & sapiens. Vnde

Psal. 12.

Psal. 12.

Vnde quando homo fortiter certat contra Diabolum vel peccatum, Deus semper est paratus illi assistere. Vnde legitur de Beato Antonio, quod cum semel vna nocte multas infestationes habuisset à Diabolo, tunc quęsiuit Dominum, & eius consolationem non inuenit, vt sibi videbatur. Mane autem facto vidit Iesum stantē, & dixit, *Domine vbi eras in nocte.* Dominus respondit; *tecum eram gaudens in tuo certamine.*

Secundo debemus vigilare spiritualiter in sedula circumspectione, vt tentationes inimici possimus decertare. Videmus enim ad sensum, quod milites mundani multum vigilant, & probantur in diuersis torneamentis & bellis: sic veri milites Christi probantur in variis tentationibus & pressuris, quia quamdiu sumus in hoc mundo, tam diu vita nostra patitur tentationes & pressuras, iuxta illud Iob,
Iob 7 *Militia est vita hominis super terram.* Ipse enim malignus spiritus, qui ex sua inuidia deuicit primum hominem tentatione sua, adhuc posteritatem eius tentare nō desinit. Inuidet enim nobis, quod possumus ascendere per humilitatem, vnde ipse cecidit per superbiā. Et ideo quamdiu sumus in hac vita debemus vigilare & cautè circūspicere, nè nos suis tentationibus vincat, & sic nos à superna felicitate trahat.
Marc. 14. Et ideo Saluator hortatur discipulos Marc. 14. *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem*: non dicit vt non tentemini, sed *vt non intretis in tentationē:* sicut videmus quod ille qui videt locum periculosum, non est in periculo, sed ille qui intrat

trat locum, sic ille qui tentatur, non est in periculo, sed quando intrat per consensum in tentationem; tunc enim primo ponit ibi pedem suum, hoc est affectum. Et ideo petimus in dominica oratione, *Et ne nos inducas in tentationem.* Matth. 6
Hoc est non petimus, vt non tentemur; quia dicit Augustinus, *Periculosissima tentatio est nulla tentatione vexari.* D. August.
quia inde proueniunt multa mala, vt elatio cordis, incircumspectio sui, incompassio tentatorũ, contemptus aliorum, & ignorantia agendorũ. Non ergo debemus petere vt non tentemur, sed *ne inducamur in tentationem* per consensum & vincamur, sed potius vincamus & accipiamus coronam vitæ, D. August.
quia dicit Augustinus, *Si non tentaris, non probaris,* Nonne melius est tentari & probari quã non tentari & reprobari? & Hieronymus, *Appropinquante salute appropinquat tentatio.* D. Hieron.
Vt autem tentationes possimus vincere, quatuor sunt nobis facienda. Primum est quod debemus deuote orare, vt possimus resistere tentationibus. Nõ autem debemus orare, vt non tentemur, quia sine tẽtatione nemo probatur. Et ideo dicitur Iac. 1. *Beatus vir suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.* Iac. 1.
Debemus autem orare, vt Deus cõfortet nos in tentationibus. Sic exaudita fuit illa famosa mulier Iudith, Iudith 13.
quando volebat amputare caput Holofernis. Vnde orabat, *Conforta me Domine in hac hora.* Vnde multum vtilis est oratio illi qui tentatur, quoniã protegit contra omnes ictus tentationis. Vnde Augustinus, *Oratio est Angelis organum, Sanctis conuiuium, contritis vnguentum, reis scutum, hostibus* D. August.

D. Ambr. *iaculum, omnibus tentatis firmamentum.* Et Ambros. *Bonum scutum est oratio quo omnia spicula aduersarij repelluntur.* Secundo debemus mortem Christi recordari, hoc enim multum vtile est, quia sicut Diabolus primo per mortem Christi fuit deuictus, sic adhuc frequentur deuincitur per illos, qui illius mortem frequenter recordantur, & illi compatiuntur, quia sic eius vulneribus imprimuntur, vt ab omni genere tentationum defendantur. Vnde dicit Bernardus, *Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi: cum me premit caro, recordatione vulnerum Domini mei resurgo: cum mihi Diabolus parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ Dei, & fugit à me: si ardor libidinis mouet membra mea, recordatione vulnerum Domini extinguitur. In omnibus aduersitatibus meis non inueni adeo efficax remedium, sicut vulnera Christi.* Tertio debemus primos motus tentationum refrenare. Quamuis enim pauci vel nulli sint, qui primos motus tentationũ non patiantur, quia statim vt tentatio mouet cor, ipsum accendit ad delectationẽ illius tentationis: quãdiu tamen ratio non consentit, delectatio illa non habet rationem mortalis peccati. Sine enim consensu rationis non perficitur mortale peccatũ. Et ideo homo quando in se motus tentationum sentit, statim in principio debet eis resistere, nec moram in eis facere, ne

D. Ambr. trahatur ad consensum. Quia dicit Ambros. *Causam primam peccati fuge, nemo diu fortis.* Et ideo

Isidorus dicit Isidorus de summo bono, *Diabolus serpens lubricus est, si eius capiti, id est, primæ suggestioni, non resistitur, totus interna cordis, dum non sentitur, illabitur.*

Quarto

Quarto debemus cor nostrum ab intra pacificare. Diabolus enim valde astutus est, quia scit mores & complexiones hominũ, & bene scit considerare ad quod vitium magis sit inclinatus aliquis: & quamuis non sciat cogitationes nostras directe, quia hoc solius Dei est: tamen has scrutatur indirecte ex quibusdam signis, vt ex inclinationibus & operibus nostris, & secundum hoc nobis insidiatur. Vnde dicit Augustinus, *Diabolus inquirit cassas nocendi, vbi quemlibet videt studiosius occupatum.* Et ideo debemus cor nostrum ab immundis cogitationibus & occupationibus custodire, quæ pacem cordis impediunt. Vnde dicit Sapiens, *Omni custodia cor tuum serua*, vt certe sit in quiete pacis, ne ex inquietudine malarum cogitationũ & occupationum, interna pax rumpatur, & sic Diabolus ex quibusdam signis occultis, sumat occasionem nos tentandi, & ideo Apostolus optat omnibus Christi amicis hanc pacẽ dicens. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.*

D. August.

Prou. 4.

Philip. 4.

Tertio debemus vigilare in virtutum exercitatione, vt possimus nos Christo tanquam speculo virtutũ conformare. Videmus enim quod discipuli qui in doctrina magistro volunt esse conformes, multum vigilant, & sunt attenti vt magistrum docentem intelligant, Nunc autem in hoc consistit omnis perfectio nostra, vt Christo magistro nostro studeamus nos conformare inquantum possumus, quãuis hoc perfecte facere non possimus, quia in ipso est plenitudo omnis gratiæ & virtutum.

Et ideo illi ex toto cōformari non possumus, sed in parte. Vnde totus conatus noster debet esse, vt nos illi conformemus, & quanto magis ad hoc laboramus, tanto magis erimus perfecti: & hoc est vigilia totius perfectionis. Iuxta quod dicitur Eccl. 38. *Vigilia perfecit opus suum.* Quæ enim maior possit esse perfectio,

Eccli. 31. quā illum imitari & se conformare ei, qui est speculū & exēplar omnis virtutis & perfectionis? Vnde Christus instante passione sua, hortabatur discipulos suos, vt se studiose ei in virtutibus cōformarēt, & hoc ideo quia volebat eos esse perfectos imitatores suos. Vnde dixit

Matt. 26. eis Mat. 26. *Vigilate mecū.* Quia reuera ille veraciter cū Christo vigilat, qui totis viribus se sēper in virtutibus exercet, vt Christo se cōformet.

Vnde nota quod quamuis multæ sunt virtutes in quibus nos debeamus nos conformare Christo, specialiter tamen in tribus debemus nos ei conformare. Primo in hoc vt ei placere studeamus, & hoc secundū posse nostræ cognitionis, affectionis, & operationis: secundū quod ipse studuit placere cælesti patri, ita vt ab intra cum recta intentione & deuotione fulgeamus, & ad extra cum sancta conuersatione coram hominibus luceamus, vt nobis illud verbum patris quod ei dixit

Matt. 17. conueniat, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Talis homo qui sic se Christo cōformat, efficitur etiam speculū & exēplar omniū honeste & bene viuentium, quia tales dulcedine sui exempli sic attrahit, vt in omni vita sua studeant quomodo Christo placere va-

leant, vt recte conueniat eis illud Iob. *Omnes qui viderunt illos agnoscent illos*, id est, approbabunt sanctitate suæ vitæ & conuersationis, *& dicent, Quoniam hoc est semen cui benedixit Deus.* Secundo debemus nos Christo conformare in hoc, quod ipsum semper tanquam speculũ humilitatis præ oculis habeamus, & ita de omnibus beneficiis à Deo receptis gratias agamus, sicut ipse cęlesti patri suo semper gratias egit, & omnia opera sua non sibi sed patri adscripsit. In quo nobis exemplum dedit, vt de omnibus donis gratiæ & virtutum, quæ à Deo recepimus, tanquam à fonte largitatis, sẽper gratias agamus humiliter, & nihil huiusmodi nostris meritis vel virtutibus adscribamus. Testimonium veræ humilitatis est, vt quãdo homo in se sentit aliquas gratias & virtutes, illas non sibi adscribat sed Deo, & in ipsum refundat tanquã in fontem, vnde omnia dona & omnia bona affluunt, iuxta illud Iac. 1. *Omne datum optimum*, vt gratiæ & virtutes, *& omne donum perfectũ*, id est, vita æterna quæ est perfecta, *de sursum est descendens à patre luminum*, id est, iustorum. Et dicit Isidorus, *Omnia dona diuinæ gratiæ adscribe, quia ex tali humilitate omnia dona gratiæ, & virtutum in homine magis augmentantur.* Et hoc subtiliter ostendit Sapiens dicens, *Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluant.* Quia quando dona gratiæ & virtutum, in Deum humiliter ex gratiarum actione refunduntur, tũc ex maiori refluxu in homine magis augmentantur. Tertio debemus nos Christo in hoc conformare, vt ipsum ex toto corde &

Iob

Iac. 1.

Isidor.

Eccl. 1.

viribus diligamus, secundũ quod dilexit nos. Quantum enim nos dilexit, apparet in tribus.

Primo in hoc quod tam forti desiderio nostram salutem desiderauit, vt etiam quando ductus fuit ad Herodem regem, & ipsum Herodes de multis sermonibus interrogaret, & ipsum vellet in hæredem regni sui adoptare, vt passio Anselmi attestatur, si aliquod miraculũ corã eo faceret: illi ad interrogata noluerit respõdere, vt tẽpus suæ passionis & nostra salus non protraheretur. Secundo quantũ nos dilexerit apparet in hoc, quod tam magno affectu, tam lato animo, tam suaui amore pro nobis passus est, vt etiam acerbitatẽ pœnarum, summas delitias reputaret. Vnde pendens in cruce clamauit, *Sitio.* in signum quod
Ioan. 19
nostram salutem super omnia desideraret. Tertio quantum nos dilexit apparet in hoc, quod tã perseueranter dilexit nos, vt etiã vinculum sui dulcissimi amoris, nunquã ad ictum oculi dissoluerit. Quod apparet bene in hoc, quod illam vnionem quam habuit cum humana natura, cum corpore, scilicet, & anima, nec propter acerbitatem pœnarum, nec mortem, volebat separari à Deitate sua. Et ideo dicit Leo Papa, quod *tanta fuit illa vnio vt nec peccatis nec opprobrijs potuerit diminui, nec in morte dissolui.*
B. Leo.
Et quia Christus sic perfecte nos dilexit, ideo debemus ipsum rediligere, ita vt ipsum tam ardenter diligamus, vt ardor nostræ dilectionis omnem transitoriam dilectionem transcendat: & ita dulciter, vt omnis aduersitas transitoria nobis propter illius dilectionem dulce-

dulcescat: & ita perseueranter, vt nihil transitorium nos ab eius dilectione separet, vt cum Apostolo dicere valeamus, *Quis nos separabit à charitate Christi*, quasi diceret vellet, nihil. Rom. 8

Quarto debemus spiritualiter vigilare in sedula perseueratione, vt virtutes acquisitas vsque in finem possimus cõseruare. Videmus enim ad sensũ quod mercatores res per ipsos acquisitas, multum sollicite & cum multis vigiliis & laboribus conseruant: ita spiritualiter quamuis magnũ sit, virtutes acquirere, tamẽ adhuc multo maius est virtutes acquisitas perseueranter vsque in finem conseruare. Vnde Bernard. *Perseuerantia est vnica regis filia, finis & consummatio virtutum*. Ecce nobilis virtus est perseuerantia. Ipsa enim omnia bono fine concludit, iuxta verbum Saluatoris: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. Vnde ipsa est coronatrix omnium virtutum. Vigilemus ergo perseueranter, vt virtutes nostras vsque in finem custodiamus. Quia dicitur Apoca. 16. *Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet*. Dicuntur autem virtutes vestimenta, quia sicut vestimenta vestiunt corpus, sic virtutes animã. Et sicut nuditas corporis est confusio coram hominibus, sic carentia virtutũ est confusio in conspectu Dei & Angelorum. Est ergo necesse nobis, vt sic vigilemus, ne ista vestimenta virtutum amittamus. Si enim homo vestimenta corporis tam magna diligentia custodit, vt prę cæteris hominibus in solemnitatibus fulgeat, quanto magis debet custodire vestimenta virtutum, in quibus

D. Bern.

Matth. 10.

Apocal. 16

anima fulgere debet in solemnitate futura, quæ non habebit finem. Vnde nota quod anima quæ debet venire ad futuram solemnitatem, debet esse vestita multiplici vestimento fidei de quo scribitur Apoca. *Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius.* Per istam mulierem intelligitur anima quæ debet esse mulier per fecũditatem virtutũ, & debet esse amicta sole per irradiationem fidei ad cognoscendũ cælestia quia fides est illuminatio animæ ad cognoscẽdum Deum, & luna quæ est mutabilis debet esse sub pedibus eius per despectionem omnium mutabilium in terra. Pedes autem significãt affectiones animæ. Tunc autem anima habet lunam sub pedibus, quando ad ista temporalia non afficitur, quia dicit Grego. *Per fidẽ, iustorum mentes in altitudinem ducuntur, vt cuncta visibilia despiciant in terra, & ea quæ inuisibilia sunt sequantur in cælo.* Secundo debet esse vestita vestimento aureo, hoc est vestimento perfectæ humilitatis. Illud vestimentum humilitatis perfectę potest etiam dici vestis nuptialis. Comparatur autem humilitas auro, quia sicut aurum inuenitur in loco humili, scilicet, in terra, sic humilitas semper quęrit infimum locum in hac vita: & sicut fulgor auri non apparet quamdiu occulte iacet in terra, sed quando è terra tollitur, & ad lucem ducitur, tunc primo incipit apparere: sic fulgor humilitatis non apparit, quamdiu occultatur in tenebris huius vitæ, sed quando deducitur ad cælum, tunc primo incipit apparere; quia tunc erit tanquam *aurum probatum septuplum*, quia vera humilitas proba-

Apoc. 12.

D. Greg.

probatur in exercitio septem operum misericordię. nobilis est ista vestis, quia ornat animam vt reginam, vt digna sit sedere à dextris Dei, iuxta quod dicit Propheta, *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.* Tertio debet esse vestita vestimento iucundo. Illud vestimentum est vestimentū charitatis de quo dicitur, Iudith 10. *Induit se Iudith vestimento iucunditatis suæ.* Iudith interpretatur glorificans Deum, & significat animam amore diuino æstuantē, quę in sua deuotione semper Deum glorificat. Ista debet se induere vestimento iucundę charitatis, vt totam iucunditatem & dilectionem quærat in amore Dei, secundū illud Prou. 5. *In amore eius,* scilicet, Sapientiæ increatæ quæ Christus est, *delectare iugiter.* Vnde ipsa specialem iucunditatem operatur in anima ex præsentia amati, quia facit Deum menti præsentem, & ex ista pręsentia fit speciale gaudiū in anima, & ideo dicitur *charitas,* id est, *cara vnitas* quia vnit amantem cum amato, vt ex eis fiat vnum, vnitate voluntatis, secundum illud Apostoli, *Qui adhæret Deo,* videlicet per amorē, *vnus spiritus fit cum eo* per vnionem voluntatis. Quarto debet esse vestita vestimento candido. Istud vestimentū est munda conscientia quæ multum ornat animā, dicitur enim *conscientia* quasi *cordis scientia,* vt sit tā munda vt in se nihil sciat habere per quod Deo displiceat: de isto vestimento dicitur Ecclesi. 9. *Omni tempore vestimenta tua sint candida,* id est, omni tempore debes habere mundam conscientiam, quæ tunc est munda, quando homo habet in cor-

Psal. 44.
Iudith. 10
Prou. 5
1. Cor. 6.
Eccle. 9

de puritatem, in ore veritatem, & in opere rectitudinem. De tali conscientia bene potest
Sap.7. dici illud Sap.7. *Candor lucis æternæ & speculum sine macula*. Quinto anima debet esse vestita vestimento lapideo, istud vestimentum est stabilitas cordis, vt tanquam lapis quadratus homo sit fortiter stabilitus in Deo, ne per amorem rerum temporaliũ ab ipso euellatur. Isto vestimento vestiti fuerunt Sancti, qui propter Deum contempserunt ista bona temporalia,
Apoc.15. de quibus dicitur Apoc.15. *Vestiti*, inquit, *erant lapide mundo & candido*. Stabilitas cor mundificat, & candidum facit ab omni infectione terreni amoris, qui cito cor polluit; & ideo
D. Gregor dicit Grego. *Si semel in appetitione supernæ patriæ, forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium vexatione perturbatur*. Sexto debet esse vestita vestimento purpureo, istud vestimentum debet esse patientia, quæ animam vestit contra omnes tribulationes. Nam purpura est sanguinei coloris in quo notatur fortitudo, quæ vsque ad effusionem sanguinis sustinet pro Christo, quidquid ei aduersi accidit. De isto vestimẽto
Prouer.31 scribitur Prouer. vltimo, *Byssus & purpura indumẽtũ eius*, & scribitur illud de muliere forti, idest, anima sancta, quæ fortis est in tribulationum sustinẽtia. Hac veste Christus fuit vestitus tẽpore passionis suæ, quando veste purpurea indutus fuit & illusus à Iudæis, & hoc ideo vt nobis exemplum patientiæ daret. Vnde dicit
D. Bernar Bernardus, *Vtrumque mihi es bone Iesu, & exemplum patientiæ, & præmium patiendi*. Septimo debet esse vestita vestimento variato. Istud vestimentũ est

est exercitium in bonis operibus, ex quibus componitur, vt possit de virtuosa anima exponi illud Prouerb. vltim. *Vestem stragulatam fecit sibi.* Quia sicut vestis stragulata est contexta ex diuersis coloribus, sic ista vestis animæ cõponitur in exercitio diuersorũ bonorũ operũ. Nobilis est ista vestis, quia ornat vestimenta aliarum virtutum. Vnde dicit Gregor. *Habere charitatem & scientiam, testis est bona operatio. Quæ si forte defuerit, profectò certum est nec te cognouisse Deum nec proximum amasse.* Octauò, debet esse vestita vestimento odorifero: istud vestimentum est deuota oratio, quę multum redolet corã Deo. Vnde sponsa laudatur in Cant. à cælesti spõso ex suaui odore istius vestimenti cum dicit. *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Comparatur autem thuri, quia sicut fumus thuris est leuis, calidus & odoriferus, sic oratio perfecta est leuis maximè, cũ secũ habet humilitatem, quia eã adeo leuẽ facit, vt vsq. ád cælũ eã perducat, Iuxta illud Eccl. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Est etiã calida maxime, quando secum habet ignem diuini amoris in quo debet ardere sicut thus in igne. Quia sicut thus fortiter ardet in igne, sic oratio in corde igne diuini amoris pleno. Est etiam odorifera maxime, quando secum habet puritatem, quæ maxime redolet in corde puro, quod est sine macula peccati. Nonò, debet esse vestita vestimento longo: Istud vestimentum debet esse longitudo finalis perseuerantiæ, de quo scribitur 2. Regum. 13. *quod filiæ regis*, scilicet Dauid *virgines vestimentis talaribus vtebantur.* Dauid interpreta-

Prouer. 3. D. Gregor. Cant. 4. Eccli. 35. 2. Reg. 13.

pretatur aspectu desiderabilis, & significat Christum qui est rex cæli & terræ, in quem desiderant Angeli prospicere. Huius filię sunt omnes animæ deuotæ & virtuosæ, quæ benę virgines sunt propter virorem bonorũ operum, nam virgo dicitur à virorę. Istæ ergo debent esse indutæ talaribus vestimentis perfectæ perseuerãtiæ: nam talares vestes sunt illæ, quę ad talos protenduntur, & significant perseuerantiam, quæ vsque in finem facit animã tenere fidelitatem Christo, vt ab ipso recipiat
Apoc. 2. coronam vitæ, iuxta quod dicitur Apocal. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Vnde ipsa perseuerantia est vnica filia summi regis & consummatio omnium virtutũ quæ omnes virtutes coronat in cælo. Vnde dicit Bernard. *Perseuerantia meretur viribus gloriam, vir-*
D. Bern. *tutibus coronam.* Sine perseuerantia nunquã victor palmam consequitur, &c.

Dominica IIII. post Pentecosten.

SERMO XXXIX.

Rom. 8. *Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei,* Rom. 8. Amici visitantes suos amicos oppressos & in miseriis constitutos, solent eos consolari dicendo Cito melius erit, & breui liberabimini. In hũc modum Paulus Apostolus videns genus humanũ multiplicibus defectibus & seruitutibus subiectum in hac valle miseriæ, verbum præmissum

ſum conſolabile profert dicens, *Creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Circa quod verbum ad noſtram doctrinam eſt ſciendum, quod quatuor requiruntur ad hoc, vt homo pertingat ad æternam gloriam.

Primo quod à peccatis ſit iuſtificatus. Videmus enim ad ſenſum quod palatium alicuius Principis, cum præſens eſſe voluerit, à ſordibus purgatur, nec permittitur aliqua immunditia eſſe in ipſo. Conſimiliter cum palatium, vel beatitudo cæleſtis gloriæ, ſit omni bono repletum, & ab omni imperfectione purgatum vel depuratum, iuxta illud Boetij; Boetius *Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus*: ideo nemo poterit ad ipſum peruenire, niſi ab omni imperfectione ſit depuratus, & liberatus ab immunditia, quia dicit Sapiens. *Nihil inquinatum intrabit in illam.* Cum ergo iuſti- Sap. 7. ficatio ſit quędam depuratio & liberatio omnis imperfectionis, & immunditiæ, quę contrahitur à peccatis, ideo qui vult depurari & liberari à peccatis, opus eſt vt prius iuſtificetur, & tunc poterit pertingere ad æternã gloriam; & hoc eſt quod dicitur Iſaiæ 58. *Iuſtitia ibit ante faciem tuam, & gloria Domini colliget te.* Tunc Iſa. 58. iuſtitia poteſt dici anteire faciem noſtram, quando de peccatis iuſtificamur, & Deo perfecte placamur & reconciliamur, quia dicit Gregorius, *Quoties actu vel verbo delinquimus, toties Deum contra nos irritamus.* Et ideo nota D. Gregor. quod tria requiruntur ad veram iuſtificationem.

Primo

Primo requiritur ad hæc perfecta humiliatio, ita vt peccator cum vera humilitate reatum suum cognoscat, & humiliter veniam petat: quamuis enim Deus de sua potentia absoluta posset peccatorē iustificare sinę debita prępratione, sicut iustificauit Apostolū Paulum, de quo fecit vas electionis: tamē hoc non potest facere de potentia ordinata, quæ semper requirit in peccatore aliquam prępa-rationem, ipsum disponentem ad istam iusti-

D. August. ficationem, quia dicit Augustinus, *Qui te creauit sine te, non te iustificabit sine te.* Taliter se dispo-

Luc. 15. suit filius prodigus quando dicebat, *Pater peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* Ecce recognoscendo suum peccatū qualiter se humiliauit, & quomodo se indignū paternali dilectione recognouit, quam cum humilitate sua promeruit. Sic etiam humilia-

Luc. 18. uit se publicanus, de quo Lucę 18. quando dicebat, *Deus propitius esto mihi peccatori*, & ideo iu-

D. Greg. stificatus fuit. Vnde dicit de eo Gregor. *Publicanus qui reatum suæ nequitiæ recognouit, etsi iniustus ad templum venit, iustificatus tamen à templo rediit.* Secundo ad veram iustificationē requiritur voluntatis debita ordinatio. Quæ tunc dicitur debite ordinata, quando se totaliter retrahit à peccatis, & amplius peccare dedignatur: ista ordinatio voluntatis necessario requiritur ad iustificationem peccatoris, quia omne peccatum, inquantum peccatū, procedit à sola vo-

D. August. luntate. Nam secundum Augustin. *Omne peccatum adeo est voluntarium vt si non est voluntarium non sit peccatum.* Ideo necessario requiritur, vt pec-

catum

catum fiat voluntati adeo detestabile, sicut ei prius fuit acceptabile & amabile, & sic volũtas totaliter deducatur ad debitam ordinationem iustitiæ, vt amplius non malum, sed bonũ velit, & propter hoc dicit Chrysost. *Sicut peccati opus sine voluntate non fit, ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit.* Tertio ad veram iustificationem peccatoris requiritur gratiæ infusio, quia per hanc perficitur & cõsummatur iustificatio peccatoris, nec humilitas, nec voluntas sufficit perfecte ad hoc, quod peccator iustificetur à peccatis, nisi adsit altior virtus quæ est virtus diuinæ gratiæ, quæ peccatorem perfecte iustificat, & hoc est quod dicit Augustinus, *Gratia tua deputo & misericordiæ tuæ Domine, quod peccata mea tanquam glaciem insoluisti.* Quod autem gratia peccatorem perfecte iustificet patet, quia cum Deus peccatorem iustificat, sibi pacatur. Pax autem consistit in dilectione, effectus autem diuinæ dilectionis in nobis est gratia. Sed tamen hęc gratia requirit aliqualẽ prędispositionẽ, maxime in voluntate, vt ista bene disposita gratiam suscipiat, & ideo dicit Chrysost. super Matth. *Voluntas debet præcedere, & sic sequetur gratia, nam nec gratia sine voluntate aliquid operatur, nec voluntas sine gratia, nam & terra non germinat nisi pluuiam suscipiat, nec pluuia fructificat sine terra.*

D. Chrys. | D. August. | D. Chrys.

Secundo vt homo pertingat ad æternam gloriam, requiritur, vt sit diuersis virtutibus exornatus. Videmus enim ad sensum quod pulchritudo corporalis consistit in debita mẽbrorum dispositione & ordinatione, & cum venu-

venusta coloris admixtione. Iuxta quod dicit Augustinus, *Pulchritudo, est situatio partiũ cum quadam suauitate coloris superfusa*. Sic virtutes disponunt animam vt à cælesti sponsa adametur, nam pulchritudo animę consistit in debita suarum virium ordinatione, & diuersarũ virtutum depictione, quia sicut pulcherrimi colores corpus depingunt & ornant, sic virtutes animam exornant, quę sunt quidam spirituales colores animæ, quibus anima depingitur, adeo quod nulla virtus in anima, est tanquã ab anima, sed ab isto fonte superno & patre iustorum, à quo *descendit omne donum optimum & datum perfectum*. Sed anima per suam ordinatã vitam ad hoc se disponit, & sic Deus per tales dispositione & virtutes in anima operatur. Vnde Augustin. *Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur, & qua nullus etiam male viuit, & quam Deus solus in homine operatur*: & quia virtus est tam nobilis operatio Dei in anima, vt Deo cælesti sponso placeat, & ad æternam gloriam mediante ipsa pertingat: ideo de tali anima potest dici illud quod scribitur Prouer. 11. *Mulier gratiosa & anima virtuosa inuenit gloriam*. Et bene potest dici anima virtuosa mulier gratiosa, propter fecunditatem virtutum, quæ ipsam adeo gratificant, vt summo sponso Christo placeat, cui tanquam electa sponsa debet in æterna vita copulari, & illud pulchre figuratum est in Hester, *quæ erat formosa valde & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratiosa & amabilis, quæ ducta est in cubiculum Regis Assueri*. Hester interpretatur idem quod præparata, & significat

D. August. | Iacob 1. | D. August. | Prou. 11. | Hester 2.

ficat animam virtuosam æterno Regi Christo preparatam. Hæc est tunc formosa valde, cum in sua conuersatione semper tenet honestatem secundum doctrinam Saluatoris, *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est*. Est etiam incredibilis pulchritudinis, quando non solum habet exteriorem sanctitatem, sed etiam interiorem cordis puritatem, & charitatem cum cordis puritate, de quo multum commẽdatur à sponsa, Sap. 4. *O quam pulchra est casta generatio cum claritate*. Quando est igitur anima tam nobiliter decorata, tunc introducitur ad illud cæleste cubiculũ summi regis Assueri; nam Assuerus interpretatur idem quod beatitudo, vbi & apud quem tunc tanquam electa sponsa æternaliter beatificabitur, & requiẽ habebit sempiternam. Matth. 5 Sap. 4.

Tertio vt homo pertingat ad æternam gloriam, requiritur quod sit in patiendo probatus. Videmus enim ad sensum quod isti qui infirmitates & angustias sustinent, ab amicis suis consolantur, qui dicunt eis quod eorum pœna debet in gaudium commutari: consimiliter oportet nos per *multas tribulationes intrare in regnum Dei*, & ideo quando varias tribulationes pro Dei amore patienter sustinemus, signũ est quod æternam gloriam debemus obtinere, & ideo dicitur Eccli. 31. *Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est, erit illi gloria æterna*, quia non est perfectius signum æternæ vitæ, quam esse patientem in tribulationibus, nobis ex diuina permissione propter nostram salutem Eccli. 31

aduenientibus, quia operantur in homine spē, id est, certitudinē de æterna beatitudine. Spes enim est certa exspectatio futuræ beatitudinis, & propter hoc dicit Apostolus Rom.
Rom. 5. 5. *Scientes quod tribulatio patientiam operatur*, id est, ostendit, *patiētia vero probationē*, id est, cordis purificationē, *probatio verò spem*, id est, certam exspectationem deificæ visionis & fruitionis, quę & promittitur illis qui munditiam cordis habent. Et ideo qui ad æternam beatitudinē sperat peruenire, oportet quod probetur in variis tribulationibus & pressuris, & si tunc perfectus inuenitur in patientia, iam testimonium in se habet quod sit filius æternæ beatitudinis: & bene dico quod debet esse perfectus in patiendo, ita vt non sit solūmodo patiens, in vna tribulatione sustinenda, sed in multis. Multi enim sunt qui valde patientes sunt, interdum in vna tribulatione sustinenda, sed in alia tribulatione succumbunt. Tales enim nō sunt perfecte patientes, & ideo nec probati amici Christi, qui est exemplar totius patientiæ: & ideo qui vult esse perfecte patiens, ita vt probatus sit amicus Dei, debet in multis tribulationibus se bene habere, de tali enim potest dici illud Iudith 8. *Per multas tribulationes probatur Dei amicus perfectus*. Sed posset quis dicere, quare vult Deus amicos suos tam varias tribulationes sustinere. Hoc ideo vult, vt magnum præmium sibi in cælo acquirant. Multæ enim debent esse tribulationes, vbi magna erunt præmia, quæ tamen *non sunt condigna ad futuram gloriam*: & ideo Deus nequaquam permit-

Iudith. 8

Rom. 8

ſuos amicos diuerſas tribulationes ſuſtinere, ſi nollet eos ex his liberare ; & magnum prę-mium dare. Sunt ideo *multa tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.* Pſal. 33.

Quarto vt homo pertingat ad æternã gloriã requiritur, vt ſit in bonis operibus exercitatus. Videmus enim ad ſenſum, quod fideliter laborantibus, conſummato opere, datur prę-mium. Conſimiliter Deus creauit hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem ſuã vt ſuæ bonitatis eſſet capax & beatitudinis, & per bonos labores & opera bona poſſet ad ſuam æternã beatitudinẽ pertingere, quia nemo illuc peruenit niſi per meritũ: meritum autẽ conſiſtit in operatione boni, & ideo qui vult ad æternã gloriam peruenire, debet in iſta vita in bonis operibus laborare, quæ ſunt armamenta virtutum & augmenta meritorũ. Videmus enim in curſu naturæ, quod quęlibet creatura facit opus ſibi à ſuo creatore inſtitutum ſine intermiſſione, vt ſol, & luna, & ceterę ſtellę firmamenti, quę continue iſta inferiora illuminãt, & eis virtutem ſuam influunt, ad quod à Deo creata ſunt. Arbores enim & herbæ & floſculi tempore ſuo pullulant, flores & dulces fructus proferunt, vt opus ſibi à Deo inſtitutum impleant. Cum ergo Deus hominem ad hoc creauit, vt per bona opera ſua diuerſa in cælo merita acquirat : ideo ſine intermiſſione debet opera bona facere , ne illud negligat ad quod creatus eſt. Vnde & dicitur Sapient. 3. Sap. 3. *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus*: quoniam multiplex fructus vel donum dabitur cuilibet ho-

mini pro suis operibus. Nota in sermone xiij *Induite vos*, duodecim fructus.

Dominica V. post Pentecosten.
SERMO XL.

Vocati estis vt benedictionem hereditate capiatis, 1. Petri. 3. Quando filij nobilium quæ non decent nobiles committunt, merito obiurgantur ab eis quorum curæ commissi sunt, ne aut vilibus aut ignobilibus se associent, aut quæ dedecent faciant. Eodẽ modo D. Petrus, vt nociua & vilia dimittamus, ostendit nobis in verbo proposito ad quid tanquam nobiles Dei filij sumus creati, & vocati, dicens, *Vocati estis vt benedictionem hereditate capiatis.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quatuor nobis specialiter sunt facienda, vt æternam benedictionẽ à Deo recipiamus.

Primo debemus nos iustificare per pœnitentiã. Videmus enim ad sensum quod ille ab hominibus laudatur & benedicitur, qui nemini facit iniuriã, sed cuilibet quod suũ tribuit est. Nunc autem mortale peccatum facit hominem iniustum, quia tollit ab eo ordinem illius iustitię, quę restituitur in Baptismo, quod est Sacramentum restituens originalem iustitiam, per peccatum mortale deletam. De qua dicit Sapien. Eccl. 7. *Hoc solùm inueni, quod Deus fecit hominem rectum, & ipse se immiscuit infinitis quæstionibus*: & quia Baptismus tollit solummodo ab homine actualem maculam originalis peccati, fomitem autem eius tollere nõ potest: ideo adhuc

Eccli. 7.

adhuc semper manet in homine fomes iste, qui semper inclinat hominem ad peccatum: & quia ex hac inclinatione homo frequenter labitur in peccatum, ideo Deus homini contulit aliam gratiam, per quã resurgere possit, scilicet, ipsam pœnitentiã, quæ est Sacramentũ restituens illam iustitiam, qua priuatur homo ex lapsu in peccatum mortale, quod facit hominem iniustum: & ideo quando peccator per veram pœnitentiam resurgit à peccatis, & ad Deum conuertitur pœnitendo quod iniustum est, tunc iustificatur, & fit iustus, qui prius iniustus erat: & ideo dicit Gregor. in registro, *Quilibet peccator in fletibus conuersus, iam iustus esse tunc inchoat, cum cœperit accusare quod fecit. Cur enim iustus non sit qui suam iniustitiam iam per lachrymas deleuit?* Per istã ergo pœnitentiam, qua se peccator sic iustificat, meretur diuinam benedictionẽ: iuxta illud Prou. *Benedictio Domini super caput isti*, id est, perfecte iustificati, quia sicut peccator per impœnitentiã efficitur maledictus, sic iustus per pœnitentiã fit benedictus. Vnde Deus conuenienter potest dicere peccatoribus conuersis illud Zach. 8. *Sicut erat maledictio in Israel*, id est Angelis, *& domui Iuda*, id est sanctis, *sic saluabo vos, & eritis benedicti.*

D. Gregor.

Prouer. 10.

Zach. 8.

Secũdo debemus subuenire pauperibus per misericordiã. Videmus n. ad sensum quod qui ex misericordia libẽter dant elemosynã pauperibus, laudantur & benedicuntur ab ipsis. Consimiliter qui hic est misericors à Deo benedicitur, & talis semper habet compassiuum cor, & eius animus semper mouetur super

miseriam illorum, qui in necessitate & tribulatione existunt, & hoc quidem verissimũ testimonium est misericordiæ veræ. Vnde dicit Augustinus libro de ciuitate Dei, *Quid est misericordia, nisi alienæ miseriæ quædam in nostro corde compaßio?* Sed ad hoc quod ista compassio sit probata, oportet quod foris resplendeat in effectu, quia non solum sufficit vt homo habeat compassiuum cor erga pauperes, sed etiã requiritur vt ostendat cordis affectum per effectum, ita vt eorum necessitati subueniat, in quantum sibi possibile est, & tunc etiã perfecte meretur à Deo benedici, hic quidem per gratiam, & in futuro per gloriam, & ideo Sapiens hortatur quẽlibet iustum, diuinam benedictionem cupientem, Eccl. 7. vbi dicit, *Porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.* Nunquã enim aliter potest quis consequi diuinam propitiationem, & benedictionem, quam vt sit propitius pauperibus, & eorũ necessitati succurrat, inquantũ sibi facultas suppetit, quia ibi coronat Deus intus voluntatẽ, vbi foris non inuenit facultatem. Sola enim voluntas obtinet meritum; & ideo tantũ potest mereri quilibet homo pauper, quantumcunque etiam sit pauper, sua beneuola voluntate, quantũ ditissimus Rex mundi sua facultate: quia dicit Hugo de Sacramentis, *Totum meritum in voluntate est.*

D. August. | Eccle. 7 | Hugo

Tertio debemus nos subdere Deo per obedientiam. Videmus enim ad sensum quod discipulus qui suo magistro in omnibus obedit, ab ipso benedicitur. Cõsimiliter inter omnia

quæ

mitteret quæ in homine sunt ; nihil est Deo acceptius quam ei obedire: quia inter omnia signa quæ in homine sunt, maximum signum est diuinę dilectionis, *quia exhibitio operis*, dicit Gregorius, *est probatio dilectionis*. Inter omnia autem opera quæ homo facere potest, nihil maius esse potest, quam vt perfecte obediat, quia vere obedienti nihil magnum vel graue esse potest. Facit enim omnia grauia non solum pro diuino amore sustinere, verum etiam voluntarie assumere, imo quod maius est dico, ipsa vera obedientia facit non solũ mortem, quæ est maximum & terribilissimum desiderare; imo facit hanc lætanter suscipere, exemplum huius habemus 2. Machab. Quod vnus de septẽ fratribus quos Rex Antiochus fecit occidi, dixit ad Regem, cũ Rex ei vitã promitteret & maximũ bonum, si contra legem faceret, *quid sustinetis?* inquit ad tortores, *non obediam præceptis regis sed legis*, & per omnia martyr mundus obiit. Vnde ipsa sancta obedientia est quoddam spirituale martyrium. Obedire enim dicitur quasi contra se ire, quia verus obediens semper offert tanquam martyr propriam voluntatem promptam, ad omne Dei beneplacitum, & ideo dicit Augustinus, *Sola obedientia est verißima virtus, qua contra se obediens viuit*, & quia obedientia est tam excellentissima virtus, ideo maxime meretur obtinere benedictionem à Deo, est enim benedictione digna: exemplũ huius habemus de Abrahã qui obediuit Deo, exire in locum, nesciens quo iret, & obediuit

D.Greg.

2.Mach.7

D. August.

immolare Deo filium suum vnicum, & ideo dictum fuit ei à Deo, *Benedicens benedicam tibi, quia benedixerit tibi, benedictione repleatur*. Qui ergo vult à Deo benedici, ille debet veraciter obedire in mandatorũ suorum obseruatione, quia in horũ obseruatione maxime relucet obedientia hominis, & voluntas Dei, iuxta illud Psal.

Psal. 118. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*, & ideo propter hoc meretur homo maxime benedici, si ea obseruat, & maledici si ea negligit, & ideo

Deut. 11 dicitur Deut. 11. *En propono in conspectu vestro hodie maledictionem & benedictionem; benedictionem si obedieritis mandatis Domini Dei vestri quæ hodie præcipio vobis, maledictionem si non audieritis*, Patet ergo quam placabilis sit Deo vera obedientia.

Quarto debemus spiritualiter proficere per gratiam. Videmus enim ad sensum quod operarij qui fideles sunt & diligentes in suis operibus, multum cõmendantur & benedicuntur. Vnde & Saluator dicit,

Matth. 25. *Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium Domini tui*. Sic qui sine intermissione bona opera facit per gratiam, proficit, & Deus ipsum benedicit ac æternam beatitudinem adipiscitur. Deus enim creauit hominẽ ad imaginem & similitudinem suam, vt per hoc ex naturali inclinatione quadam, semper tenderet ad ipsum : sed quia ad hoc ex sola naturali inclinatione non potest, nec virtute naturali, ideo ei contulit quandam altiorem virtutem, scilicet, ipsam gratiã, vt sic non solum ad Deum iret per inclinationem naturalem, sed etiam per virtutem supernaturalẽ, quæ

quæ naturæ insufficientiam suppleret & adiuuaret, quia sine gratia natura nihil facere potest, quod sit vitæ æternæ meritorium; quia in puris naturalibus nihil meremur, & ideo dicit Saluator; *Sine me*, id est, sine mea gratia *nihil potestis facere*, id est, nullum opus facere potestis vitæ æternæ meritorium. Et ratio huius est, quia nulla res potest producere effectum excedentem virtutem suam actiuam, sed solum potest producere effectum suæ naturæ proportionatum. Sicut aqua non potest propria natura calefacere, nec ignis infrigidare: sic impossibile est, quod homo per se possit facere opera meritoria vitę æternę proportionata, nisi adsit altior virtus, quæ dicitur gratia Dei, de qua dicit Apostolus; *Gratia Dei sum id quod sum*, quasi dicere vellet, Totũ quod in me virtuosum & bonum est ad merendum, hoc totum habeo ex Dei gratia: & ideo qui vult spiritualiter proficere in bonis operibus vt æternam benedictionẽ à Deo recipiat, ille debet videre, vt anima sua sit in gratia; quia anima quæ est in gratia, est tanquam fructifera terra producens diuersas herbas virtutum & bonorum operũ, & tali animæ semper benedicit Dominus, iuxta illud Psal. *Benedixisti Domine terram tuam*, id est, quamlibet virtuosam animam à te creatore factam, quæ est tanquã bona terra imbre tuæ gratię perfusa, ad germinandum herbas bonorũ operum, & sic ad tuam æternalem benedictionẽ disposita: quia quando anima est diuina gratia fecundata tãquam bona terra, tunc meretur à Deo æternaliter

Ioan. 15.
1. Cor. 15.
Psal. 84.

naliter benedici. Sed quando econuerso est arida sine gratia, tunc meretur à Deo maledici maledictione sempiterna, & hoc est quod dicit Apostolus ad Heb. 6. *Terra*, id est, anima

Heb. 6 virtuosa & sancta, *supervenientem imbrē bibens*, id est, rorem diuinę gratiæ recipiens, *& germinans herbam optimam illis à quibus colitur*, id est, à iustis & perfectis, qui animam suam colunt in diuersis bonorum operum exercitiis, & tunc vltra dicit de ista terra, quod *accipit benedictionem à Domino. Proferens autem spinas & tribulos*, id est, diuersa mala opera, *reprobata est adeo* & maledicta, *cuius*

Matt. 25. *consummatio erit in combustionem*, & hoc tunc fiet quando dicetur, *Ite maledicti in ignem æternum*.

Dominica VI. post Pentecosten.

SERMO XLI.

Rom. 6 IN *nouitate vitæ ambulemus*, Rom. 6. Illi maxime ab amicis commonendi veniunt, qui sua dilapidant cum meretricibus, in tabernis ac inhonestis lusibus: quod huiusmodi magna immineat iactura ac perditio. Quapropter ipse Apostolus omnium Christianorum amicus, vt qui bonum gratię & virtutum per peccatū amiserunt, tanquam eorum amicus, bonū eorum desiderans commonendo dicit, *In nouitate vitæ ambulemus*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendū quod quatuor causant vitæ nouitatem, vel spiritualem animæ natiuitatē, quia ex nouæ vitæ inchoatione anima renascitur Deo.

Primum

Primum ergo quod istam natiuitatem vel nouitatem causat, est diuinæ gratiæ infusio. Videmus enim ad sensum, quod per pluuiæ vel roris infusionem, ad germinandum renouatur terra: sic ipsa diuina gratia est quædã nobilissima pluuia, & dispositio quæ quando infũditur animæ à suo Creatore, statim ipsam reuocat à peccatis & reformat in ea imaginem, ad quam est facta & creata, quia sicut in creatione alicuius rei fit aliquid noui ex nihilo, sic in infusione diuinæ gratię fit spiritualis natiuitas, & creatio ipsius animæ, quæ nihil fuit in mortali peccato. Et ideo dicit Psal. *Emitte spiritum tuum & creabũtur & renouabis faciem terræ.* Per istam faciem terræ possumus intelligere animam terrenam, quæ ad modũ terræ est obscura in peccatis, sed per spiritus sancti gratiæ infusionem recreatur & renouatur, & tanquã electa filia vel sponsa renascitur Christo, & propterea bene dicit Saluator. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum,* & sic videmus quod per gratiã spiritus sancti anima renouatur & renascitur Deo: quia sicut per calorem solarium radiorum, semen quod iacet in terra mortuum, renascitur & producit fructum, sic per gratiam spiritus sancti, anima mortua renascitur Deo, & producit fructum æternę vitę: & sicut in speculo nouo & mundo, statim apparet imago rei obiectę, sic in anima renouata per gratiam, statim, tanquam in speculo sine macula, apparet imago Beatissimæ Trinitatis, ad cuius similitudinem est facta & creata, sed est notan-

Psal. 103

Ioan. 3.

notandum quod triplex est imago, Quædam quæ vocatur imago similitudinis, & hæc est imago Dei ad quam factus est homo, qui factus est ad imaginem non solum patris, & filij, sed etiam spiritus sancti: nam per memoriã similis est patri, per intelligentiam filio, per dilectionẽ spiritui sancto. Alia est imago reformans, quæ vocatur. imago creata, & hæc imago vocatur ratio, quæ est superior vis animæ, & in hac imagine creatus est homo. Alia est imago recreãs, & hæc est gratia iustificans & reformãs, quia per hanc imago creata scilicet ratio iustificatur & reformatur, & istud appellat Psalmus lumẽ diuini vultus, & dicit,
Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*: quasi dicere vellet, Lumen gratiæ tuæ Domine, quo reformatur imago tua in nobis, signatum est super nos, id est, impressum est tanquam cera sigillo nostrę rationi, quę est superior vis animę qua tibi similes sumus, sicut enim per vultum potest aliquis cognosci, sic per speculum rationis potest cognosci Deus: & sicut per conformitatẽ vultus vnus alteri assimilatur, ita per rationem Deo similes sumus, secundũ
Gen. 1. illud Gen. 1. *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Sed quia per peccatum ratio deformatur, & homo Deo dissimilis efficitur, ideo contulit Deus homini gratiam, per quã imago creata possit reformari, & ideo hortatur
Eph. 4. nos Apostolus dicens, *Renouamini spiritu mentis vestrã.* Lumen ergo vultus Dei quo insignitur imago creata, vocatur gratia quę iustificat, & reformat hanc imaginẽ Deo dissimilẽ,

in

in peccatis: & in isto lumine cōsistit totū hominis bonū, & per illud signatur tanquā denarius signatur imagine regis. Homo enim factus est ad imaginē æterni Regis, quā per peccatū destruit & delet : sed quando Deo renascitur per gratiā, rursus hac imagine signatur,

Secundū quod causat spiritualē natiuitatē & nouitatē vitæ, est fidei purificatio. Videmus n. ad sensū, quod virtus vegetatiua in arboribus, per calorē solariū radiorū est causa, quòd arbores producūt & generās nouos fructus: sic fides in anima est causa procurāt nouos filios spirituales, qui in virtutibus & gratia spiritualiter proficiūt, & fructus bonorū operū producūt, per veritatē enim fidei Deus interius hominē renouat à maculis infidelitatis & ignorantiæ. Iuxta illud Act. *Fide purificans corda eorū*, & ista purificatio est causa spiritualis natiuitatis, iuxta illud Ioan. primo, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*: & ideo dicit Augustinus, *Fides est omnium bonorū fundamentum*. Fides est humanæ salutis initiū: sine hac nemo ad filiorū Dei numerū potest peruenire, testimoniū autem veræ fidei est, quando homo non solum credit ea quæ pertinent ad Christianam fidem, sed etiam fidem suam ornat virtuosis operibus : & ideo qui habent fidem sine bonis operibus, certissimum est signum, quod fides quæ est radix bonorum operum, in ipsis nuda est & mortua : & ideo tales sunt qui radicem non habent viridē, sed sunt tanquā aridi rami, qui nō habent virorē in radice, & ideo etiam non sunt ex Deo nati. Testi-

Actor. 15
Ioan. 1
D. August.

Testimonium autem per quod sciri potest, quando aliquis ex Deo natus est per fidem, est, si bona opera bonæ vitæ habet, immo etiam quodlibet bonum opus factum in fide recta, facit hominē nasci ex Deo, quia talis quoties bene & virtuose operatur, ex Deo nascitur, quia Christus per fidem initiauit nobis nouā

Heb. 10 viam & viuentem, vt dicit Apostolus Heb. 10.

D. August. Et ideo dicit August. *Opera tanquam filij sunt vitæ*

Origenes *nostra*, & etiā Orig. dicit, *Nō dico semel iustū ex Deo natum, sed per singula virtutum opera nascitur filius Dei.*

Tertium quod causat spiritualem natiuitatem & nouitatem vitæ est, diuini amoris perfectio. Videmus enim ad sensum quod tempore veris, sole dulcius influente, noua animalia de terra & aqua exeunt: sic dulcis & perfectus amor Dei, solis æterni, cum sit vita animę, ipsam viuificat, & resuscitat à morte peccatorum, & tanquam pulchram & nouam filiam ac sponsam facit ex Deo eam esse natā. Vnde quod amor sic innouat animam, Saluator in fine dicit, *Mandatum nouum do vobis vt dili-*

Ioan. 13 *gatis inuicem, sicut dilexi vos.* Et ideo istius filię & sponsę pulchritudinem admiratur Sapiens,

Sap. 4. dicens, *O quam pulchra est casta generatio cū claritate.* Ideo etiam dico quotiescumque nouum gradum charitatis sibi acquirit, toties Deo nascitur vt pręelecta sponsa & filia. Charitas enim causa est omnis perfectionis in anima. Ideo non mirum est quod charitas, quā homo habet ad Deum & proximum, est causa quod homo ex Deo nascitur, & ideo Ioannes dicit,

1. Ioh. 4 *Omnis qui diligit*, scilicet Deum & proximum *ex*

Deo

Deo natus est. Sed est aduertendũ quod istud nasci animã ex Deo nihil aliud est quã nouitas vitæ, qua anima nõ sibi sed Deo viuit. Amor n. perfectus hoc efficit in amãte, quod ipse nõ sibi sed amato viuit. Propter quod Paulus Apostolus qui verus Dei amator fuit, dicit: *Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus*, quasi dicere vellet, Viuo ego nunc secundũ spiritum, qui prius vixi secundum carnem, & ideo iam non ego viuo eodem modo quo secundum carnẽ vixi: *Viuit autem in me Christus*, qui in me operatur, quod modo non viuo secundum carnem mihi, sed secundum spiritum illi. Vnde nota, quod inter viuentes aliqui sunt qui viuũt in Deo, alij cum Deo & alij sine Deo. Et illud viuere prouenit ex maiori vel minori charitate ad Deum, quia quanto quis magis ardet in diuino amore, tanto magis viuit in Deo. Et quanto minus aliquis ardet in diuino amore, tanto minus viuit Deo: illi qui viuunt in Deo, sunt qui maxime ardent in diuino amore, & isti nihil appetunt de his quæ sunt super terram, sed totum eorum desiderium est, esse & viuere in his quę sunt Dei, & secundum interiores vires suas despiciunt ea: quę nos possent separare à Deo, cui soli viuere cupiunt, & ideo omnia transitoria propter Christum despiciũt. Vnde dicitur in Cant. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Nec mirum, quia in isto summo & æterno bono, in quo viuere cupiunt, omnia quę desiderare possunt congregata inueniũt, Vnde dicit Bernar. *O Domine Iesu omnis copia, quæ tu*

Galat. 2

Cant. 8

do, *quia vbi thesaurus hominis est, ibi est cor eius*. Illi qui viuunt sine Deo, sunt quorum corda penitus sunt frigida in diuino amore, & hoc ideo, quia sunt in mortali peccato, quod omnino contrariũ est amori diuino, & ideo non viuunt Deo sed mundo. Et hoc terribile est, quia mundo viuere nihil aliud est quam Deo mori, & ab eo separari, quia sicut corpus naturaliter viuit ab anima, sic anima spiritualiter viuit à Deo: & ideo quando homo viuit mundo, moritur Deo, qui est vera vita animarum, & illa mors nihil aliud est quã separatio animæ à Deo. Vnde dicit Augustinus, *Vera mors est qua homo viuit mundo, & mortuus est Deo*, & hoc est, quando homo in tantũ diligit ista temporalia, vt solummodo his & non aliis quæ diuina sunt, occupetur. Qui enim in gratia est, aliquando etiã diuinis se occupat. Sed dices, Nunquid existentes in mortali peccato, quãdoq; se occupant cum diuinis? Respondeo, quod bene cogitatione, sed non affectione & dilectione, quomodo enim se possent affectione & amore conuertere ad Deũ, qui mundo viuunt? Verus enim amor separat hominem à mundo. Vnde dicit Gregorius, *Fortis est vt mors dilectio, quia mentẽ quam semel cepit, funditus à dilectione mundi occidit.* D. August. D. Gregor.

Quartum quod causat spiritualem natiuitatem & vitæ nouitatem est, diuini verbi receptio. Videmus enim ad sensum quod virtute ignis cera liquescit, & disponitur ad hoc, quod formã nouam sigilli possit recipere: sic ex virtute verbi diuini quod Christus ponit

 in cor-

in corde & ore illud annunciatis, liquefit anima, & Christi amori totaliter imprimitur. Habet enim verbum Dei virtutem mouendi, & per consequens liquescendi animam, & ideo ipsam cito renouat ad vitam spirituale, vt renasci possit Deo. Vnde dicitur prima Petri 1.
1.Petr.1 *Renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanentis*: & ideo quoties verbu Dei cum deuotione cordis audimus, & illud veraciter recipimus, toties vt nouelli filij Christo nascimur. Quia cum essemus filij iræ, Christus nos regenerauit patri, vt patet per doctrinam sancti Euangelij. Vnde dicitur
Iac. 1. Iacobi primo, *Voluntarie nos genuit verbo veritatis*
Isa. 42. *suæ*, & Isa. 42. dicit, *Noua ego annuntio*. Ac si dicere velit, Verba mea nouitatem causant vitæ, & ideo semper cum deuotione debemus audire & recipere verbum Dei, quia valde efficax est ad emolliendum animam, quæ obstinata est in peccatis: nec mirum, quia per virtutem & motum verbi diuini, liquescit anima pre amore. Quia huius simile videmus in exterioribus, quod motus tantæ virtutis est, vt semper generet calorem in naturalibus. Videmus enim quod quæ valde modicum quid habent de natura ignis, tamen propter nimium motum calefiunt, vt ligna & lapides, quando simul confricantur, immo quod magis est, quędam res quæ sunt valde frigidę naturæ, totaliter ex virtute motus liquescunt, vt patet de plumbo in sagitta, quando velociter transit ex sagitta, siue ex arcu, tunc plumbum ex nimia virtute motus in tantu calescit, vt

etiam

etiam totaliter liquescat. Et si istud fieri potest in exterioribus, adhuc magis in spiritualibus fieri potest, quod Deus ex virtute verbi quod prædicator loco Dei annuntiat, animā auditoris ad Dei amorem calefaciat vt præ dulcedine ilius liquescat: propter quod dicit sponsa in Cant. 5. *Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est*: quasi diceret vellet, Anima mea totaliter liquefacta est in amore æternorum, per auditū verbi Dei, quod ipse dilectus mihi per sanctos prędicatores locutus est. Et ex illo iam renouatur vita animæ secundum carnem, in nouitatem sanctissimę vitę secundū spiritum, quia hęc est noua vita, vt homo qui per verbum vitę est renouatus seu renatus, amplius viuat secundum spiritum, non secundum carnem, quia dicit Ioan. *Quod natum est de carne, caro est, & quod ex spiritu, spiritus est: Verbum enim Dei spiritus & vita est*: & ideo quod ex ipso nascitur debet esse spiritus, id est, debet habere vitam secundum spiritum. Propter quod dicit Saluator; *Verba quæ ego loquor spiritus & vita sunt.* Et propter hoc, verbum Dei diuisiuum est, quia diuidit vitam secundum spiritum, à vita secundum carnem. Vnde dicit Apostolus Heb. 4. *Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omnia gladio ancipiti, percutiens vsque ad diuisionem animæ & spiritus*, &c.

Cant. 5. Ioan. 3. Ioh. 6. Heb. 4.

Dominica VII. post Pentecosten.

SERMO XLII.

Liberati à peccato, serui autem facti Deo, Rom. 6. Famuli qui transeunt à seruitio Domini alicuius

Rom. 6

alicuius ignobilis, ad seruitium alicuius Domini nobilioris & potentioris, multum lętantur: quia tunc se reputant honestiores. Cōsimiliter Beatus Apostolus vt materiam nobis lętitię proponat, dicit in verbo proposito, quod liberati sumus à seruitio Diaboli & peccati, & facti sumus serui Dei tanquā Domini excellētissimi, dicens *liberati à peccato, serui autē facti Deo*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendū quod si volumus perfecte Deo seruire, quatuor modis debemus seruire Deo.

Primo tanquam summo creatori. Videmus enim ad sensum, quod vnusquisque seruit illi libenter, à quo habet esse, vt filius patri. Nunc autem quia totum nostrum esse habemus à Deo, quod est esse nobilissimum, ideo quamuis Deus omnem creaturā ad suum seruitium creauerit, secundum quod dicit Augustinus, *Omnia propter seipsum operatus est Deus, maxime tamen rationalem creaturam*, scilicet hominem, *suo seruitio mancipauit*. Cuius seruitiū inter creaturarum omniū seruitium solummodo æternorum gaudiorum meritoriū est. Superiores enim creaturę, vt Angeli, in statu merendi vel demerendi non sunt, quia suo summo bono coniuncti sunt, & ideo confirmati in bono. Inferiores vero creaturæ, vt irrationabilia, ad æternam beatitudinē creatæ non sunt, & ideo de æternis bonis mereri non possūt. Sed media creatura, vt homo rationalis ratione vtens, ad summam beatitudinem creatus est, & ideo solus inter cęteras creaturas gaudia ęterno-

D. August.

ternorum bonorum mereri potest, si modo suo creatori humiliter seruit;& vt hoc homo perfecte faceret, superiores & inferiores creaturas ad suum seruitium ordinauit, vt dicit Augustinus De vera re. *Rationalis creatura si suo creatori seruiat per quem facta est, cuncta ei cetera seruiunt.* Deus enim superiores creaturas homini ad custodiam deputauit, iuxta illud Psalmi, *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Inferiores vero sibi penitus subiecit,& ideo Psal. dicit: *Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues,*&c. Et ideo positus fuit homo in medio paradisi, vt ei seruiretur à ceteris creaturis, & ipse seruiret Deo in medio inter ceteras creaturas: & ideo sicut homo accepit à Deo seruitium creaturarum, ita ipse tenetur seruire creatori. Vnde dicit Saluator, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*: sed heu quam multi sunt qui ordinem dignitatis peruertunt, de quibus dicit Apostolis, Rom. 1. *Seruierunt creaturæ potius quam creatori.* Iste seruit magis creaturę quam creatori, qui aliquam creaturam in suo amore præponit creatori: sed certe dicit Augustinus, *Percussisti Domine cor meum verbo tuo, & audiui te, sed cælum & terra & omnia quæ in eis sunt vndique mihi dicunt, vt amem te.* Melius enim seruitiũ quod Deo facere possumus est, vt ipsum amemus: quia quod perfecte amamus, illi corde quodammodo seruimus, & ideo soli Deo seruire debemus perfecto amore, & hoc docet nos omnis creatura viua voce. Vnde nota quod dicit Hugo de sancto Victore de arca Noe, *Omnis creatura loquitur nobis tribus vocibus, prima*

D. August. Psal. 90 Psal. 8. Matth. 4. Rom. 1. D. August. Hugo

vox dicit, accipe, &c. secunda, Redde. tertia, Fuge. Accipe beneficium, Redde debitum. Fuge supplicium. Prima vox est famulantis, secunda admonentis, tertia comminantis. Vox famulantis, cœlum dicit, monstro tibi diem, vt vigiles; noctem, vt pauses; Aër dicit, Vitalem flatum tibi præbeo, & omne genus auium ad tuum obsequium mitto: aqua dicit, Potum tibi præbeo, sordes purgo, arentia rigo, & diuersa genera piscium ad tuum esum ministro: terra dicit, Ego te porto, & nutrio, pane conforto, vino lętifico, omnium generũ fructu oblecto te, diuersis animalibus mensas tuas repleo. Vox admonentis, mundus dicit, Vide quomodo amauit te, qui fecit me propter te, seruio tibi quia factus sum propter te, vt seruias illi qui fecit me & te, me propter te, te propter se: si sentis beneficium redde debitum, accipe benignitatem, redde charitatem, hoc tribuit, & illud Deus exigit. Vox comminantis, Ignis dicit, A me combureris; aqua dicit, A me submergeris; terra dicit, A me absorbeberis; infernus dicit. A me deglutieris: Omnis enim creatura sicut ex conditione homini famulatur, sic & peccatoribus pro malorũ meritorum conscientia comminatur.

Secundo debemus Deo seruire tanquã pio propitiatori. Videmus n. ad sensũ quod quilibet libenter seruit illi, qui singulos suos defectus potest supplere. Nũc autẽ homo inter ceteras creaturas, multos defectus patitur, ergo necesse habet vt seruiat suo creatori humiliter, vt ex sua pietate defectus suos suppleat, quia ipse solus est, qui suis seruitoribus scit prouidere

dere de necessitatibus. Et ideo dicitur Deu. 32. *In seruis suis miserebitur.* Ratio huius est, quia Deus natura misericors est, & ideo illi misereri proprium est. Quia sicut in creaturis quælibet creatura habet aliquid quod sibi proprium est, ad quod sęper naturaliter inclinata est, sicut ridere propriũ est homini, & ideo sęper inclinatus est ad ridẽdũ. Sicut etiã videre propriũ oculi est, & ideo adhoc inclinatus est, & sic de singulis creaturis. Sic etia creatori aliquid est propriũ, ad quod semper inclinatus est, & hoc est misereri. Vnde legitur in collecta, *Deus cui proprium est misereri sęper & parcere.* Sed cũ misereri nihil aliud sit quod cõpati alienæ miseriæ, & homo sit in multis miseriis, propter multiplices defectus sibi innatos, ideo Deus sęper est inclinatus ad miserendũ, maxime sibi humiliter seruienti. Vnde nota quod sunt quatuor bona quibus Deus in vita pręsenti hominem beat ex misericordia, vt eo diligentius ei seruiret, quę homini sunt necessaria: primum est bonum naturæ, hoc bonum est anima & corpus. Et propter illud bonũ debemus Deo seruire, & in tantum propter hoc diligere sicut odiremus illum qui nos vita vel aliquo mẽbro corporis priuaret. Optimum est illud bonum, nam animam ad similitudinem suam creauit, corpus inter alia corpora creaturarũ magis disposuit, & proportionauit, & totum hominem variis virtutibus decorauit. Et illud bonum tam nobile est, vt *paruuli discedentes sine baptismo*, vt dicit Augustinus, *malint esse, quam non esse, quamuis diuina visione careant.* Secundum bonũ

Deut. 32.

D. Aug.

vocatur bonum fortunæ,&illud bonum sunt omnia visibilia quæ Deus ex sua pietate creauit homini ad suam vtilitatem & necessitatē, vt sunt ista temporalia,quorū domina est fortuna,& sunt adeo bona,vt dicit Bernardus, *Vt sine temporalibus quorum fortuna domina est, Deo seruire non possimus, sed quanto districtius tanto melius:* & ista bona dat Deus non tan tū bonis, sed etiā malis,& ratio est, quia ideo dantur bonis, ne videantur in se mala;& dantur ideo malis,ne nimis videantur bona. Interdum istis Deus priuat iustos,vt per hoc purgentur; & malos vt per hoc crucientur.Tertium bonum vocatur bonum notitiæ, & istius boni defectum patitur homo, cū enim anima sit nobilior ceteris inferioribus creaturis, minorem tamen habet notitiam in principio suæ originis,quā irrationabilia.Agnus enim statim cum nascitur cognoscit matrem,sed puer vocat omnes feminas matres,& omnes viros patres.Et huius ratio est,quia anima cum infunditur corpori,est quasi tabula rasa, in qua nihil est depictum vel descriptum. Et ideo necesse est,vt quidquid in ea describi debet, illud per exteriores imprimatur sensus. & quia illud bonum notitiæ quod maxime consistit in diuina cognitionē,non totaliter potest imprimi per sensus exteriores ipsius animæ(quia quāuis sensibilia aliqualiter nos ducant ad cognitionem Dei,non tamen perfecte nisi per ipsū Deum interius illuminemur) ideo cælestis pater ex sua pietate, ne isto tam maximo bono notitiæ priuemur,nos illuminat,quia ipse

D. Bern.

est

est lux vera quę illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. Quia sicut per lumen exterius manifestantur nobis colores omnium rerum, sic per lumen interius manifestantur nobis omnes virtutes: & illud lumē est ipsa fides quæ nos docet notitiam summi boni, & qui isto lumine non illuminatur, nunquam potest notitiam veri boni habere. Et ideo dico etiam, quod quilibet Christianus fidelis, quamuis simplex & indoctus, maiorem notitiam habet de Deo, quam aliquis Philosophus infidelis. & hoc considerans Augustinus in principio suæ conuersionis dicebat, *Surgunt indocti, & cælum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris mergimur in profundum.* Quartum bonum vocatur bonum gratiæ. Et illud bonum consistit in septem Sacramentis, in quibus nobis bonum gratiæ confertur, & collatū augmentatur. Sed tamen illud bonum procedit à Deo tanquam à principio, quemadmodum radius à sole, germen à radice, mel à flore, riuulus à fonte. Ipsa sunt vasa gratiæ ex quibus oportet haurire gratiam, tanquam medicinam nostrę salutis quæ nobis à summo medico propinatur. Cum enim medicus ille sit Deus, & homo ægrotus, medicina indigens; necessarium est vt illa medicina habeat aliquid in se, quod sit diuinum, scilicet inuisibilem gratiam, & aliquid habeat humanum, scilicet visibilē gratiæ formam, vt per visibilem Sacramentorum formam inuisibilem recipiamus gratiæ medicinam. Sed nota quod dicit Bonauentura in breuiloquio, *Quod Sacramenta dicuntur vasa gratiæ,*

D. August.

B. Bonau.

non quod gratia in eis formaliter contineatur, vel causaliter efficiatur, cum in sola anima habeat collocari, & à solo Deo habeat infundi, sed quia nullus gratiam curationis à summo medico Christo ex diuino decreto potest haurire, nisi per ipsa Sacramenta, licet suam gratiam Deus non alligauerit Sacramentis.

Tertio debemus seruire Deo sicut nostro cõsolatori. Videmus n. ad sensum quod quilibet seruit illi, & sibi complacet qui ipsum in omni tristitia consolatur. Nunc autem Deus ipse seruis suis non est solum pius miserator, sed etiam amicabilis consolator. Consolatur enim omnes, qui ei ex vero amore seruiunt.
2. Mach. 7 Vnde dicitur 2. Macha. 7. *In seruis suis consolabitur Deus.* Necesse est enim vt Deus suos consoletur seruitores. Multæ enim tribulationes & dolores adueniunt illis, qui se in seruitio Dei exercent, & in terrenis nihil consolabile quærunt. Talis fuit ille sanctus Propheta qui dicebat,
Psal 76. *Renuit consolari anima mea,* & propterea diuinam consolationem promeruit. Vnde in alio
Psal. 93 loco dicit, *Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Nemo enim potest in tantum turbari, per quascunq; passiones exteriores vel dolores, quin ipsum Deus sola consolatione possit adeo confortare, quod huiusmodi tribulationes & passiones ipsum accendunt ad maiorem dilectionẽ.
Cant. 1 Et propterea sponsa in Canti. consolationem sui dilecti comparat botro Cypri dicens. *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Botrus Cypri habet miram dulcedinẽ & validam fortitudinem, & significat influxionem diuinæ

consolationis, quæ animam super omnia reficit & fortificat. Engaddi est locus vbi vites crescunt inter arbores & arbusculos balsamites, balsamum purum stillantes, & significat homines puros, qui consolatione & amore terrenorũ non sunt contaminati nec permixti. Et ideo semper diuina consolatione & amore reficiuntur, in tantum vt etiam in istis terrenis consolari renuant. Vnde dicit Bern: *Tua Iesu dilectio est grata mentis refectio, replens sine fastidio, dans famem desiderio.* Et ideo tales minime curant terrenam consolationem, quia diuina consolatio quam diuinus amor animæ infundit, non permittit hominem Deo seruientem perfecte in aliqua tribulatione desperare, quia nec omnes tribulationes possunt charitatem vnius hominis, diuina consolatione roboratam & refectam, extinguere. Vnde dicitur in Canti. *Aquæ multa,* id est, tribulationes multæ) *non poterunt extinguere charitatem.* Ratio huius est, quia omnis res ad præsentiam illius quod sibi contrarium est magis excitatur, & fortius resistit: sicut videmus quando ignis aspergitur aqua, quod tunc magis incalescit. Et ideo faber, quando in ignem ponit ferrũ, tunc ipsum aqua perfundit, quia dum aquam quæ sibi contraria est sentit, magis incalescit: sic homo diuina consolatione accensus, quãuis varias passiones & tribulationes sustineat, tamen ex hoc fortius in diuino amore accenditur, & tribulationibus contrarijs resistit.

D. Bern.

Cant. 8

Quarto debemus Deo seruire tamquã æterno remuneratori. Videmus enim adsensum

quod serui libenter seruiunt illi Domino, à quo bonam mercedem expectant. Nunc autem merces quam Deus suis seruitoribus solet dare, qui sibi ex vero amore seruiunt, non est temporalis, nec transitoria, sed durabilis & æterna. Vnde dicitur Eccl. 18. *Merces Dei manet in æternum*. Ista merces est illud summum bonum æternorum gaudiorum, quod datur vnicuique fideli seruo, ex vero amore Deo seruienti, non ex timore vel cōmodo. Qui enim perfectus est in diuino amore Deo non seruit ex timore, quia charitas foris mittit timorē, nisi aliquando filialem habeat timorem, quādmodum filius timet patrē ne ipsum offendat: & iste timor prouenit ex vero amore. Et ideo dicitur in Canti. *Recti diligunt te*, id est recto amore seruiunt tibi, quia etiam perfectus in amore non seruit Deo propter commodum, (quia charitas non quęrit quę sua sunt, sed quę Iesu Christi) nec intuetur præmiū quia non sine pręmio diligitur Deus. Qui ergo Deo perfecte vult seruire, debet esse perfectus in amore eius, nec seruire ex timore nec ratione cōmodi. Et ideo nota quod dicit Anselmus in libro de similitudinibus, quod *Deo tribus de causis homines seruiunt, timore, commodo, & amore*. Sunt namque nonnulli, qui si pœnas inferni non esse scirent, nulla repromissione æternorum bonorum à suis voluptatibus çessarent, qui licet pœnas illorum qui Deum minime verentur euadant, tamen plenam retributionē non inueniunt. Alij Deo seruiunt vt magnum inde commodum habeant, siue in præsenti vita, siue

Cant. 1

B. Ansel.

ſiue in futura, quibus Deus poteſt dicere ex ratione, Gratia cõmodi vos mea mandata ſeruaſtis, nõ quia me præſentem diligebatis, ſed quia à me lucrari volebatis: ſicut illi qui Regi ſeruiunt, non quia regem ament, ſed quia donaria diligunt. Alij ſunt qui vere Deum diligũt, & ſolo eius amore præcepta illius cuſtodiunt. Iſti perfecte & legaliter Deo ſeruiunt, ac bonã & perfectã mercedẽ acquirũt. Qui ergo vult perfectã mercedẽ à Deo recipere, ſeruiat Deo ex vero amore, quia tali dicit Saluator. *Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui.* Quod nobis præſtare dignetur, &c. Matth. 25

Dominica VIII. poſt Pentecoſten.

SERMO XLIII.

SI *ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, &c. Rom. 8. Bonus medicus frequenter infirmũ monet, vt ab illicitis abſtineat, quatenus ſanitatem eo melius conſequatur: ſic animarum medicus Beatus Paulus, vt non ſolum ſanitatem, ſed vitam æternam conſequamur, vt carnalia deſideria, & ea quæ libent ſecundum carnem, deſeramus & deſtruamus, nos inuitat in verbo propoſito cum dicit, *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Circa quod verbum ad noſtram doctrinam eſt ſciendũ, quod quatuor ſunt quæ in homine oſtendũt vitam ſpiritualem vel perfectionem ſpiritus. Rom. 8

Primum eſt turpium vitiorũ mortificatio.

Vide-

quod serui libenter seruiunt illi Domino, à quo bonam mercedem expectant. Nunc autem merces quam Deus suis seruitoribus solet dare, qui sibi ex vero amore seruiunt, non est temporalis, nec transitoria, sed durabilis & æterna. Vnde dicitur Eccl. 18. *Merces Dei manet in æternum*. Ista merces est illud summum bonum æternorum gaudiorum, quod datur vnicuique fideli seruo, ex vero amore Deo seruienti, non ex timore vel cōmodo. Qui enim perfectus est in diuino amore Deo non seruit ex timore, quia charitas foris mittit timorē, nisi aliquando filialem habeat timorem, quādmodum filius timet patrē ne ipsum offendat: & iste timor prouenit ex vero amore. Et
Cant. 1 ideo dicitur in Canti. *Recti diligunt te*, id est recto amore seruiunt tibi, quia etiam perfectus in amore non seruit Deo propter commodum, (quia charitas non quęrit quę sua sunt, sed quę Iesu Christi) nec intuetur præmiū quia non sine pręmio diligitur Deus. Qui ergo Deo perfectè vult seruire, debet esse perfectus in amore eius, nec seruire ex timore nec ratione cō-
B. Ansel modi. Et ideo nota quod dicit Anselmus in libro de similitudinibus, quod *Deo tribus de causis homines seruiunt, timore, commodo, & amore*. Sunt namque nonnulli, qui si pœnas inferni non esse scirent, nulla repromissione æternorum bonorum à suis voluptatibus cessarent, qui licet pœnas illorum qui Deum minime verentur euadant, tamen plenam retributionē non inueniunt. Alij Deo seruiunt vt magnum inde commodum habeant, siue in præsenti vita,
siue

siue in futura, quibus Deus potest dicere ex ratione, Gratia cõmodi vos mea mandata seruastis, nõ quia me præsentem diligebatis, sed quia à me lucrari volebatis: sicut illi qui Regi seruiunt, non quia regem ament, sed quia donaria diligunt. Alij sunt qui vere Deum diligũt, & solo eius amore præcepta illius custodiunt. Isti perfecte & legaliter Deo seruiunt, ac bonã & perfectã mercedẽ acquirũt. Qui ergo vult perfectã mercedẽ à Deo recipere, seruiat Deo ex vero amore, quià tali dicit Saluator. *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Quod nobis præstare dignetur, &c. Matth. 25

Dominica VIII. post Pentecosten.

SERMO XLIII.

SI *spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, &c. Rom. 8. Bonus medicus frequenter infirmũ monet, vt ab illicitis abstineat, quatenus sanitatem eo melius consequatur: sic animarum medicus Beatus Paulus, vt non solum sanitatem, sed vitam æternam consequamur, vt carnalia desideria, & ea quæ libent secundum carnem, deseramus & destruamus, nos inuitat in verbo proposito cum dicit, *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod quatuor sunt quæ in homine ostendũt vitam spiritualem vel perfectionem spiritus. Rom. 8

Primum est turpium vitiorũ mortificatio.

Vide-

Videmus enim, quod granum in terra proiectum non viuificatur ad fructificandum, nisi prius moriatur, sic nisi caro, à qua motus vitiorum procedunt castigetur, & in seruitutē spiritus redigatur, spiritus ad fructum æternū faciendum non viuificatur: & hæc quidē carnis mortificatio est initiū perfectionis. Nam sicut initium imperfectionis fuit quando primo spiritus obediuit concupiscentiis carnis, sicut patet in primis parentibus, à quibus ista imperfectio primam originem habet, quia si spiritus concupiscentiis carnis non obediuisset, per esum pomi vetiti, nec ipse nec suæ posteritates ex tunc, in hanc miseriam vel miseram seruitutem cecidissent, nec spiritus carni obediuisset. Nam sic erant ex diuina voluntate ordinati in statu innocentiæ, si secundum spiritum Deo obediuissent, & concupiscentiis carnis non consensissent, numquam inter spiritū & carnē de cetero ista rebellio facta fuisset, de qua dicit Apostolus, Gala 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*, & iterū Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*, & quia dignitas humanæ conditionis sic ignobilitata est & vitiata, ideo magna diligentia ad hoc requiritur, quomodo hanc carnem sibi subiiciat, & in seruitutē spiritus redigat, sed quia hoc difficile est, idcirco necessario requiritur mortificatio carnis, non quod natura destruatur, sed quod vitia carnis per debitam castigationem pœnitentiæ destruantur. Sic faciebat Apostolus quando dicebat, *Castigo corpus meum & in*

Galat. 5

Rom. 7

seruitutem redigo, 1. Corint. 9. ita scilicet, vt spiritui seruiat, quia dicit Augustinus super Ioan. *Recta domus est, vbi vir imperat & femina obtemperat. Ille rectus est homo, in quo spiritus imperat & caro seruit.* Hoc enim initialis perfectionis testimonium est, vt caro spiritui per omnia seruiat, nec sibi in aliquo bono resistat, per hoc enim vita spiritualis inchoatur, perficitur, & consummatur. Vnde dicitur Roma. 8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, hic quidem per gratiam & in futuro per gloriam, vbi nulla erit rebellio inter spiritum & carnem, quia ibi cessabit motus carnalium affectionum, quia tunc corpus nostrum erit alterius gloriæ, quia non erit corruptibile, sed induet stolam incorruptionis & immortalitatis, vt dicit Apostolus Rom. 7. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et respondet statim sine medio, *gratia Dei per Iesum Christum.*

1. Cor. 9.
D. August.
Rom. 8.
Rom. 7.

Secundũ quod in homine ostendit perfectionem spiritus, vel vitam perfectam spiritualem, est terrestrium solatiorum amaricatio. Videmus enim quod quælibet creatura repletur amaritudine, quando à sua connaturali dulcedine separatur, sicut apparet de pisce extra aquã, de talpa extra terram: spiritus verò humanus ita est, quia à Deo & ad Deũ est creatus, iuxta illud Eccles. 12. *Et spiritus redeat ad Dominũ qui dedit illũ.* Ideo in istis terrenis solatiis plene cõsolari non potest, immo inquietus & repletus amaritudine manet, donec redeat ad illũ à quo creatus est. Vnde dicit Augustinus, *Domine fecisti nos ad te & inquietum est cor nostrum, donec*

Eccl. 12.

nec redeat ad te. Et hoc considerans Psalmographus in terrenis creaturis renuit consolari, dicens, *Rennuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum.* Nec mirũ; memoria enim Dei super omnia dulcis, & ideo solatia creaturarũ respectu eius memoriæ, amaritudines sunt: signum ergo perfectionis quod homo secundum spiritum viuit est, quod totum desideriũ suum in Deo fixum est, à quo & ad quem creatus est, tanquam ad patrem; & totum mundũ cum suis solatiis exilium reputat, & quod sibi propter amorem & desiderium patriæ amaritudo amarissima est; quia dicit Augustinus, *Amator patriæ amarum habet delitiosum exilium.* Sed tale desiderium & amorem non habent illi, qui secundum carnem terrena solatia quærunt, sed tantũ illi qui secundum spiritum ea quæ sursum sunt quęrunt non quæ super terram. Vnde dicit Apostolus, *Qui secundum carnem sunt, ea quæ carnis sunt sapiunt: qui autem secundum spiritum sunt, ea quæ spiritus sunt sentiunt.* & ratio istius est quia raro terrestris naturæ est, & in terrenis solatiis siue delitiis nutritur: sed spiritus de supernis est & cælestis naturæ, ideo vnumquodque istorum trahit aliud ad suam naturam. Caro trahit spiritũ ad solatia & delitias terrenorum: spiritus autem trahit carnem ad solatia & delitias cælestium bonorum, quæ sursũ sunt, vbi spiritus est semper erigendus. Vnde nota quod debemus spiritum nostrum erigere ad cælum, propter tria. Primo quia ibi est pater noster. Vnde in oratione dominica dicimus. *Pater noster qui es in cælis,* quam Christus docuit

Psal. 78.
D. August.
Rom
Matth. 6

docuit. Ad istum ergo patrem debemus erigere spiritum nostrũ, vt nobis cælestia bona conferat. Abipso enim faciliter obtinetur quidquid ab eo petitur, nam diues & largus est in domo sua. Et ideo de Christo dicit sponsa in Canti. *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ Hyacinthis*. Tornatura inter alias artes prõptior est. Manus ergo cęlestis Patris dicũtur tornatiles, quia faciles sunt ad dãdum sicut res tornatilis facillime voluitur. Dicuntur etiam ideo tornatiles, quia promptæ sunt ad dandum, sicut tornatura ceteris artibus promptior est: manus etiam eius dicuntur aureę, quia pretiosa dat dona non vilia: dicuntur etiam plenę, quia affluentissima dat dona. Sed specialiter Hyacinthis plenæ, quia dat cælestia dona, Hyacinthus enim cælestẽ colorem habet. Pater ergo noster dat faciliter & prompte, quia manus habet tornatiles: dat pretiosa dona, quia manus habet aureas: dat satis, quia manus habet plenas: dat spiritualiter dona cælestia, quia manus habet hyacinthis plenas. Erigamus ergo spiritum nostrum ad cælestem patrem nostrum, & petamus ab ipso dona cælestia, & sine dubio cum illis dabit nobis alia bona & dona, Vnde dicit Saluator, *Primum quærite regnũ Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis*, id est, omnia dona quæ sunt de primis intentionibus nostris. Secundo debemus spiritum nostrum ad cælũ erigere, quia ibi est patria nostra, & quilibet tendit ad patriam suam, & ibi libenter moratur, *Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus*, dicit Apostolus, & Matth. 6. Heb. 13.

vox dicit, accipe, &c. secunda, Redde. tertia, Fuge. Accipe beneficium, Redde debitum. Fuge supplicium. Prima vox est famulantis, secunda admonentis, tertia comminantis. Vox famulantis, cœlum dicit, monstro tibi diem, vt vigiles; noctem, vt pauses; Aër dicit, Vitalem flatum tibi præbeo, & omne genus auium ad tuum obsequium mitto: aqua dicit, Potum tibi præbeo, sordes purgo, arentia rigo, & diuersa genera piscium ad tuum esum ministro: terra dicit, Ego te porto, & nutrio, pane conforto, vino lętifico, omnium generũ fructu oblecto te, diuersis animalibus mensas tuas repleo. Vox admonentis, mundus dicit, Vide quomodo amauit te, qui fecit me propter te, seruio tibi quia factus sum propter te, vt seruias illi qui fecit me & te, me propter te, te propter se: si sentis beneficium redde debitum, accipe benignitatem, redde charitatem, hoc tribuit, & illud Deus exigit. Vox comminantis, Ignis dicit, A me combureris; aqua dicit, A me submergeris; terra dicit, A me absorbeberis; infernus dicit. A me deglutieris: Omnis enim creatura sicut ex conditione homini famulatur, sic & peccatoribus pro malorũ meritorum conscientia comminatur.

Secundo debemus Deo seruire tanquã pio propitiatori. Videmus n. ad sensũ quod quilibet libenter seruit illi, qui singulos suos defectus potest supplere. Nũc autẽ homo inter cęteras creaturas, multos defectus patitur, ergo necesse habet vt seruiat suo creatori humiliter, vt ex sua pietate defectus suos suppleat, quia ipse solus est, qui suis seruitoribus scit prouidere

dere de necessitatibus. Et ideo dicitur Deu. 32. *In seruis suis miserebitur.* Ratio huius est, quia Deus natura misericors est, & ideo illi misereri prępriũ est. Quia sicut in creaturis quęlibet creatura habet aliquid quod sibi proprium est, ad quod sẽper naturaliter inclinata est, sicut ridere propriũ est homini, & ideo sẽper inclinatus est ad ridẽdũ. Sicut etiã videre propriũ oculi est, & ideo adhoc inclinatus est, & sic de singulis creaturis. Sic etiã creatori aliquid est propriũ, ad quod semper inclinatus est, & hoc est misereri. Vnde legitur in collecta, *Deus cui propriũ est misereri sẽper & parcere.* Sed cũ misereri nihil aliud sit quod cõpati alienæ miseriæ, & homo sit in multis miseriis, propter multiplices defectus sibi innatos, ideo Deus sẽper est inclinatus ad miserendũ, maxime sibi humiliter seruienti. Vnde nota quod sunt quatuor bona quibus Deus in vita pręsenti hominem beat ex misericordia, vt eo diligentius ei seruiret, quę homini sunt necessaria: primum est bonum naturæ, hoc bonum est anima & corpus. Et propter illud bonũ debemus Deo seruire, & in tantum propter hoc diligere sicut odiremus illum qui nos vita vel aliquo menbro corporis priuaret. Optimum est illud bonum, nam animam ad similitudinem suam creauit, corpus inter alia corpora creaturarũ magis disposuit, & proportionauit, & totum hominem variis virtutibus decorauit. Et illud bonum tam nobile est, vt *paruuli discedentes sine baptismo,* vt dicit Augustinus, *malint esse, quam non esse, quamuis diuina visione careant.* Secundum bonũ

Deut. 32.

D. Augus.

Gg4 voca-

vocatur bonum fortunæ,&illud bonum sunt omnia visibilia quæ Deus ex sua pietate creauit homini ad suam vtilitatem & necessitatē, vt sunt ista temporalia,quorū domina est fortuna,& sunt adeo bona,vt dicit Bernardus, *Vt sine temporalibus quorum fortuna domina est, Deo seruire non possimus, sed quanto districtius tanto melius:* & ista bona dat Deus non tan tū bonis, sed etiā malis,& ratio est, quia ideo dantur bonis, ne videantur in se mala;& dantur ideo malis,ne nimis videantur bona. Interdum istis Deus priuat iustos,vt per hoc purgentur; & malos vt per hoc crucientur.Tertium bonum vocatur bonum notitiæ, & istius boni defectum patitur homo, cū enim anima sit nobilior ceteris inferioribus creaturis, minorem tamen habet notitiam in principio suæ originis,quā irrationabilia.Agnus enim statim cum nascitur cognoscit matrem,sed puer vocat omnes feminas matres,& omnes viros patres.Et huius ratio est,quia anima cum infunditur corpori,est quasi tabula rasa, in qua nihil est depictum vel descriptum. Et ideo necesse est,vt quidquid in ea describi debet , illud per exteriores imprimatur sensus . & quia illud bonum notitiæ quod maxime consistit in diuina cognitionē,non totaliter potest imprimi per sensus exteriores ipsius animæ(quia quāuis sensibilia aliqualiter nos ducant ad cognitionem Dei,non tamen perfecte nisi per ipsū Deum interius illuminemur) ideo cælestis pater ex sua pietate, ne isto tam maximo bono notitiæ priuemur,nos illuminat,quia ipse

D.Bern.

est

eſt lux vera quę illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. Quia ſicut per lumen exterius manifeſtantur nobis colores omnium rerum, ſic per lumen interius manifeſtantur nobis omnes virtutes: & illud lumē eſt ipſa fides quæ nos docet notitiam ſummi boni, & qui iſto lumine non illuminatur, nunquam poteſt notitiam veri boni habere. Et ideo dico etiam, quod quilibet Chriſtianus fidelis, quamuis ſimplex & indoctus, maiorem notitiam habet de Deo, quam aliquis Philoſophus infidelis. & hoc conſiderans Auguſtinus in principio ſuæ conuerſionis dicebat, *Surgunt indocti, & cælum rapiunt: & nos cum doctrinis noſtris mergimur in profundum.* Quartum bonum vocatur bonum gratiæ. Et illud bonum conſiſtit in ſeptem Sacramentis, in quibus nobis bonum gratiæ confertur, & collatū augmentatur. Sed tamen illud bonum procedit à Deo tanquam à principio, quemadmodum radius à ſole, germen à radice, mel à flore, riuulus à fonte. Ipſa ſunt vaſa gratiæ ex quibus oportet haurire gratiam, tanquam medicinam noſtrę ſalutis quæ nobis à ſummo medico propinatur. Cum enim medicus ille ſit Deus, & homo ægrotus, medicina indigens; neceſſarium eſt vt illa medicina habeat aliquid in ſe, quod ſit diuinum, ſcilicet inuiſibilem gratiam, & aliquid habeat humanum, ſcilicet viſibilē gratiæ formam, vt per viſibilem Sacramentorum formam inuiſibilem recipiamus gratiæ medicinam. Sed nota quod dicit Bonauentura in breuiloquio, *Quod Sacramenta dicuntur vaſa gratiæ,* non

D. Auguſt.

B. Bonau.

non quod gratia in eis formaliter contineatur, vel causaliter efficiatur, cum in sola anima habeat collocari, & à solo Deo habeat infundi, sed quia nullus gratiam curationis à summo medico Christo ex diuino decreto potest haurire, nisi per ipsa Sacramenta, licet suam gratiam Deus non alligauerit Sacramentis.

Tertio debemus seruire Deo sicut nostro cōsolatori. Videmus n. ad sensum quod quilibet seruit illi, & sibi complacet qui ipsum in omni tristitia consolatur. Nunc autem Deus ipse seruis suis non est solum pius miserator, sed etiam amicabilis consolator. Consolatur enim omnes, qui ei ex vero amore seruiunt.
2. Mach. 7 Vnde dicitur 2. Macha. 7. *In seruis suis consolabitur Deus.* Necesse est enim vt Deus suos consoletur seruitores. Multæ enim tribulationes & dolores adueniunt illis, qui se in seruitio Dei exercent, & in terrenis nihil consolabile quærunt. Talis fuit ille sanctus Propheta qui dice-
Psal. 76. bat, *Renuit consolari anima mea,* & propterea diuinam consolationem promeruit. Vnde in alio
Psal. 93 loco dicit, *Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Nemo enim potest in tantum turbari, per quascunq; passiones exteriores vel dolores, quin ipsum Deus sola consolatione possit adeo confortare, quod huiusmodi tribulationes & passiones ipsum accendunt ad maiorem dilectionē.
Cant. 1 Et propterea sponsa in Canti. consolationem sui dilecti comparat botro Cypri dicens. *Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Botrus Cypri habet miram dulcedinē & validam fortitudinem, & significat influxionem diuinæ

co nso

consolationis, quæ animam super omnia reficit & fortificat. Engaddi est locus vbi vites crescunt inter arbores & arbusculos balsamites, balsamum purum stillantes, & significat homines puros, qui consolatione & amore terrenorũ non sunt contaminati nec permixti. Et ideo semper diuina consolatione & amore reficiuntur, in tantum vt etiam in istis terrenis consolari renuant. Vnde dicit Bern. *Tua Iesu dilectio est grata mentis refectio, replens sine fastidio, dans famem desiderio.* Et ideo tales minime curant terrenam consolationem, quia diuina consolatio quam diuinus amor animæ infundit, non permittit hominem Deo seruientem perfecte in aliqua tribulatione desperare, quia nec omnes tribulationes possunt charitatem vnius hominis, diuina consolatione roboratam & refectam, extinguere. Vnde dicitur in Canti. *Aquæ multæ,* id est, tribulationes multæ) *non poterunt extinguere charitatem.* Ratio huius est, quia omnis res ad præsentiam illius quod sibi contrarium est magis excitatur, & fortius resistit: sicut videmus quando ignis aspergitur aqua, quod tunc magis incalescit. Et ideo faber, quando in ignem ponit ferrũ, tunc ipsum aqua perfundit, quia dum aquam quæ sibi contraria est sentit, magis incalescit: sic homo diuina consolatione accensus, quãuis varias passiones & tribulationes sustineat, tamen ex hoc fortius in diuino amore accenditur, & tribulationibus contrarijs resistit.

D. Bern.

Cant. 8

Quarto debemus Deo seruire tamquã æterno remuneratori. Videmus enim ad sensum

quod

quod serui libenter seruiunt illi Domino, à quo bonam mercedem expectant. Nunc autem merces quam Deus suis seruitoribus solet dare, qui sibi ex vero amore seruiunt, non est temporalis, nec transitoria, sed durabilis & æterna. Vnde dicitur Eccl. 18. *Merces Dei manet in æternum*. Ista merces est illud summum bonum æternorum gaudiorum, quod datur vnicuique fideli seruo, ex vero amore Deo seruienti, non ex timore vel cōmodo. Qui enim perfectus est in diuino amore Deo non seruit ex timore, quia charitas foris mittit timorē, nisi aliquando filialem habeat timorem, quādmodum filius timet patrē ne ipsum offendat: & iste timor prouenit ex vero amore. Et
Cant. 1 ideo dicitur in Canti. *Recti diligunt te*, id est recto amore seruiunt tibi, quia etiam perfectus in amore non seruit Deo propter commodum, (quia charitas non quęrit quę sua sunt, sed quę Iesu Christi) nec intuetur præmiū quia non sine pręmio diligitur Deus. Qui ergo Deo perfecte vult seruire, debet esse perfectus in amore eius, nec seruire ex timore nec ratione cō-
B. Ansel modi. Et ideo nota quod dicit Anselmus in libro de similitudinibus, quod *Deo tribus de causis homines seruiunt, timore, commodo, & amore*. Sunt namque nonnulli, qui si pœnas inferni non esse scirent, nulla repromissione æternorum bonorum à suis voluptatibus cessarent, qui licet pœnas illorum qui Deum minime verentur euadant, tamen plenam retributionē non inueniunt. Alij Deo seruiunt vt magnum inde commodum habeant, siue in præsenti vita,
siue

siue in futura, quibus Deus potest dicere ex ratione, Gratia cõmodi vos mea mandata seruastis, nõ quia me præsentem diligebatis, sed quia à me lucrari volebatis: sicut illi qui Regi seruiunt, non quia regem ament, sed quia donaria diligunt. Alij sunt qui vere Deum diligũt, & solo eius amore præcepta illius custodiunt. Isti perfecte & legaliter Deo seruiunt, ac bonã & perfectã mercedẽ acquirũt. Qui ergo vult perfectã mercedẽ à Deo recipere, seruiat Deo ex vero amore, quià tali dicit Saluator. *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Quod nobis præstare dignetur, &c. Matth. 25

Dominica VIII. post Pentecosten.

SERMO XLIII.

SI spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, &c. Rom. 8. Bonus medicus frequenter infirmũ monet, vt ab illicitis abstineat, quatenus sanitatem eo melius consequatur: sic animarum medicus Beatus Paulus, vt non solum sanitatem, sed vitam æternam consequamur, vt carnalia desideria, & ea quæ libent secundum carnem, deseramus & destruamus, nos inuitat in verbo proposito cum dicit, *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod quatuor sunt quæ in homine ostendũt vitam spiritualem vel perfectionem spiritus. Rom. 8.

Primum est turpium vitiorũ mortificatio. Vide-

Videmus enim, quod granum in terra proiectum non viuificatur ad fructificandum, nisi prius moriatur, sic nisi caro, à qua motus vitiorum procedunt castigetur, & in seruitutẽ spiritus redigatur, spiritus ad fructum æternũ faciendum non viuificatur: & hæc quidẽ carnis mortificatio est initiũ perfectionis. Nam sicut initium imperfectionis fuit quando primo spiritus obediuit concupiscentiis carnis, sicut patet in primis parentibus, à quibus ista imperfectio primam originem habet, quia si spiritus concupiscentiis carnis non obediuisset, per esum pomi vetiti, nec ipse nec suæ posteritates ex tunc, in hanc miseriam vel miseram seruitutem cecidissent, nec spiritus carni obediuisset. Nam sic erant ex diuina voluntate ordinati in statu innocentiæ, si secundum spiritum Deo obediuissent, & concupiscentiis carnis non consensissent, numquam inter spiritũ & carnẽ de cetero ista rebellio facta fuisset, de qua dicit Apostolus, Gala. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem*, & iterũ Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*, & quia dignitas humanæ conditionis sic ignobilitata est & vitiata, ideo magna diligentia ad hoc requiritur, quomodo hanc carnem sibi subiiciat, & in seruitutẽ spiritus redigat, sed quia hoc difficile est, idcirco necessario requiritur mortificatio carnis, non quod natura destruatur, sed quod vitia carnis per debitam castigationem pœnitentiæ destruantur. Sic faciebat Apostolus quando dicebat, *Castigo corpus meum*

& in

Galat. 5

Rom. 7

seruitutem redigo, 1.Corint.9. ita scilicet, vt spiritui seruiat, quia dicit Augustinus super Ioan. *Recta domus est, vbi vir imperat & femina obtemperat. Ille rectus est homo, in quo spiritus imperat & caro seruit.* Hoc enim initialis perfectionis testimonium est, vt caro spiritui per omnia seruiat, nec sibi in aliquo bono resistat, per hoc enim vita spiritualis inchoatur, perficitur, & consummatur. Vnde dicitur Roma.8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*, hic quidem per gratiam & in futuro per gloriam, vbi nulla erit rebellio inter spiritum & carnem, quia ibi cessabit motus carnalium affectionum, quia tunc corpus nostrum erit alterius gloriæ, quia non erit corruptibile, sed induet stolam incorruptionis & immortalitatis, vt dicit Apostolus Rom. 7. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et respondet statim sine medio, *gratia Dei per Iesum Christum.*

1. Cor. 9.
D. August.
Rom. 8.
Rom. 7.

Secundũ quod in homine ostendit perfectionem spiritus, vel vitam perfectam spiritualem, est terrestrium solatiorum amaricatio. Videmus enim quòd quælibet creatura repletur amaritudine, quando à sua connaturali dulcedine separatur, sicut apparet de pisce extra aquã, de talpa extra terram: spiritus verò humanus ita est, quia à Deo & ad Deũ est creatus, iuxta illud Eccles. 12. *Et spiritus redeat ad Dominũ qui dedit illũ.* Ideo in istis terrenis solatiis plene cõsolari non potest, immo inquietus & repletus amaritudine manet, donec redeat ad illũ à quo creatus est. Vnde dicit Augustinus, *Domine fecisti nos ad te & inquietum est cor nostrum, do-*

Eccl. 12.

nec

docuit. Ad istum ergo patrem debemus erigere spiritum nostrū, vt nobis cælestia bona conferat. Ab ipso enim faciliter obtinetur quidquid ab eo petitur, nam diues & largus est in domo sua. Et ideo de Christo dicit sponsa in Canti. *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ Hyacinthis*. Tornatura inter alias artes promptior est. Manus ergo cęlestis Patris dicūtur tornatiles, quia faciles sunt ad dādum sicut res tornatilis facillime voluitur. Dicuntur etiam ideo tornatiles, quia promptæ sunt ad dandum, sicut tornatura ceteris artibus promptior est: manus etiam eius dicuntur aureę, quia pretiosa dat dona non vilia: dicuntur etiam plenę, quia affluentissima dat dona. Sed specialiter Hyacinthis plenæ, quia dat cælestia dona, Hyacinthus enim cæleste colorem habet. Pater ergo noster dat faciliter & prompte, quia manus habet tornatiles: dat pretiosa dona, quia manus habet aureas: dat satis, quia manus habet plenas: dat spiritualiter dona cælestia, quia manus habet hyacinthis plenas. Erigamus ergo spiritum nostrum ad cælestem patrem nostrum, & petamus ab ipso dona cælestia, & sine dubio cum illis dabit nobis alia bona & dona, Vnde dicit Saluator, *Primum quærite regnū Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis*, id est, omnia dona quæ sunt de primis intentionibus nostris. Secundo debemus spiritum nostrum ad cælū erigere, quia ibi est patria nostra, & quilibet tendit ad patriam suam, & ibi libenter moratur, *Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futuram inquirimus*, dicit Apostolus, & Matth. 6. Heb. 13.

lis, & ideo *Quam diu sumus in hoc mundo peregrinamur à Domino*. Vnde spiritus semper est erigendus, spiritus enim naturaliter tendit sursum. Et hoc figura hominis ostendit, quia inter omnia animalia homo habet corpus erectum propter spiritum, qui semper tendit sursum.

D. August. Vnde dicit Augustinus contra Manichęos, *Omnium animalium corpora quæ in aquis sunt siue in terris viuunt, inclinata sunt in terram, & non sunt erecta sicut hominis corpus: quo figuratum est animam nostram in superiora erectam esse debere*. Erigamus ergo spiritũ nostrum ad illam cælestem patriam ad quam creati sumus, & suspiremus de prolongatione

Psal. 119 nostri incolatus, cum Propheta dicente, *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est*. Vnde etiam dicit Augustinus, *O ciuitas sancta Ierusalem, domus luminosa, ad te suspirat peregrinatio mea*. Tertio debemus erigere spiritum nostrũ ad cælũ, quia

D. August. est locus quietis nostræ. Vnde dicit August. *Circuiui in mente mea & non inueni locum animæ meæ, nisi in te Deus meus*, & quia Deus est locus proprius animæ, ideo quiescere non potest nisi in illo: quælibet enim res quiescit in loco sibi connaturali & proportionato. sicut enim cera impressa clarissimo sigillo nonhabet locũ sibi proportionatũ in aliquo alio sigillo, nisi eidem cuius figuram in se habet reimprimatur, ibi enim quiescit: sic etiam spiritus humanus siue anima non habet locum quietum in his terrenis creaturis, nisi reuertatur ad illum ad cuius imaginem & similitudinem est creata. & istud bene figuratum est per columbam

Gen. 8 Noe quam emisit ab arca, sed quia *non inuenit*

terram

locum, vbi pes eius posset quiescere, reuersa est ad Noe. Sic ſpiritus noſter qui emiſſus eſt à vero Noe, id eſt, Chriſto, non inuenit locum in creaturis, vbi poteſt quieſcere pes amoris, niſi reuertatur ad Noe qui interpretatur requies, id eſt, Chriſtum, in quo eſt vera requies ſpiritus noſtri, & non alibi: ideo dicit Grego. *Animæ diligenti Deum, angusta est omnis creatura, & ideo etiam in ipsis non potest quiescere*. Amor enim cum ſurſũ virtutem actiuam habeat, ſemper fert ſurſum animam, vt in ſolo Deo requieſcat. Vnde dicit Auguſt. *Hoc quod pondus agit in corporibus, amor agit in spiritibus: nam ponderibus suis agunt omnia, & loca sua quærunt. Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror.* D. Gregor. D. Augusti.

Tertium quod in homine oſtendit perfectionem ſpiritus vel perfectam vitam ſpiritualem, eſt ſpiritualium bonorum exercitatio. Videmus enim in operariis quod ex frequentibus eorum actibus perfectio magiſterij in eis acquiritur & augmentatur, ſimiliter ſi homo in perfectione ſui ſpiritus cupit viuere, debet in virtuoſis operibus ſe exercere, & ideo dicit Apoſtolis Gal. 5. *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* Spiritu ambulare nihil aliud eſt quam de vna virtute proficere in aliã, quia virtutes ſunt quædã ſpirituales perfectiones ſpiritus, quæ ipſum perfectum faciunt. Quia ſicut ſemina ſeminata in terra continue per calorem ſolis creſcunt, donec perfectum fructum producant: ſic ſemina virtutũ naturaliter ſpiritui rationali inſerta & complantata, per feruorem charitatis continue debent in Galat. 5.

 ipſo

ipso crescere, donec fructum perfectionis in ipso producant. Nec tamen sic est intelligendum, quod virtutes sint innatæ spiritui humano à natura, quia si hoc esset, tunc homo nō posset flecti ad vitia, quæ virtutibus sunt contraria. Quia dicit Philosophus primo Ethi. *Quod alicui rei innatum est à natura, non assuescit in contrarium.* Videmus enim in lapide, quod non potest assuesci ferri sursum propter grauitatē sibi innatam à natura, quia omne graue tendit naturaliter deorsum. Nec etiam ignis potest assuescere ferri deorsum, propter leuitatē sibi naturaliter innatam, quia omne leue naturaliter tendit sursum, & ideo si virtutes essent nobis innatæ à natura, tunc non possemus assuesci fieri virtuosi vel vitiosi, sed sunt quodammodo spiritui nostro insertæ, & conplantatæ à Deo ex naturali inclinatione, mediante qua, se homo disponere potest ad earū susceptionem, vt idē dicit philosophus tertio Ethi. Neque natura neque prҿter naturā fiunt virtutes, sed innatum est nobis suscipere eas, sed quia virtutes sic sunt spiritui nostro innatæ & insertæ ex inclinatione naturali, ideo maxima pars suæ perfectionis in hoc consistit, vt in ipso per spirituale exercitium pullulent & fructificent. Quamobrem etiam Apostolus ad Galat. 5. appellat virtutes illas XII. quas ibi enumerat, fructus spiritus, quia per eas spiritus fructum suę perfectionis acquirit. Sed quia isti fructus spiritus sine dulcore Spiritus sancti sunt amari Christo, qui in nostris virtutibus tamquam fructibus dulciter reficitur,

Aristot.

Galat. 5

citur; ideo necesse est vt suum dulcorem à Spiritus sancti dulcedine sumant, qui omnia in nobis facit dulcia, & ideo dicit Sapiens, *O quam suauis est Domine spiritus tuus in nobis*, id est, in spiritu rationali. Nam propter nimiam dulcedinem quam operatur in spiritu nostro rationali, ipsa sponsa in Canti. ipsum dulciter inuitat dicens, *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Sap. 12

Quartũ quod ostendit perfectionẽ spiritus vel vitã perfectã est virium ordinatio. Videmus n. quod quãdo exercitus bene ordinatur, frequenter triumphans conseruatur. & non perditur. Consimiliter viribus nostris bene ordinatis, omnia bene ordinantur in homine, quando subiiciuntur voluntati rationali, Quia dicit Anselmus, quod *voluntas rationalis est Domina in regno animæ, cui omnes aliæ potentiæ obedientiã faciunt.* & ipsa voluntas subiicitur soli Deo, vt illi soli seruiat, & vt Deus in ipsa possit operari quidquid voluerit. & idem Anselmus dicit, *Omnis voluntas rationalis creaturæ debet esse subiecta voluntati Dei, & hoc est debitum quod debet homo & Angelus Deo.* Sed quamuis tamen Deus non requirat à nobis ex necessitate, nisi vt eius præcepta impleamus, tamen quidquid facere possumus, ei tenemur facere ex quadam condecentia, Vnde magnum signum perfectionis spiritus est, quando voluntas in aliquo homine sic est ordinata, quod totaliter est subiecta diuinæ voluntati, vt illi cum vera libertate spiritus seruiat, & hoc est quædã nouitas spiritus qua renouatur & perficitur tota vita hominis. Vnde dicit Apostolus Rom. 7. *In nouitate spiritus ser-* B. Ansel. Idem. Rom. 7.

niamus illi. Et bene dicit *in nouitate spiritus*, quia valde magna nouitas est abnegare voluntatē propriā respectu eius, quod homo relinquit temporalia, nam magis est abnegare quod homo est, quā quod homo non est. Vnde Beatus Petrus putans se gradū perfectionis sum-
Matth. 19 mum attigisse, dicebat Christo, *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Sed quia hoc modicum est, & non magnum, facere propter illū qui super omnia est: ideo Saluator volens nos perfectiorem gradum nouitatis, & altiorem
Luc. 9. perfectionis docere, dicit, *Si quis vult post me venire abneget semetipsum*, id est, propriam voluntatem abneget. Quod illi soli congruit qui magistrum perfectionis sequi concupiscit. Quapropter hortatur nos Apostolus Eph. 6.
Eph. 6 *Sicut serui, faciatis Dei voluntatem ex animo, cum bona voluntate.* Per hoc enim spiritus renouatur & perficitur ab antiquitate & imperfectione, quæ originem habuit à primo homine in paradiso, qui primo restitit diuinæ voluntati: & à vetustate inobedientiæ ad nouitatem obedientiæ transmutatur, à quo omnis perfectio
D. August. spiritus deriuatur. Quia dicit August. *Obedientia in omni rationali creatura est omnis iustitiæ origo & perfectio, nam per hoc spiritus consequitur dominium omnium creaturarū*, Vnde dicit Augustinus super epist.
Idem Ioannis. *Subdita erunt nobis omnia, si nos Deo subditi sumus.* Et ideo si primus homo Deo obediens permansisset; omnes creaturæ mundi obediuissent ei: nihil enim esset quod illis repugnare posset qui Deo perfecte obediūt. Sunt enim quasi dij suæ voluntatis omnipotentes. Et ideò hortatur

hortatur nos Apostolus ad huius nouitatem epistol.4. *Renouamini spiritu mentis vestra*, nam per Ephes.4. talem nouitatem perfectio spiritus habetur.

Dominica IX. post Pentecosten.

SERMO XLV.

NOn simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt,&c. 1. Corint.10. Qui ex propriis 1. Cor.10 actibus edoctus est de periculo alicuius rei, facile suadet alteri, vt idem periculum caueat, maxime si amicus sit. Sic omnium fidelium amicus Beatus Paulus vt à malo peccati abstineamus, sed potius bonum concupiscamus nos monet in verbo proposito, dicens, *Non simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quilibet iustus dimisso malo debet quatuor bona concupiscere vel desiderare, in quibus perfectio sui desiderij consistit.

Primo creatoris sui in se habitationem. Videmus enim ad sensum quod quilibet homo vtens recta ratione desiderat habere scientiæ perfectionem, quia *omnes homines naturaliter scire desiderant*. Sed ipse Deus creator est verus informator & inhabitator animæ rationalis, quia nulla creatura secundum suam essentiam potest inhabitare eam, nam illabi menti illi soli est possibile qui creauit eam. Felix ergo qui perfecte desiderat hoc, vt in sua

anima iste dulcissimus informator & inhabitator animæ inhabitet, quia Sapientiæ 6. scribitur, quod *concupiscentia scientiæ ducit ad regnum perpetuum*: talis enim anima fit tamquam hortus deliciarum, in quo libenter deliciatur, cuius delitiæ sunt esse cum filiis hominū: talem hortum habebat in se sponsa amoris, in quem dilectum suum venire desiderauit, dicens, *Veniat dilectus meus in hortum suum* in Canti. In hunc hortum sponsus animarum libenter descendit, vt ibi pascatur à sanctis desideriis, & lilia castarum cogitationū colligat, de hoc quidem sponsa amoris gloriatur, dicens, *Dilectus meus descendit ad areolam aromatum, vt pascatur in horto & lilia colligat*. Hic est ille dilectus amicus & sponsus animarū, qui trahitur ad animam ignitis desideriis, quia animæ quę ipsum ad se venire desiderat, dicit per Prophetam, Zach. 2. *Ego venio & inhabitabo in medio tui*. Nec mirum, quia libenter habitat in medio, quia vbique in medio reperitur, scilicet, iacens, sedens, pendens, stans, ambulās. Inuenitur enim iacens in medio animalium in pręsepio, sedens in medio in synagoga, stans in medio discipulorum in cęnaculo, pendens in medio latronum in patibulo, ambulans in medio candelabrorum aureorum, id est, sanctorum in cælo. Felix ergo anima, in cuius medio habitat iste mediator Dei & hominū, quia non mouebitur: nā *non in commotione Dominus*, 4. Reg. Quatuor enim sunt quæ mouent animam à Deo, scilicet, error fidei, sapor, amor, & terror. Error fidei mouet vim intellectiuam à cogni-

Sap. 6

Cant. 5

Cant. 6

Zachar. 2.

4. Reg.

cognitione verorum: Amor mali mouet vim rationalem à dilectione bonorum: Sapor sęculi mouet vim concupiscibilem à degustatione supernorum: Terror patiēdi mouet vim irascibilem ab aggressione arduorum. Hæc quatuor sunt quæ infestant animam vt moueatur à Deo. Sed nequeunt, quia dicit Psal. 45. *Deus in medio eius non commouebitur.* Et nota quod Deus quadrupliciter est in medio animæ. Primo tanquam sol in medio cæli, quia sicut sol in medio cæli totum cælum illuminat, sic Deus existens in medio animæ est, vt eius vim intellectualem illuminet ad veram cognitionem sui, ne per errorem infidelitatis moueatur a cognitione veri: & ideo dicit Bernardus, *quod Deus est in anima omni luce clarior*, & hæc lux est Catholica fides, quā Deus infundit animæ, in cuius medio est tamquam sol in medio cæli. Iuxta quod dicitur Iosue 10. *Stetit sol in medio, & non fecit occasum.* Reuera ipse est sol iustitiæ solus occasum nesciens, sol *illuminās omnem hominem venientem in hunc mundum* lumine veræ fidei. Et hoc est supernaturale lumē animæ, per quod cognoscit Deum, prout est possibile in via. Vnde dicit Gregorius, *Per fidem lux vera nascitur in mente.* Fides introducit animam ad cognitionem omnipotentis Dei. Secundo Deus est in anima sicut imago in speculo, quia sicut imago transformat similitudinem ipsius ad quod se conuertit, sic Deus existens in medio animæ, transformat ipsam in se amore, mediante quo se conuertit ad eum, ne per illicitum amorem, vis eius rationalis moueatur ad di-

Psal. 45

Iosue 10

Ioan. 1

D. Grego.

lectionem bonorum temporalium, quæ iure
Dionysius diligere non debet. Et ideo dicit Dionysius. *Creatura rationalis est sicut speculum, quia natura speculi est talis, quod semper transformatur in similitudinem illius ad quod convertitur.* Sic anima omne illud
Hugo quod diligit. Et ideo dicit Hugo, *Scio anima mea quia amor est vita tua, scio quod quidquid diligis in eius similitudinem transformaris.* Vnde qui Deum perfecte diligit, sic in Deum transformatur, vt quodammodo Deus efficiatur cum eo. Vnde
Psal. 81. dicit Propheta, *Ego dixi dij estis.* Et hoc tunc fit, quando amor illicitus ipsius, vim rationalem à dilectione Dei nunquam mouere præualet.
D. Bern. Vnde dicit Bernardus, *Mihi tolli non poteris Iesu laus nostri generis, cum mihi cor abstuleris.* Nam amor est motus amantis in amatum, ideo vnit & transformat in amatum. Tertio Deus est in medio animæ, sicut centrum in medio circuli, quia sicut centrum existens in medio circuli circulum rectificat, sic Deus existens in medio animæ, rectificat eius vim concupiscibilem, ne per saporem terrenorum moueatur à degustatione supernæ dulcedinis, quia Deus ex sua præsentia tam miram dulcedinē instillat, vt eius gustu illi desipiat omne quod terrenum est: & hæc est illa ineffabilis dulcedo, ad quam sapientia increata Christus nos
Eccle. 24. inuitat, Ecclesiast. 24. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini: spiritus enim meus super mel dulcis,* id est, super omnē dulcedinem humanam: de qua bene dicit Sa-
Sap. 3. piens, *O quam suauis est Domine spiritus tuus in nobis.* Vnde qui hanc dulcedinem habere cupiunt, illi

illi debent omnes creaturas despicere, quia dicit Augustinus, *Cetera creatura vilescat vt creator in corde tuo dulcescat*. Imo talis debet etiam omnem delectationem carnis à se abiicere, quia dicit Gregor. *Si in carne quodlibet abstinemus, mox in spiritu quod delectat inuenimus*. Quarto Deus est in medio animę sicut columna in medio templi, quia sicut columna existēs in medio templi confortat templum & sustentat: sic Deus existens in medio animæ eius, vim irascibilē confortat, ne moueatur per terrorem patiendi ab aggressione arduorum, vt sunt tribulationes, tentationes, & passiones præsentis vitæ, quas homo viriliter debet aggredi & sustinere propter Deum, nec illas per terrorem illorum timere: qui ei talia inferunt, quia Deus in medio eius non cōmouebitur. Nam talis debet attendere illud quod scribitur Deutero. 7. *Non timebis eos, quia Dominus in medio tui est*, qui sic vim irascibilem confortat, quod omnia ardua sustinere valet. Vnde dicit Apostolus, *Omnia possum in eo qui me confortat*: & Augustinus in expositione Psalmorum, *Quid igitur est homo quod vltra metuas, cum Dominus Iesus præsul sit certaminis tui, & si tu metuas, ille confortat, si tantummodo in illo confidas, si cecideris, leuat; si ligatus fueris, soluit; si viceris, coronat, omnes sancti adiuuantur à Deo, si est intus vbi nemo videt*.

D. August. D. Greg. Deutero. 7 Philip. 4. D. August.

Secundo debet homo iustus desiderare sui corporis dissolutionem. Videmus enim, quod peregrini facta peregrinatione, multum ad patriam redire desiderant: ita cum iustus homo sit hic tamquam peregrinus, spiritus eius

desiderat redire ad eum qui fecit illũ, in quo consistit sua vltimata perfectio & felicitas. Felix ergo desiderium est, quo homo desiderat dissolui ab hoc corruptili corpore, vt cum illo æterno bono possit esse cum corpore incorruptili: tale desiderium habebat Apostolus, quando dicebat Ephes. 2. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Vnde homini cupienti dissolui à corpore, crux est omne terrenum, quia conuersatio eius est in cælis, & ideo nullam potest habere occupationẽ cum terrenis. Sicut enim cælum separatum est ab omnibus terrenis, sic eius conuersatio separata est à terrenis, dum talis *cupit dissolui & esse cum Christo*, quia cum Apostolo, *mundus ei crucifixus est & ipse mundo.*

Ephes. 2.

D. Ambr.

Sed dicit Ambros. super Lucam, *Mundus crucifixus est non amanti diuitias, non amanti honores seculi, non amanti quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, non amanti quæ videntur sed quæ non videntur. Non cupienti viuere, sed ei qui cupit dissolui & esse cum Christo, crucifixus est mundus.* Item secundò cupienti dissolui & esse cum Christo mundus est exilium, sicut etiam est in veritate: & quamdiu sumus in hoc mundo, sumus exules, tamquã peregrini; quia sicut peregrini non manent in vno loco propter exilium, sic quamdiu sumus in hoc seculo peregrinamur à Domino, & non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, quæ est in patria nostra. Patria à patre dicta est: Pater autẽ noster est in cælis, & ideo non mirum quod deuotus cupit dissolui ab hoc exilio, vt possit venire ad patriam, & ideo tale desiderium aliquando vehementissimè

deco-

decolorat animam in suo exilio, quemadmodum ardor decolorat peregrinos. Vnde dicit Bernard. *Instar solis vrentis ardor desiderij peregrinantem in corpore animam decolorat.* Tertiò homini cupienti dissolui & esse cum Christo debet proprium corpus esse carcer, sicut etiam est in rei veritate, quia sicut pulchra imago de fulgido auro facta, non lucet in tenebris inclusa. Sic imago animæ quam Deus fecit, adeo pulchra est, vt pulchriorem formam seipso non inueniat; quãdiu clausa in carcere tenebrosi corporis, non apparet. Vnde dicit Isidorus, *Magnũ ex sua natura splendorem facit anima, sed fuscatur mixtione carnis qua tenetur inclusa.* Et forte ideo velata est carne, quia quamdiu homo viuit non confirmatus in gratia, potest peccare, ne ipse homo visa sua pulchritudine sicut Lucifer se extolleret, & etiam pulchritudinem suam amitteret. Qui enim de corporis pulchritudine superbit, quid faceret si pulchritudinem diuinæ imaginis videret in seipso: & ergo nimirum si deuotus homo cupit dissolui ab isto corpore, vt visa sua pulchritudine & charitate Dominum suum creatorum possit æternaliter collaudare. Vnde dicebat Apostolus. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore huius mortis*, & Psalmista, *Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.*

D. Bern.

Isidorus

Rom. 7.
Psal. 141.

Tertio debet homo iustus desiderare æternę & diuinę dulcedinis influxionem. Videmus enim, quod gustus appetit dulcia & fugit amara. Ceruus etiã cũ agitatur & incalescit, fõtes aquarũ desiderat; sic animę infũditur dulcedo

illa dulcedonem est. Hæc est illa inconsueta dulcedo diuini secretarij, in quã introducitur anima plena desiderio, vt in amore diuino perficiatur, de qua dicit sponsa in Canti. *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cant,2
Et ideo dicit Augustinus in libro de verbo Domini. *Piissime Domine, quam dulcis est memoria tua: quanto magis te meditor, tãto mihi es dulcior & amabilior.* D.August.

Quarto debet homo iustus desiderare æternæ deitatis fruitionem. Videmus enim, quod pisces si sunt in aqua eis inconuenienti, quærunt aquam magis dulcem & conuenientem, & ita de aliis animalibus: sic quantumcumque anima in præsenti diuina dulcedine repleatur, non tamen quietatur perfecte eius appetitus, qui solum quietabitur in fruitione & visione diuinæ essentiæ. Vnde dicit August. *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec redeat ad te.* Quia vt idem dicit in libro de ciuitate Dei; *Deus est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur:* nã in eius fruitione est summa & perfecta deuotio omniũ quæ desiderari possunt, & amplius quam vmquam aliquis sanctorum desiderare possit. Et ideo tunc appetitus quietabitur, quia in diuina fruitione summe & perfecte delectabitur: nam dicitur Prouerb.13. *Desiderium si compleatur delectat animam.* D.August. Prou. 13
Tunc enim omnes vires & desideria animæ quiescunt, quia perfecte replebuntur. Iuxta illud Psalmi, *Replebitur in bonis desiderium tuum,* Tanta enim suauitate respergitur anima vt Psal.102.
totali-

tam eas amittit, sed Dei amor est interminabilis, habens delectationem sine fine, vt dicit Psal. *Delectationes in dextera tua vsque in finẽ.* Vnde dicit Psal. 15. August. *Quod tam dulcis est facies Dei, vt ea semel visa nihil amplius delectari possit.* Rogemus ergo, &c. D. August.

Dominica X. post Pentecosten.

SERMO XLV.

D*Iuisiones operationum sunt, idem autem Dominus, qui operatur omnia in omnibus*, 1. Corinth. 12. 1. Cor. 12. Videmus quod fidelis & prudens negotiator bonis alterius Domini vtens, ex quibus diues apparet, si contingat eum loqui de bonis quibus vtitur, dicit quod non sua, sed alterius Domini sint. Cõsimiliter Apostolus sciens, quod viri sancti virtute Dei multa operantur, ideo vero Domino attribuit illa opera in verbo proposito, dicens, *Diuisiones operationum sunt, idem autem Dominus qui operatur omnia in omnibus.* Circa quod verbum ad nostram doctrinã est sciendum, quod Deus quatuor operatur in nobis, ad quę virtus naturæ creatæ se non extendit, & ideo in sensibilibus simile non habent.

Primo operatur Deus in homine bonã voluntatem, & illam operatur mediante nostra operatione, quia aliter Deus faceret violentiam in libero arbitrio, quod adeo liberũ est, vt nulla creatura ei violentiam facere possit, vt dicit Richardus super expositionem Isaię. *Sicut Deus superiorem non habet, nec habere potest: sic li-* Richard.

 berum

berum arbitrium non patitur dominium, quia ei violentiam inferre, nec creatorem decet, nec creatura potest. Sed quamuis homo tantam libertatem voluntatis habeat, tamē voluntatem suam non potest per se facere bonam, sine diuino auxilio, qui est principalis operator bonæ voluntatis
D. August. & liberi arbitrij cooperator. Et ideo dicit Augustinus, *Voluntas nihil boni agit nisi diuinitus adiuuetur.* Et illud contingit ex priuatione originalis iustitiæ, de qua dicitur Ecclef. *Scio quia fecit*
Eccle. 7. *Deus hominem rectum, ipse autem se miscuit multis,* &c. Ex priuatione istius iustitiæ homo in tota natura à suo recto ordine distitutus est & peioratus, quia peccatum tollit hanc iustitiam. Vnde non solum voluntatem, verum etiam omnes vires animæ à suo ordine destituit. Irascibilē enim vim, in qua est fortitudo, destituit à suo ordine ad arduum, & deordinauit ipsam fragilitate, ita vt tam fortiter propter Deum aggredi non valeat. Concupiscibilem vim animę, in qua est temperantia, destituit suo ordine ad delectabilia, & deordinauit ipsam quadam immoderatione, immoderatè concupiscendo delectabilia. Rationalem vim animæ, in qua est prudentia, destituit suo ordine ad verum, & ideo ipsam deordinauit quadā ignorantia ad cognitionem veri. Sed ipsam voluntatem, in qua est iustitia, destituit ordine suo ad bonum, & deordinauit quadā malitia, quæ semper ipsam inclinat ad malū, & trahit à bono, & quia sic etiam vnumquodque peccatū actuale deordinat voluntatē, & indurat ipsam ad bonum, & inclinat ipsam ad malum, & iste ordo

ordo reparari non potest, nisi à Deo qui ipsam voluntatem retrahit à malo, & excitat ad bonũ, & hoc est quod dicit Apostolus ad Phil. 2. *Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.* Voluntas enim ex inspiratione Dei per se potest aliquod bonũ concipere, sed incipere non potest, nisi mediante Dei operatione, & sua cooperatione. Vnde dicit August. responsione tertia, *Liberum arbitrium, bonum opus. & quod ad sanctũ propositum pertinet, nec incipit, nec perficere potest.* In omni auté facto prior est volũtas Dei, posterius liberum arbitrium ; operatur Deus, cooperatur homo. Vnde nota quod Deus tria operatur quæ requiruntur ad bonã & ordinatam voluntatem. Primo enim operatur in homine, vt solummodo bonum velit, & ad hoc requiritur mundum cor, quia mundum cor non vult nisi bonum, iuxta illud Saluatoris, *Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonũ.* Sed mundum cor solus Deus operatur. Vnde petit Psaltes, *Cor mundum crea in me Deus.* Signũ ergo mundi cordis est, quando voluntas nihil vult nisi bonum, quia malum velle, non est bonæ voluntatis, sed immundi cordis, quod est radix omnis mali, sicut mundum cor est radix omnis boni. Vnde dicitur in Prouerbio, De radice mala non proueniunt nisi mala, & econuerso de mundo corde, quod est radix omnis boni, nihil prouenit nisi bonũ. Secundo Deus operatur in homine vt bonum velit propter bonum, id est propter Deum, à quo est omne bonum, propter quod voluntas debet omnia velle. Numquam enim posset ho-

Philip. 2.
D. August.
Matt. 12.
Psal. 50.

mo pure facere propter Deum aliquid, nisi speciali dono Dei fuerit, à quo emanat omne donum optimum & datum perfectū. Vnde manifeste videmus quod mali homines habēt eandem voluntatem cum bonis, qui licet velint bonum, licet etiam faciant aliqua bona, quantum ad apparentiam, non tamen faciunt illa propter Deum, sed vt boni videantur, &
Matth. 6 ideo de talibus ait Saluator, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Tertio operatur Deus in homine, vt perseueranter velit bonum, quia perseuerare velle in bono, non est ex constātia nostræ voluntatis, sed diuinæ pietatis. Vn-
Rom. 6 de dicit Apostolus, *Non est currentis neque volentis, sed Dei miserentis.* Multis enim datur bona voluntas, quibus tamen non datur perseuerare
D. Chrys. in bona voluntate, Vnde dicit Chrysostomus, *Incipere multorum est, finire paucorum.*

Secūdo Deus operatur in homine recte merēdi facultatē, & possibilitatē & istā facultatem operatur in homine mediante sua gratia. Homo n. nihil potest facere de se, & propria virtute, propter quod Deum sibi constituat remuneratorem maxime mercedis æternæ, nisi Deus hoc ipsum per suam gratiam in ipso operetur, vt opera sua meritoria fiant, quia ipse est artifex interiorum operum, sua virtute faciens animam opera meritoria facere. Vnde dicit Sapiens, *Artifex est omnium, omnem habens in se virtutem.* Vnde sine eius operatione nullum opus, etiam quantumcumque bonū, est meritorium: & ideo dicit Saluator, *Sine me,*
Ioan. 15. id est mea gratia quam in vobis operor,

nihil

nihil potestis facere: id est, nihil potestis meritorie operari. In puris enim naturalibus nihil mereri possumus, & ad hoc, quod homo faciat opera meritoria mercedis æternę necessario requiritur, quod Deus prius acceptet imaginem suam, quàm operationem ex ipsa manantem. Vnde dicit magister Bonauentura, *Placeat ipse, vt Deus prius respiciat ipsum quam ad munera eius*. Et ideo, *omnis radix merendi*, vt idem dicit *fundatur in gratia gratum faciente, cuius est facere hominem Deo dignum*. Est tamen sciendum quod ista operatio gratiæ excedit facultatē naturæ creatę, cùm sit quædam participatio diuinæ naturę, & ideo ipse solus potest hanc operari in homine, sicut & potest homini communicare participationem diuinę naturę: sed ad hoc quod homo ipsam, scilicet, gratiam recipiat, necessario requiritur quędā dispositio, quia nulla datur perfectio, nisi pręcedat dispositio, vt in multis videmus. Istud autē quod hominem ad perfectionē gratię disponit, est vera mentis humiliatio, quę quanto est perfectior, tanto maior gratia datur. Vnde dicit Bernard. *In veritate comperi, nihil ita efficax esse ad gratiam promerendam, quam vt in omni tempore inueniaris humilis*, quia, vt dicit Pet. in sua canonica, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Videmus autem, quod natura aliquibus lapidibus pretiosis, qui in humilibus locis reperiuntur, dat multas nobiles operationes. Quomodo ergo Deus naturę non daret humili homini suæ nobilissimæ creaturę suam gratiam? Absit hoc a Deo. Vnde Beatam virginem

D. Bonau.

D. Bern.

1. Pet. 5

ginem quæ humillima fuit inter puras creaturas, totaliter repleuit gratia: ita vt ille cælicus nuntius Gabriel Archangelus eam noua
Luc. 1. salutatione salutaret dicens, *Aue gratia plena, Dominus tecum*. sed quæ fuit ratio huius excellẽtissimæ salutationis? ipsamet dicit, *Quia respexit*
D. Bern. *humilitatem ancillæ suæ*. Vnde Bern. de humilitate dicit, *Humilitas non solum est gratia, sed etiã vas aliarũ gratiarum, non quodcumque vas, sed est vas, admirabile & opus excelsi*. Vnde nota quod quatuor sunt quę hominem merito debent mouere ad humilitatem. Primum est difficultas habilitandi se ad gratiam, quia homo magis inclinatus est
Gen. 8 ad malum quam ad bonũ. Iuxta illud Gen. 8. *Proni sunt sensus humani & cogitatio cordis ad malum ab adolescentia sua*, & propter istud homo non potest se ita bene præparare & humiliare ad gratiam. Deus enim semper esset præsto dare gratiam, si homo habilis esset vt ipsam posset
D. August. recipere. Vnde dicit August. *Deus semper præsto est homini dare gratiam suam, vbi non inuenit obstaculũ*. Obstaculum est superbia, sed habilitatio est ipsa humiliatio. Vnde patet quod humilitas est magna virtus, quia facit hominem in vniuersali, quantum ad omnia, subiici diuinæ ordinationi. Et est fundamentum spiritualis ædificij, inquantum expellit superbiam, & reddit hominem paratum ad influxum gratiæ, euacuando inflationem superbię, cum non sit aliud humilitas, secundùm Thomam, quam *moderatio spiritus*. Secundum est tarditas proficiendi in gratia, quia profectus nihil aliud est quam processus de bona vita in meliorem.
Sed

Sed modo videmus quod aliquis bene inchoat bonã vitam, & concipit in corde suo, quod velit cælibem vitam ducere, posito quod sit in gratia, & aliquando in tali proposito manet decem vel viginti annis, plus vel minus, & tamen est ita tardus vel tepidus in vita sua in tali proposito, sicut primo die fuit quando tale propositum concepit: de talibus dicit Saluator, *Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Lucæ 9 quid enim valet bonus conceptus, nisi adsit profectus? qui in bona vita est & non proficit, ille retrocedit. Vnde dicit Bernardus in epistola, *Non proficere non nisi deficere est.* D.Bernar. Sed posset aliquis dicere, Quomodo scit homo profectum suum, & quod sit in gratia? Vnde dicit Bernardus, quod *profectus hominis consistit in contemptu terrenorum, odio peccatorum, desiderio æternorum.* Idem. Quamuis tamen nemo sciat certitudinaliter vtrum homo profecerit, & sit in gratia, nisi ex reuelatione, quia aliquibus reuelatur vt magis proficiãt; coniecturaliter potest sciri per aliqua signa, sicut quando de die in diem contemnit mundum, & percipit se delectari in Deo, & plus hodie odio habet peccatum quam heri, cras plus quam hodie, & cum hoc sibi non est conscius mortalis peccati, argumentum est profectus. Sed tamen ista cognitio est imperfecta, quia nullus delicta sua plane intelligit, & ideo illud magnum motiuum est ad hoc quod homõ se humiliet. Tertium est difficultas standi in gratia, facillimum enim est cadere, difficillimum resurgere : & cum hoc multiplex est casus,

Prou.24 *Septies enim in die cadit iustus*, si septies in die cadit iustus, quoties peccator in anno? Proculdubio horribile est, quod aliquis homo scit se toties cecidisse, & nescit se vmquam veram pœnitentiam egisse. Sed ecce duplex est casus, in gratia & à gratia: sicut alius est casus in monte & alius à monte. qui enim cadit per veniale, cadit sicut qui cadit in monte, quia cadit in gratia: qui cadit per mortale, cadit sicut qui cadit à monte; quia cadit à gratia. & vterque casus grauis est; sed casus à gratia grauior, quia difficillimum est resurgere à mortali, sicut figuratū est de Ieremia, de quo scribitur, quod cum esset in lacu, missi fuerunt xxx. homines, qui eleuarent eum de lacu in quo fuit: sic aliquando contingit quod xxx. prædicatores satis laborāt antequam vnum peccatorem extrahant de lacu vnius peccati mortalis, quod est lacus miseriæ & totius immunditię. Difficile est resurgere à veniali, quod figuratum est in hoc quod Maria & Ioseph faciliter amiserunt Christum, & difficulter inuenerunt. Sic modica negligentia vix per multos annos redimitur: & propter hoc deberet homo se maxime humiliare. Quartum est dubietas manendi in gratia. Multi enim sunt actu in inferno, qui diu fuerunt in gratia, qui tamē non permanserunt finaliter in gratia. Multis enim datur gratia, quibus tamen non datur permanere in gratia. Esto enim quod homo sit in gratia, & proficit in gratia, & cum hoc multum se exerceat in vigiliis & abstinentiis, & sanctis desideriis, & probabiliter sciat se

esse

esse in gratia: adhuc tamē nescit, vtrum finaliter debeat esse in gratia, & Deo placere: quia dicitur Eccles. 9. *Nescit homo vtrum odio an amore dignus sit*, quia nemo scit quid de eo fieri debeat, *nescit enim homo finem suum*. Nam qui vere est actu bonus, in præsentia Dei potest esse malus, vt Iudas erat homo bonus & sanctus, quādo fuit de hoc mundo in Apostolum vocatus, & tamen postea perdidit gratiam, & factus est pessimus traditor; quia osculo suo tradidit Christum suum creatorem: sic econuerso Maria Magdalena erat peccatrix & septē dæmoniis obsessa, & tamen erat sancta in præsentia Dei; quia præsciuit quod per suam humilem conuersionem, deberet omnibus peccatoribus esse exemplar spei & speculum pœnitendi. & illud merito deberet hominem mouere ad humilitatem. Eccl. 9

Tertio Deus operatur in homine simul omnem virtutem. Nulla enim virtus est quin à Deo sit & operatio Dei in homine: quia dicit Augustinus, *Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur*: quia quando Deus operatur virtutem charitatis quę est radix & perfectio virtutum, tunc etiam cum ea operatur omnes alias virtutes, & ideo dicit Bernard. *Sicut Deus est fontale principium omnium entium, sic charitas est radix omnium virtutum*. Propter quod etiā dicit Isa. 26. *Omnia opera nostra*, scilicet, actus virtuosos *operatus es Domine*, scilicet, mediante charitate. Vnde in Canti. tacendo de aliis virtutibus de sola charitate gloriatur, dicens Canti. 2. *Ordinauit* D. August. D. Bern. Isa. 26 Cant. 2

desiderat redire ad eum qui fecit illũ, in quo consistit sua vltimata perfectio & felicitas. Felix ergo desiderium est, quo homo desiderat dissolui ab hoc corruptili corpore, vt cum illo æterno bono possit esse cum corpore incorruptili: tale desiderium habebat Apostolus, quando dicebat Ephes. 2. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Vnde homini cupienti dissolui à corpore, crux est omne terrenum, quia conuersatio eius est in cælis, & ideo nullam potest habere occupationẽ cum terrenis. Sicut enim cælum separatum est ab omnibus terrenis, sic eius conuersatio separata est à terrenis, dum talis *cupit dissolui & esse cum Christo*, quia cum Apostolo, *mundus ei crucifixus est & ipse mundo.* Sed dicit Ambros. super Lucam, *Mundus crucifixus est non amanti diuitias, non amanti honores seculi, non amanti quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, non amanti quæ videntur sed quæ non videntur. Non cupienti viuere, sed ei qui cupit dissolui & esse cum Christo, crucifixus est mundus.* Item secundò cupienti dissolui & esse cum Christo mundus est exilium, sicut etiam est in veritate: & quamdiu sumus in hoc mundo, sumus exules, tamquã peregrini; quia sicut peregrini non manent in vno loco propter exilium, sic quamdiu sumus in hoc seculo peregrinamur à Domino, & non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, quæ est in patria nostra. Patria à patre dicta est: Pater autẽ noster est in cælis, & ideo non mirum quod deuotus cupit dissolui ab hoc exilio, vt possit venire ad patriam, & ideo tale desiderium aliquando vehementissimè

Ephes. 2.

D. Ambr.

deco-

decolorat animam in suo exilio, quemadmodum ardor decolorat peregrinos. Vnde dicit Bernard. *Instar solis vrentis ardor desiderij peregrinantem in corpore animam decolorat.* Tertiò homini cupienti dissolui & esse cum Christo debet proprium corpus esse carcer, sicut etiam est in rei veritate, quia sicut pulchra imago de fulgido auro facta, non lucet in tenebris inclusa. Sic imago animæ quam Deus fecit, adeo pulchra est, vt pulchriorem formam seipso non inueniat; quãdiu clausa in carcere tenebrosi corporis, non apparet. Vnde dicit Isidorus, *Magnũ ex sua natura splendorem facit anima, sed fuscatur mixtione carnis qua tenetur inclusa.* Et forte ideo velata est carne, quia quamdiu homo viuit non confirmatus in gratia, potest peccare, ne ipse homo visa sua pulchritudine sicut Lucifer se extolleret, & etiam pulchritudinem suam amitteret. Qui enim de corporis pulchritudine superbit, quid faceret si pulchritudinem diuinæ imaginis videret in seipso: & ergo nimirum si deuotus homo cupit dissolui ab isto corpore, vt visa sua pulchritudine & charitate Dominum suum creatorum possit æternaliter collaudare. Vnde dicebat Apostolus. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore huius mortis*, & Psalmista, *Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.*

D. Bernard. — Isidorus — Rom. 7. — Psal. 141.

Tertio debet homo iustus desiderare æternę & diuinę dulcedinis influxionem. Videmus enim, quod gustus appetit dulcia & fugit amara. Ceruus etiã cũ agitatur & incalescit, fõtes aquarũ desiderat; sic animę infũditur dulcedo

illa dulcedo non est. Hæc est illa inconsueta dulcedo diuini secretarij, in quã introducitur anima plena desiderio, vt in amore diuino perficiatur, de qua dicit sponsa in Canti. *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Cant. 2
Et ideo dicit Augustinus in libro de verbo Domini. *Piissime Domine, quam dulcis est memoria tua: quanto magis te meditor, tãto mihi es dulcior & amabilior.* D. August.

Quarto debet homo iustus desiderare æternæ deitatis fruitionem. Videmus enim, quod pisces si sunt in aqua eis inconuenienti, quærunt aquam magis dulcem & conuenientem, & ita de aliis animalibus: sic quantumcumque anima in præsenti diuina dulcedine repleatur, non tamen quietatur perfecte eius appetitus, qui solum quietabitur in fruitione & visione diuinæ essentiæ. Vnde dicit August. *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec redeat ad te.* D. August. Quia vt idem dicit in libro de ciuitate Dei; *Deus est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur sine fatigatione laudabitur*: nã in eius fruitione est summa & perfecta deuotio omniũ quæ desiderari possunt, & amplius quam vmquam aliquis sanctorum desiderare possit. Et ideo tunc appetitus quietabitur, quia in diuina fruitione summe & perfecte delectabitur: nam dicitur Prouerb. 13. *Desiderium si compleatur delectat animam.* Prou. 13
Tunc enim omnes vires & desideria animæ quiescunt, quia perfecte replebuntur. Iuxta illud Psalmi; *Replebitur in bonis desiderium tuum,* Tanta enim suauitate respergitur anima vt Psal. 102.
totali-

rum eas amittit, sed Dei amor est interminabilis, habens delectationem sine fine, vt dicit Psal. *Delectationes in dextera tua vsque in finẽ.* Vnde dicit Psal. 15. Aug. *Quod tam dulcis est facies Dei, vt ea semel visa* D. August. *nihil amplius delectari possit.* Rogemus ergo, &c.

Dominica X. post Pentecosten.

SERMO XLV.

Diuisiones operationum sunt, idem autem Dominus, qui operatur omnia in omnibus, 1. Corinth. 12. 1. Cor. 12. Videmus quod fidelis & prudens negotiator bonis alterius Domini vtens, ex quibus diues apparet, si contingat eum loqui de bonis quibus vtitur, dicit quod non sua, sed alterius Domini sint. Cõsimiliter Apostolus sciens, quod viri sancti virtute Dei multa operantur, ideo vero Domino attribuit illa opera in verbo proposito, dicens, *Diuisiones operationum sunt, idem autem Dominus qui operatur omnia in omnibus.* Circa quod verbum ad nostram doctrinã est sciendum, quod Deus quatuor operatur in nobis, ad quę virtus naturæ creatæ se non extendit, & ideo in sensibilibus simile non habent.

Primo operatur Deus in homine bonã voluntatem, & illam operatur mediante nostra operatione, quia aliter Deus faceret violentiam in libero arbitrio, quod adeo liberũ est, vt nulla creatura ei violentiam facere possit, vt dicit Richardus super expositionem Isaię. *Sicut Deus superiorem non habet, nec habere potest: sic li-* Richard. S.

berum arbitrium non patitur dominium, quia ei violentiam inferre, nec creatorem decet, nec creatura potest. Sed quamuis homo tantam libertatem voluntatis habeat, tamẽ voluntatem suam non potest per se facere bonam, sine diuino auxilio, qui est principalis operator bonæ voluntatis

D.August. & liberi arbitrij cooperator. Et ideo dicit Augustinus, *Voluntas nihil boni agit nisi diuinitus adiuuetur.* Et illud contingit ex priuatione originalis iustitiæ, de qua dicitur Eccles. *Scio quia fecit*

Eccle. 7. *Deus hominem rectum, ipse autem se miscuit multis,* &c. Ex priuatione istius iustitiæ homo in tota natura à suo recto ordine distitutus est & peioratus, quia peccatum tollit hanc iustitiam. Vnde non solum voluntatem, verum etiam omnes vires animæ à suo ordine destituit. Irascibilẽ enim vim, in qua est fortitudo, destituit à suo ordine ad arduum, & deordinauit ipsam fragilitate, ita vt tam fortiter propter Deum aggredi non valeat. Concupiscibilem vim animę, in qua est temperantia, destituit suo ordine ad delectabilia, & deordinauit ipsam quadam immoderatione, immoderatè concupiscendo delectabilia. Rationalem vim animæ, in qua est prudentia, destituit suo ordine ad verum, & ideo ipsam deordinauit quadã ignorantia ad cognitionem veri. Sed ipsam voluntatem, in qua est iustitia, destituit ordine suo ad bonum, & deordinauit quadã malitia, quæ semper ipsam inclinat ad malũ, & trahit à bono, & quia sic etiam vnumquodque peccatũ actuale deordinat voluntatẽ, & indurat ipsam ad bonum, & inclinat ipsam ad malum, & iste ordo

ordo reparari non potest, nisi à Deo qui ipsam voluntatem retrahit à malo, & excitat ad bonũ. & hoc est quod dicit Apostolus ad Phil. 2. *Deus est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.* Voluntas enim ex inspiratione Dei per se potest aliquod bonũ concipere, sed incipere non potest, nisi mediante Dei operatione, & sua cooperatione. Vnde dicit August. responsione tertia, *Liberum arbitrium, bonum opus. & quod ad sanctũ propositum pertinet, nec incipit, nec perficere potest.* In omni autẽ facto prior est volũtas Dei, posterius liberum arbitrium; operatur Deus, cooperatur homo. Vnde nota quod Deus tria operatur quæ requiruntur ad bonã & ordinatam voluntatem. Primo enim operatur in homine, vt solummodo bonum velit, & ad hoc requiritur mundum cor, quia mundum cor non vult nisi bonum, iuxta illud Saluatoris, *Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonũ.* Sed mundum cor solus Deus operatur. Vnde petit Psaltes, *Cor mundum crea in me Deus.* Signũ ergo mundi cordis est, quando voluntas nihil vult nisi bonum, quia malum velle, non est bonæ voluntatis, sed immundi cordis, quod est radix omnis mali, sicut mundum cor est radix omnis boni. Vnde dicitur in Prouerbio, De radice mala non proueniunt nisi mala, & econuerso de mundo corde, quod est radix omnis boni, nihil prouenit nisi bonũ. Secundo Deus operatur in homine vt bonum velit propter bonum, id est propter Deum, à quo est omne bonum, propter quod voluntas debet omnia velle. Numquam enim posset ho-

Philip. 2.
D. August.
Matt. 12.
Psal. 50.

mo pure facere propter Deum aliquid, nisi speciali dono Dei fuerit, à quo emanat omne donum optimum & datum perfectũ. Vnde manifeste videmus quod mali homines habẽt eandem voluntatem cum bonis, qui licet velint bonum, licet etiam faciant aliqua bona, quantum ad apparentiam, non tamen faciunt illa propter Deum, sed vt boni videantur, &
Matth. 6 ideo de talibus ait Saluator, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Tertio operatur Deus in homine, vt perseueranter velit bonum, quia perseuerare velle in bono, non est ex constãtia nostræ voluntatis, sed diuinæ pietatis. Vn-
Rom. 6 de dicit Apostolus, *Non est currentis neque volentis, sed Dei miserentis.* Multis enim datur bona voluntas, quibus tamen non datur perseuerare
D. Chrys. in bona voluntate, Vnde dicit Chrysostomus, *Incipere multorum est, finire paucorum.*

Secũdo Deus operatur in homine rectemerẽdi facultatẽ, & possibilitatẽ & istã facultatem operatur in homine mediante sua gratia. Homo n. nihil potest facere de se, & propria virtute, propter quod Deum sibi constituat remuneratorem maxime mercedis æternæ, nisi Deus hoc ipsum per suam gratiam in ipso operetur, vt opera sua meritoria fiant, quia ipse est artifex interiorum operum, sua virtute faciens animam opera meritoria facere. Vnde dicit Sapiens, *Artifex est omnium, omnem habens in se virtutem.* Vnde sine eius operatione nullum opus, etiam quantumcumque bonũ, est meritorium: & ideo dicit Saluator, *Sine me,*
Ioan. 15 id est mea gratia quam in vobis operor, *nihil*

nihil potestis facere: id est, nihil potestis meritorie operari. In puris enim naturalibus nihil mereri possumus, & ad hoc, quod homo faciat opera meritoria mercedis æternę necessario requiritur, quod Deus prius acceptet imaginem suam, quàm operationem ex ipsa manantem. Vnde dicit magister Bonauentura, *Placeat ipse, vt Deus prius respiciat ipsum quam ad munera eius.* Et ideo, *omnis radix merendi*, vt idem dicit *fundatur in gratia gratum faciente, cuius est facere hominem Deo dignum*. Est tamen sciendum quod ista operatio gratiæ excedit facultatē naturæ createę, cùm sit quædam participatio diuinæ naturę, & ideo ipse solus potest hanc operari in homine, sicut & potest homini communicare participationem diuinę naturę: sed ad hoc quod homo ipsam, scilicet, gratiam recipiat, necessario requiritur quędā dispositio, quia nulla datur perfectio, nisi precedat dispositio, vt in multis videmus. Istud autē quod hominem ad perfectionē gratię disponit, est vera mentis humiliatio, quę quanto est perfectior, tanto maior gratia datur. Vnde dicit Bernard. *In veritate comperi, nihil ita efficax esse ad gratiam promerendam, quam vt in omni tempore inueniaris humilis*, quia, vt dicit Pet. in sua canonica, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Videmus autem, quod natura aliquibus lapidibus pretiosis, qui in humilibus locis reperiuntur, dat multas nobiles operationes. Quomodo ergo Deus naturę non daret humili homini suæ nobilissimæ creaturę suam gratiam? Absit hoc a Deo. Vnde Beatam virginem

D. Bonauē.

D. Bern.

1. Pet. 5

ginem quæ humillima fuit inter puras creaturas, totaliter repleuit gratia: ita vt ille cælicus nuntius Gabriel Archangelus eam noua
Luc. 1. salutatione salutaret dicens, *Aue gratia plena, Dominus tecum*. sed quæ fuit ratio huius excellētissimæ salutationis? ipsamet dicit, *Quia respexit*
D. Bern. *humilitatem ancillæ suæ*. Vnde Bern. de humilitate dicit, *Humilitas non solum est gratia, sed etiā vas aliarū gratiarum, non quodcumque vas, sed est vas admirabile & opus excelsi*. Vnde nota quod quatuor sunt quę hominem merito debent mouere ad humilitatem. Primum est difficultas habilitandi se ad gratiam, quia homo magis inclinatus est
Gen. 8 ad malum quam ad bonū. Iuxta illud Gen. 8. *Proni sunt sensus humani & cogitatio cordis ad malum ab adolescentia sua*, & propter istud homo non potest se ita bene præparare & humiliare ad gratiam. Deus enim semper esset præsto dare gratiam, si homo habilis esset vt ipsam posset
D. August. recipere. Vnde dicit August. *Deus semper præsto est homini dare gratiam suam, vbi non inuenit obstaculū*. Obstaculum est superbia, sed habilitatio est ipsa humiliatio. Vnde patet quod humilitas est magna virtus, quia facit hominem in vniuersali, quantum ad omnia, subiici diuinæ ordinationi. Et est fundamentum spiritualis ædificij, inquantum expellit superbiam, & reddit hominem paratum ad influxum gratiæ, euacuando inflationem superbię, cum non sit aliud humilitas, secundùm Thomam, quam *moderatio spiritus*. Secundum est tarditas proficiendi in gratia, quia profectus nihil aliud est quam processus de bona vita in meliorem.
Sed

Sed modo videmus quod aliquis bene inchoat bonã vitam, & concipit in corde suo, quod velit cælibem vitam ducere, posito quod sit in gratia, & aliquando in tali proposito manet decem vel viginti annis, plus vel minus, & tamen est ita tardus vel tepidus in vita sua in tali proposito, sicut primo die fuit quando tale propositum concepit: de talibus dicit Saluator, *Nemo mittens manum suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Lucæ 9 quid enim valet bonus conceptus, nisi adsit profectus? qui in bona vita est & non proficit, ille retrocedit. Vnde dicit Bernardus in epistola, *Non proficere non nisi deficere est.* D. Bernar. Sed posset aliquis dicere, Quomodo scit homo profectum suum, & quod sit in gratia? Vnde dicit Bernardus, quod *profectus hominis consistit in contemptu terrenorum, odio peccatorum, desiderio æternorum.* Idem. Quamuis tamen nemo sciat certitudinaliter vtrum homo profecerit, & sit in gratia, nisi ex reuelatione, quia aliquibus reuelatur vt magis proficiãt; coniecturaliter potest sciri per aliqua signa, sicut quando de die in diem contemnit mundum, & percipit se delectari in Deo, & plus hodie odio habet peccatum quam heri, cras plus quam hodie, & cum hoc sibi non est conscius mortalis peccati, argumentum est profectus. Sed tamen ista cognitio est imperfecta, quia nullus delicta sua plane intelligit, & ideo illud magnum motiuum est ad hoc quod homo se humiliet. Tertium est difficultas standi in gratia, facillimum enim est cadere, difficillimum resurgere : & cum hoc multiplex est casus,

esse in gratia: adhuc tamē nescit, vtrum finaliter debeat esse in gratia, & Deo placere: quia dicitur Eccles. 9. *Nescit homo vtrum odio an amore dignus sit*, quia nemo scit quid de eo fieri debeat, *nescit enim homo finem suum*. Nam qui vere est actu bonus, in præsentia Dei potest esse malus, vt Iudas erat homo bonus & sanctus, quādo fuit de hoc mundo in Apostolum vocatus, & tamen postea perdidit gratiam, & factus est pessimus traditor; quia osculo suo tradidit Christum suum creatorem: sic econuerso Maria Magdalena erat peccatrix & septē dæmoniis obsessa, & tamen erat sancta in præsentia Dei; quia præsciuit quod per suam humilem conuersionem, deberet omnibus peccatoribus esse exemplar spei & speculum pœnitendi. & illud merito deberet hominem mouere ad humilitatem. Eccl. 9

Tertio Deus operatur in homine simul omnem virtutem. Nulla enim virtus est quin à Deo sit & operatio Dei in homine: quia dicit Augustinus, *Virtus est bona qualitas mentis qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur*: quia quando Deus operatur virtutem charitatis quę est radix & perfectio virtutum, tunc etiam cum ea operatur omnes alias virtutes, & ideo dicit Bernard. *Sicut Deus est fontale principium omnium entium, sic charitas est radix omnium virtutum*. Propter quod etiā dicit Isa. 26. *Omnia opera nostra*, scilicet, actus virtuosos *operatus es Domine*, scilicet, mediante charitate. Vnde in Canti. tacendo de aliis virtutibus de sola charitate gloriatur, dicens Canti. 2. *Ordinauit* D. August. D. Bern. Isa. 26 Cant. 2

in me charitatem, de qua quidem charitate quilibet ipsam habens dicere potest, *Venerunt mihi omnia bona cum illa.* Quia Deus operando in homine charitatem, operatur simul cum ipsa omnem virtutem: quia sicut Deus dans naturam, dat ei omnia necessaria ad operationes naturales exercendas, quarũ principia insunt naturę. Sicut videmus, quod dat animalibus organa, quibus perficiũt suas proprias operationes: sic etiam Deus dando homini charitatem, quę est principium bonorum, dat etiam ei cum illa omnes alias virtutes, quibus potest perficere singula genera bonorum operum. Est tamen sciendum, secundum D. Thomam, quod licet virtutes morales acquisitę, vt fortitudo, iustitia, prudẽtia, temperantia, possint esse sine charitate, eo quod ex actibus generentur: non tamẽ infusæ, quia virtus moralis infusa, vt prudentia, non habetur sine charitate. Ad prudentiã enim requiritur, quod homo se bene habet ad vltimum finem, hoc autem est per charitatem. Vnde virtus moralis infusa non habetur sine charitate, nec etiam charitas sine virtutibus moralibus. Nam Deus infundendo charitatem, infundit simul omnes virtutes morales, & secundũ hoc est sciẽdum, quod licet fides & spes secundum quandam inchoationẽ imperfectæ possunt esse sine charitate, tamen vt sunt perfectę non possũt esse sine charitate, nec charitas sine ipsis. Nam charitas dicit amorẽ Dei, & amicitiam quandã ad ipsum & eius societatẽ. Sicut ergo non potest aliquis alium diligere de quo discredit,

Sap. 7

credit, & cui se desperat posse sociari: sic nullus posset cum Deo habere amicitiam & societatem per charitatem, nisi ei credat & eum possibilem sibi speret.

Quarto operatur Deus in homine spiritualem salutem. Et istam salutem tunc Deus operatur in homine, quando interior homo vel spiritus hominis auertit se totaliter à peccatis & creaturis, & omnes vires suas mediantibus virtutibus conuertit potenter in Deum, ita quod vim rationalem per fidem conuertat in Deum, tamquam in suam veritatem. Irascibilem vim per spem cōuertat in Deum, tamquā in summam largitatem; & concupiscibilem vim per charitatem conuertat in Deum, tamquam in summam bonitatem. & quando spiritus hominis per rectam conuersionem omnium virium suarum sic se conuertit in Deū, tunc Deus operatur in ipso quandam salutē spiritalem, per spiritus sancti donationē. Iuxta illud Isa. *A facie tua Domine concepimus & peperimus spiritum salutis*. Sed quia ista salus Spiritus sancti solum datur spiritui nostro, quando tamquam bona terra est fructuosus in virtutibus, ideo dicit Psalm. *Deus autem rex noster operatus est salutem in medio terræ*, id est, animæ fructuosæ, quā etiam ipse de ista salute certificat, quia quando spiritus noster per operationem Spiritus sancti spiritualiter viuit, tunc quodā testimonio spiritum nostrum certificat, quod filij Dei sumus, in quo tota salus nostra consistit. Vnde dicit Apostolus, *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod filij Dei sumus.* In hoc testimo-

Isa. 26.
Psal. 73.
Rom. 8.

testimonio sunt omnia spiritualia: nam spiritus est qui testificat, spiritus cui testificatur, & qui hoc testimonium habet in se, sine dubio Deus in ipso spiritualē salutem operatus est, quia quodammodo de æterna salute sanctificatus est, quod bene Saluator ostendit per illum, de quo ipse ait, *Hodie salus domui huic facta est,*
Luc. 19 *scilicet, quod & ipse filius sit Abrahæ.* Nihil enim certius de æterna salute esse potest, quam esse filium Dei, quia quando filij Dei sumus, tunc etiam eius hereditatis erimus participes. Iuxta
Rom. 8. illud Apostoli ad Roman. 8. *Quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*

Dominica XI. post Pentecosten.

SERMO XLVI.

1. Cor. 15 NOuißime omnium visus est mihi. 1. Corinth. 15. Videmus ad sensum, quod si contingit aliquem ire ad Romanam curiam, & ibi videre Papam, qui gratiose secum loquitur, & sibi bene facit, licet ad hoc sit indignus, talis cum reuertitur, cum gaudio magno hoc refert suis amicis. Sic Apostolus licet Christum fuerit persecutus, & per consequens, multum fuerit indignus, tamen quia se ei Christus ostendit, refert cum gaudio nobis suis amicis in verbo proposito dicens, *Nouißime omnium visus est mihi.* Circa quod verbum ad nostram doctrinā est sciendum, quod ad hoc quod homo Deum videat in sua æternitate, quatuor requiruntur.

Primum

Primum est conscientiæ pacificatio. Videmus enim ad sensum, quod in aqua non apparet imago nisi sit in tranquillitate & quiete: sic conscientiæ tranquillitas & pacificatio ordinat totam vitã hominis, vt tranquille viuat, & ad visionem Dei se disponat. Et ideo qui cupit Deum in sua æternitate videre, ille debet habere cor pacatum, quod non solum sit pacatum, & tranquillum in se, sed etiam quoad alios, ita quod cum aliis sancte, quiete & pacifice viuat. Et ideo hortatur nos Apostolus, *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã, sine quibus nemo videbit Deum.* Heb. 12. Sed quia nemo potest habere exteriorem pacem perfecte cum alijs, nisi prius habeat interiorem pacem in seipso, ideo etiam requiritur interna pax, quę est radix & origo exterioris pacis. Quomodo enim vellet aliquis cõcordare cum aliis, qui non posset concordare cum seipso. Qualiter autem sint dispositi qui pacem internam habent, dicit Augustinus, *Pacifici sunt in seipsis, qui omnes animi motus contemnentes & supponentes rationi, id est, spiritui carnales concupiscentias, habentes edomitas.* D. August. Quamdiu enim caro cum suis prauis concupiscentiis non est sub imperio & regimine spiritus, tamdiu conscientia nostra in se non est pacifica, quia dicit Apostolus, *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Galat. 5. Vnde quamdiu inferior appetitus, scilicet, carnis repugnat superiori appetitui, scilicet, spiritui, tamdiu non est pax in conscientia. Quia vbi duo appetitus sunt inter se repugnãtes, ibi est dualitas, quæ est numerus vituperabilis

rabilis, quia se ab vnitate diuidit; & per consequens non est ibi pax, quæ in vera vnione consistit. Vnit enim omnia inter se vt ordinate se habeant: & ideo dicit Hilarius, *Tunc est vera pax hominis, & vera libertas, quando caro subiicitur animæ & animus præsente Deo gubernatur.* talem pacem non habent peccatores: nunquam enim in se quietem habent, ratione conscientiæ remordentis, quæ semper remordet eorum prauis operibus. Vnde Bernard. in quibusdã dictis dicit, quod *conscientia alia bona, & non tranquilla; & alia tranquilla, & non bona: alia nec tranquilla nec bona: alia tranquilla & bona. Tranquilla, & non bona est, eorum qui in se peccant, & dicunt in corde suo, quod Deus non requiret: & ista maxime est in adolescentia. Bona & non tranquilla, est eorum qui iam conuersi ad Deũ cogitant annos suos in amaritudine: nec bona nec tranquilla eorum est, qui in multitudine peccatorum desperant: bona & tranquilla eorum est, qui carnem spiritui subdiderunt, qui cum his qui oderunt pacem sunt pacifici. Hic est lectus in quo requiem capit anima.*

D. Hilarius
D. Bernard

Secundum quod requiritur est cordis mundificatio. Videmus enim quod immunditia & macula in oculo resperfæ, ipsum limpidè videre non permittunt, sed oportet oculũ esse mundum qui clare debet videre. Consimiliter cor oportet esse mundum, quod debet videre illud mundissimũ speculum, in quo macula non est. Vnde munditia cordis necessaria est ad istam visionem, quia hęc munditia est quidã effectus vitæ actiuæ, disponens hominem in seipso ad virtutes, & dona & ad vitam contemplatiuam. Vnde dicit Saluator, *Beati*

Beati mundo corde quoniã ipsi Deum videbunt, & bene mundis corde diuina visio promittitur, quia munditia oculi disponit hominẽ ad clare videndum. Vnde totis viribus debemus laborare pro munditia cordis, quia quantomagis se homo Christo per munditiam, quem summe eligit, cõformauerit, tanto ei familiarior erit in patria, & ipsum clarius videbit: quia dicit Sapiens, *Incorruptio proximum facit Deo*: quod autem est magis proximum, clarius videtur. Sed posset aliquis dicere, Quid faciam vt mũdum cor habeam? Ecce nihil adeo vtile est ad mũditiam cordis, sicut aqua veræ contritionis, quia dicit Augustinus: quod *vna lachryma de puro corde producta plus valet & plus purgat quam decem anni in purgatorio*, quia nihil sic ab intra cor purificat & maculas animam deformantes abstergit, & hominem ita habilem facit ad videndum Deũ, sicut aqua amaræ contritionis. qui ergo vult Deum videre post hanc vitam, studeat oculum cordis lachrymis mundare, quia illis qui mũdo corde sunt visio Dei promissa est. Sed posset aliquis dicere, Non possũ habere aquam contritionis, quid ergo faciam vt ipsam habeam? Ecce nihil vtilius ad contritionem habendam, quam semper considerare propriam infirmitatem & fragilitatem, & cogitare, quam breuis sit ista vita, quam incertum sit tempus mortis, & quam dubium sit vtrum homo sit in gratia vel extra gratiam. Et tunc vltra debet cogitare mala, quæ à pueritia quando primo peccauit perpetrauit, & quam inutiliter expendit tempus, de quo rationem

Matth. 5

Sap. 6.

D. August.

tionem reddere debet, & quanta bona neglexit, & quantas pœnas promeruit, & quantum suum creatoré offendit. Quando homo ista in sua solitudine cogitat & deuotione, in seipso amarescit & ingemiscit, & intrinsecum cordis dolorem foris lachrymando manifestat, tunc oculos cordis penitus clarificat & emundat.

Tertio requiritur mentis cum Deo quietatio. Videmus enim, quod homo quiescens & à tumultu se abstrahens, melius veritatem speculatur, iuxta illud Philosophi, *Anima sedendo & quiescendo fit prudens*. Consimiliter quando anima omnes exteriores sensus trahit ab omnibus occupationibus exterioribus, & solummodo delectatur in Deo, omnem suam delectationem ab intra quærens in meditatione sui dilecti, in quo omnes vires eius requiescunt. Quando homo sic est abstractus, & in Deo delectatur, tunc meretur Deum videre. Istud figuratum est in Gen. per Iacob quando dormiuit in itinere fugiens fratrem suum. Quod exponens Augustinus dicit. *In itinere dormire, est in via huius sæculi ab impedimentis sæcularium actionum quiescere in Deo*. Sic qui vult venire ad Dei visionem, oportet, quod claudat omnes sensus suos ab omnibus terrenis occupationibus, vt omnem occupationem suam possit intus habere cum Deo. Nam sensus exteriores sine regimine rationis, semper inclinantur ad malum. Istud figuratum est Exodi tertio, vbi dicitur de Moyse qui *gregem suum minabat ad interiora deserti & venit ad montem*

D. August.

Exod. 3.

Dei

Dei Oreb, vbi apparuit ei Dominus. Per istum gregem intelliguntur exteriores sensus qui tamquam bestiæ sunt vagi & irrationabiles, absque regimine rationis, & ideo debēt minari ad interiora deserti, vt spiritus eos ad se trahat & regat suo imperio, vt se diuinis occupent, & quando illud fit, tūc apparet Deus homini. Apparet enim frequenter talibus Dominus, qui se cum diuinis occupant, nunc in forma domini eis timorem incutiendo. Sicut apparuit Iob 23. cum dicebat. *A facie eius turbatus sum & considerans eum, timore sollicitor.* Aliquando in forma magistri erudientis, Isa. 50. *Mane erigit mihi aurem*, vt tamquam magistrum ipsum audiam. Aliquando in forma patrisfamilias omnia in anima disponentis, iuxta illud Sapientis, *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, disponens omnia.* Aliquādo etiam apparet in forma sponsi se animæ amicabiliter exhibentis, iuxta illud Canti. *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vnde iste cui taliter apparet Deus, potest dicere illud Hester, *Vidi te Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ nimia gloria tua. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum*: plenæ sunt aures tuæ gratiarū, quia licet ipsum omnes Angelorum chori dulciter laudent, non tamen contemnit gemitum cuiusque vilissimi peccatoris, immo etiam libentius audit gemebūdam vocem peccatorum, quam concentum omnium Angelorum. Vnde in omni tribulatione sua inter varios clamores irridentium, & insultantium, vocem gemebundam mise-

Iob 23. Isa. 50. Sap. 8 Cant. 2 Hester 15.

ri latronis audiuit adeo libenter, vt ei soli suspensus in cruce responderet, ac si nihil aliud
Lucæ 23 in cælo & in terra audiret, dicens, *hodie mecum eris in paradiso*. Item oculi eius sunt pleni gratiarum: nam statim oculis misericordiæ respicit peccatorem, & ad indulgentiam recipit. Vnde dicitur Apocal. 1. *Oculi eius vt flamma ignis*, quia animam quam respicit oculis misericordiæ, illuminat & accendit, & omnia peccata cõburit igne contritionis, & statim consumuntur; quia peccata semper ad ignem pertinent infernalem, vel purgatorij. Vnde
Psal. 65 dicit Propheta, *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*. Sic *Dominus respexit Petrũ, qui fleuit amare*. Sic Mariam Magdalenam, quia *dimissa sunt ei peccata multa*. Item os eius plenum est gratiarum, quia adhuc mortalis tam gratiose loquebatur, vt eius inimici faterentur, quod nunquam homo sic locutus est, Lucæ 3. *Mirabantur omnes de his*, scilicet verbis gratiæ & veritatis, quæ procedebant de ore eius. Vnde etiam dicitur, Cum vocasset eum. Vox tua plena suauitate melliflua, & incomparabilis allocutio tua eloquiis Angelorum. O quam
Matt. 25. dulce erit audire illud verbum, *Venite benedicti patris mei, &c?* Quis dicere poterit, quam dulce erit hoc audire, immo nec Angeli hoc digne audire valent.

Quarto requiritur vera dilectio. Videmus enim ad sensum, quod res dilecta ad se videndum trahit oculum diligentis: sic sine dilectione impossibile est Deum videre. Nam si possibile esset, quod aliquis omnia bona mũdi face-

di faceret, & quæ omnes Sancti, qui in cęlo sunt, fecerunt, & Deum non diligeret, numquam Deum videre posset. Et ideo qui vult Deum videre, necesse est vt ipsum diligat; nã suis dilectoribus semper se manifestat. Iuxta illud Sapientiæ, *Apparet his qui diligunt eum in visione, vt cognoscant mirabilia eius*: nam per diuinum amorem homo deuenit in cognitionẽ Dei. Beati enim in patria quanto magis diligunt, tanto perfectius ipsum vident: & multi Sancti in notitiam eius deuenerunt per amorem, quibus & aliquando visibiliter apparuit, vt patet in Maria Magdalena, quæ ita dulciter eum dilexit, vt etiam nec ab Angelo consolari voluerit, & ideo omnium prima Christũ videre meruit. Nec mirum, quod ab Angelo consolari non poterat, quia anima perfecte Deum diligens, nullius creaturæ solatium attendit. Quod bene patet per Prophetam dicentem, *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum*, & propterea dicebat Bernar. quoddam dulce verbum, *O bone Iesu, cum sola memoria absentia tuæ tantam animæ confert suauitatem, qualis est contemplatio præsentia tuæ: si gutta modica sic lætificat, quid faciet torrens inundans voluptatis tuæ?* Felix ergo, qui Deum sic diligit, vt nullius creaturæ solatium aduertat. Talis vtique Deũ videbit; & quanto perfectius in hoc consistit, tanto limpidius absque dubio Deum videbit. (Secundũ enim gradus amoris Deus clarius videbitur.) Exemplum habemus in sole, qui licet communis sit omnibus ad videndum, tamen quanto sanior & purior est oculus,

Eccle. 1.

Psal. 76.

D. Bern.

tanto efficacius intuetur radium solis. Item qui ad fontē diuinitatis peruenit, tanto perfectius & delectabilius bibit, quanto fortius in eius amore exarsit, (secundum enim gradus amoris dabitur claritas visionis.) Vnde nota, quod nouem gradus sunt amoris, comparati nouem choris Angelorum. Primus est amor inchoatiuus, qui ideo sic dicitur, quia inchoat spiritualem vitam in anima, & iste gradus comparatur primo choro, siue ordini Angelorum, qui vocantur Angeli, quia diuinæ voluntatis sunt nuntij, tamen secundum communem cursum non sunt nuntij secretissimorū mysteriorū. Sic amor in sui principio, non cadit primo super altiorem gradū amoris: quamuis cadat super altissimum obiectum amoris, quod est ipsemet Deus. Ex quo enim in isto gradu primo incipit Deum diligere, oportet quod cū difficultate ab illo quod isti amori cōtrariatur, recedat. Oportet enim hominem multū colluctari cum illis, quæ diuino cultui contrariantur. Vnde dicit

S. Anselm Anselmus, *Colluctata est anima mea cum illa sapientia, quæ quidem est amor, discernens ea quibus colitur Deus, ab his quæ diuino cultui contrariantur.* Vnde ad hoc quod amor sit vniuersalis Imperator in regno animæ, oportet quod laboret pro omnibus viribus reparandis, & defectibus excludendis. Vnde oportet, vt primo laboret contra rationis cæcitatē, secundo contra voluntatis curuitatem, tertio contra cupiditatis impuritatem, quarto cōtra irascibilis improbitatem, quinto contra bene operandi infirmitatem,

mitatem; sexto contra virtutem omnium instabilitatē. Secundus gradus est amor profectiuus, qui ideo dicitur profectiuus, quia iam contrarium amoris vicit, & ideo delectabiliter facit animam in vita spirituali proficere, vt tandem ad perfectū gradum perueniat. Iste gradus comparatur secundo choro siue ordini Angelorum, qui dicūtur Archangeli, & bene, quia secreta mysteria diuini beneplaciti solent nuntiare: sic alacer profectus diuini amoris, carens omni tædio, solet deuotę animæ dulcissima diuinorum mysteriorum, & charismatum secreta nuntiare. Signū huius quod anima istum gradum ascendit, est, operari sine intermissione. Vnde dicit Gregor. D. Gregor. *Nunquam amor Dei est otiosus. Operatur enim magna si est: si autem renuit operari, amor non est.* Tertius gradus est amor calefactiuus, qui animam facit calidā sua igneitate: sicut enim ignis maximę est actiuitatis & virtutis, in hoc quod agit; sic iste gradus maximæ est virtutis in anima, quę hunc gradū ascendit. Vnde comparatur tertio choro Angelorum, qui dicitur ordo Virtutū, & hoc ideo, quia Angeli illius chori operantur virtualiter virtutes diuinorum miraculorum: sic anima quæ hunc gradum ascendit virtualiter, operatur miracula diuersarū virtutū in seipsa, quando per virtutē diuini amoris, omnis carnalis cupiditas in ipsa consumitur. Vnde dicit August. D. August. *Scintilla diuini amoris, de qua Dominus dicit, Ignem veni mittere in terram, cum venerit & flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatem carnalium ligna consumit.*

Quartus gradus est amor fortificatiuus, quia fortificat animã in aduersis, vt potenter possit resistere omnibus tribulationibus & aduersitatibus. Iste gradus cõparatur quarto choro Angelorum, scilicet, Potestatum; & hoc ideo, quia Angeli istius ordinis habent potentiam coercendi & repellendi malignos spiritus: sic amor istius gradus, habet potentiam resistendi & repellendi omnes aduersitates & tribulationes. Omnis enim res, ad præsentiam sui contrarij magis excitatur & fortius operatur. Sic ignis quando aspergitur aqua, magis incalescit, quia dũ aquam quæ sibi est contraria sentit, magis illi incipit resistere: sic charitas quamuis varias tribulationes sustineat, tamen se totum recolligit & fortius
Cant. 8 resistit. Vnde in Canti. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent ipsam.*
Quintus gradus est amor ordinatiuus, quia ordinat in anima modũ amandi, quomodo vnamquamque creaturam ordinate in Deo & propter Deum & ad Deum diligat, ipsum autem Deum super omnia diligat. Iste gradus comperatur quinto choro Angelorum, qui dicitur chorus vel ordo Principatuum, quia
Isidor. secundum Isidorum, *Vocabulum Principatus acceperunt pro eo, quod subditos Angelos ad explendum diuinum mysterium disponunt & ordinant*: sic amor istius gradus disponit & ordinat in anima verum modum amandi. Sed istum gradũ anima non ascendit, nisi prius à Deo introducatur in cel-
Cant. 2 lam vinariã diuinæ dulcedinis. Vnde in Cant. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*

ritatem. De hac dulcedine dicit Augustinus, *Introduxisti me Domine in quandam inconsuetam dulcedinem, quæ si perficeretur in me, nescio quid sit vita æterna, si illa non est.* Sextus gradus est amor attractiuus, quia trahit animam super se, & super omnem creaturam, iuxta illud Thren. *Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se.* Iste gradus comparatur sexto choro Angelorum qui dicuntur Dominationes, propter dominium quod habēt super omnes choros inferiores; sic gradus istius amoris dat dominium & libertatem spiritui super omnes creaturas, ne impediatur in attractu deifico. Vnde dicit Dominus animæ deuotę, quia *dilexi te, ideo attraxi te.* Fit autem iste attractus, quando anima sequitur diuinas inspirationes & instinctus, sicut acus sequitur magnetē. Et quia iste tractus suauis & delectabilis est, ideo rogat sponsa dilectum suum Canti. I. *Trahe me post te, curremus in odorē vnguentorū tuorū.* Septimus gradus est amor pacificatiuus, quia ab intra regnū animæ pacificat, vt in ea requiescat verus ille Salomon, id est, Christus. Salomon pacificus interpretatur & significat Christum, cuius locus in pace est. Iste gradus comparatur septimo choro Angelorum qui Throni appellantur, eo quod quasi throni & sedes Domini in seipsis sedentem teneant: sic istē gradus amoris facit Deū in anima sedere & requiescere. Vnde anima quę istum gradum amoris ascendit dicit: *Inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam.* Hunc gradum amoris Paulus tunc ascenderat, quando dicebat, *Certus sum*

D. Augu.

Thren. 3

Ierem. 3

Cant. 1

Canticor. 3

Rom. 8. *quod neque mors neque vita, &c.* Octauus gradus amoris est illuminatiuus, quia totam animam quadam mirifica claritate adeo illustrat, vt Deum in seipso & in omni creatura cognoscat, non solum in infimis & mediis creaturis, verum etiam in supremis. Iste gradus cōparatur octauo ordini Angelorum qui dicuntur Cherubin. Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ, eo quod Deum in omnibus limpidissime videant, & ipsum magis cognoscant. Sic quando anima istum gradū ascendit, magis in suo intellectu illuminatur, vt Deum plus cognoscat, & plus cognitum etiā plus diligat, & ideo dicitur, *Qui diligunt te Domine sicut sol in ortu splendet, ita rutilant per claritatem,* (Iudic. 5.) scilicet, cognitionis. Ista tamen cognitio est hic imperfecta, licet alicui concedatur ex speciali gratia, Deum perfecte in seipso videre, sicut accidit Paulo, qui in raptu vidit diuinam essentiam, sicut dicit Augustinus. (D. August) Nonus gradus amoris est perfectiuus amor, qui animam perficit in diuino amore & feruore. Iste gradus comparatur nono choro vel ordini Angelorum qui dicuntur Seraphin, quia Angeli illius chori igne amoris magis accēsi sunt, & magis in diuino amore ardent. Seraphin enim interpretatur accensi, & quia magis sunt accensi diuino amore, ideo etiam Deo sunt magis vniti, quam omnes alij octo chori. Sic quando anima istum gradum dilectionis ascēdit, magis in diuino amore ardet, & ideo tunc est magis vnita, quia iam non sibi sed amato viuit. Vnde dicit Augustinus, (Idem)

Chari-

Charitas vt perficiatur, nascitur; cum nata fuerit, vt incerta roboratur; cum roborata fuerit, perficitur. Vnde dicit Apostolus, *Mihi autem viuere Christus est, &c.* Philip. 1.
Rogemus ergo Dominum, &c,

Dominica XII. post Pentecosten.

SERMO XLVII.

Sufficientia nostra ex Deo est. 1. Corinth. 3. Virtutis prudentiæ est non solum beneficia, & benefacientis affectum æstimare ac ponderare, sed eadem accepta referre benefactori. Eodem modo Beatus Paulus quidquid gratiæ, habuit, à Deo recepit, ideo hoc recognoscẽs, & Deo pro se & pro nobis omnibus gratus existens, dicit, *Sufficientia nostra ex Deo est.* Circa quod verbum ad nostrã doctrinam est sciendum, quod quadruplex est sufficientia quam à Deo habemus. 1. Cor. 3.

Primo habemus à Deo sufficientiam bonorum naturaliũ, quæ Deus sufficienter humanæ naturæ concessit, & hæc bona sunt anima & corpus, & horum bonorũ sufficientiam à Deo habemus, ideo tenemur ipsum propter ista bona diligere, sicut odiremus ipsum qui vel oculos erueret vel manus, vel pedes amputaret, & hæc bona possũt dici bona sufficientiæ, quia animã nostram ad imaginem & similitudinem suam creauit, corpus elegantissime disposuit, & pulcherrime

Eccles.17 decorauit. Vnde dicit Eccel. *Deus de terra creauit hominem & secundam imaginem suam fecit illum, & vestiuit eum virtute*, & ex isto potest homo notabiliter considerare se esse dignissimū creaturarum. In hac consideratione homo deuotus in omni vita sua inuenit magnū solatium, quando iam sufficiens bonum in se perpendit esse, in quo maxime delectatur. Vnde di-
Eccles.11 citur Eccli. 11. *Vita operarij sufficienter illi indulcorabitur, & in ea inueniet quasi thesaurum?* Operarius potest dici quilibet homo, qui nascitur ad laborem, sicut auis ad volandum. Huic datur sufficientia secundum diuinam ordinationē, omnis naturalis boni, tam animæ quam corporis: & hęc vita tunc indulcorabitur illi, quando considerat se his bonis præ aliis creaturis sublimatū, maxime tamen in hoc quod pulchritudinem diuinæ imaginis in se gerat, quod maximum bonum est inter omnia naturalia. Sed heu quidam sunt qui tamen bonum non respiciunt, sed diuersis immundi-
Prouerb.11 tiis peccatorū deturpant. Quare dicit Sapiens, *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* Per istam mulierem pulchram & fatuā, possumus intelligere animam rationalem, quæ pulchritudinē diuinæ imaginis in se portat, sed merito fatua dicitur, quādo hanc pulchritudinem diuinæ imaginis in se deturpat, per immunditiam peccatorum: & ideo bene cōparatur sui portanti circulum aureum in naribus: nam sicut sus portans circulum aureū in naribus, trahit ipsum per diuersas immūditias; sic ipsa peccatrix anima pulchritudinē

diuinæ imaginis maculat diuersis peccatis. Sed bene illi animæ, quæ hanc pulchritudinẽ seruat illibatam, vt de illa Dominus dicat illud Canti. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*. Nam reuera tali animæ bene potest appropriari illud Sapient. *Candor est lucis æternæ & speculum sine macula & imago bonitatis Dei.* Vnde nota quod tria requiruntur adhoc quòd imago perfectè appareat in speculo. Primo requiritur, vt ipsum speculum sit bene politum, id est, planum & purũ. Oportet enim vt sit valde planum & purum, vt facies in eo debite appareat, quia quanto purius & planius est, tanto perfectus forma in eo apparet. Sic à simili, quanto anima mundior est & purior, tanto perfectius relucet in ipsa imago Trinitatis. Oportet etiam vt sit valde munda & pura, si debet esse speculum deitatis: & ideo etiã oportet quod sit depurata totaliter, non solũ ab omni macula impuritatis mortalis, verũ etiam venialis, quantum possibile est: quod ideo dico, quia peccatum veniale, quãuis non totaliter tollat ab anima vigorẽ suæ puritatis, tamen ipsam quodammodo obscurat. Nam videmus in speculo quod aliquando obtenebratur in tantum, vt imago siue forma in eo non appareat penitus. Aliquãdo autem ita obscuratur, vt forma sibi opposita in eo appareat, sed tamen perfecte discerni nõ potest: & sic est de anima, & ideo propter istam differentiam dicit Grego. *Veniale obscurat, mortale obtenebrat.* Secundo oportet vt speculum habeat in situ stabilitatem, vt non moueatur,

Cant. 1

Sap. 7

D. Gregor

tionem reddere debet, & quanta bona neglexit, & quantas pœnas promeruit, & quantum suum creatorē offendit. Quando homo ista in sua solitudine cogitat & deuotione, in seipso amarescit & ingemiscit, & intrinsecum cordis dolorem foris lachrymando manifestat, tunc oculos cordis penitus clarificat & emundat.

Tertio requiritur mentis cum Deo quietatio. Videmus enim, quod homo quiescens & à tumultu se abstrahens, melius veritatem speculatur, iuxta illud Philosophi, *Anima sedendo & quiescendo fit prudens*. Consimiliter quando anima omnes exteriores sensus trahit ab omnibus occupationibus exterioribus, & solummodo delectatur in Deo, omnem suam delectationem ab intra quærens in meditatione sui dilecti, in quo omnes vires eius requiescunt. Quando homo sic est abstractus, & in Deo delectatur, tunc meretur Deum videre. Istud figuratum est in Gen. per Iacob quando dormiuit in itinere fugiens fratrem suum. Quod exponens Augustinus dicit. *In itinere dormire, est in via huius sæculi ab impedimentis sæcularium actionum quiescere in Deo*. Sic qui vult venire ad Dei visionem, oportet, quod claudat omnes sensus suos ab omnibus terrenis occupationibus, vt omnem occupationem suam possit intus habere cum Deo. Nam sensus exteriores sine regimine rationis, semper inclinantur ad malum. Istud figuratum est Exodi tertio, vbi dicitur de Moyse qui *gregem suum minabat ad interiora deserti & venit ad montem Dei*

D. August.

Exod. 3.

Dei Oreb, vbi apparuit ei Dominus. Per istum gregem intelliguntur exteriores sensus qui tamquam bestiæ sunt vagi & irrationabiles, absque regimine rationis, & ideo debēt minari ad interiora deserti, vt spiritus eos ad se trahat & regat suo imperio, vt se diuinis occupent, & quando illud fit, tūc apparet Deus homini. Apparet enim frequenter talibus Dominus, qui se cum diuinis occupant, nunc in forma domini eis timorem incutiendo. Sicut apparuit Iob 23. cum dicebat. *A facie eius turbatus sum & considerans eum, timore sollicitor.* Aliquando in forma magistri erudientis, Isa. 50. *Mane erigit mihi aurem*, vt tamquam magistrum ipsum audiam. Aliquando in forma patrisfamilias omnia in anima disponentis, iuxta illud Sapientis, *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, disponens omnia.* Aliquādo etiam apparet in forma sponsi se animæ amicabiliter exhibentis, iuxta illud Canti. *Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Vnde iste cui taliter apparet Deus, potest dicere illud Hester, *Vidi te Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ nimia gloria tua. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum*: plenæ sunt aures tuæ gratiarū, quia licet ipsum omnes Angelorum chori dulciter laudent, non tamen contemnit gemitum cuiusque vilissimi peccatoris, immo etiam libentius audit gemebūdam vocem peccatorum, quam concentum omnium Angelorum. Vnde in omni tribulatione sua inter varios clamores irridentium, & insultantium, vocem gemebundam mise-

Iob 23.
Isa. 50.
Sap. 8
Cant. 2
Hester 15.

ri latronis audiuit adeo libenter, vt ei soli suspensus in cruce responderet, ac si nihil aliud
Lucæ 23 in cælo & in terra audiret, dicens, *hodie mecum eris in paradiso.* Item oculi eius sunt pleni gratiarum: nam statim oculis misericordiæ respicit peccatorem, & ad indulgentiam reci-
Apoc. 1 pit. Vnde dicitur Apocal. 1. *Oculi eius vt flamma ignis,* quia animam quam respicit oculis misericordiæ, illuminat & accendit, & omnia peccata cōburit igne contritionis, & statim consumuntur; quia peccata semper ad ignem pertinent infernalem, vel purgatorij. Vnde
Psal. 65 dicit Propheta, *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Sic *Dominus respexit Petrū, qui fleuit amare.* Sic Mariam Magdalenam, quia *dimissa sunt ei peccata multa.* Item os eius plenum est gratiarum, quia adhuc mortalis tam gratiose loquebatur, vt eius inimici faterentur, quod nunquam homo sic locutus est, Lucæ 3. *Mirabantur omnes de his,* scilicet verbis gratiæ & veritatis, quæ procedebant de ore eius. Vnde etiam dicitur, Cum vocasset eum. Vox tua plena suauitate melliflua, & incomparabilis allocutio tua eloquiis Angelorum. O quam
Matt. 25. dulce erit audire illud verbum, *Venite benedicti patris mei, &c?* Quis dicere poterit, quam dulce erit hoc audire, immo nec Angeli hoc digne audire valent.

Quarto requiritur vera dilectio. Videmus enim ad sensum, quod res dilecta ad se videndum trahit oculum diligentis: sic sine dilectione impossibile est Deum videre. Nam si possibile esset, quod aliquis omnia bona mūdi face-

di faceret, & quæ omnes Sancti, qui in cęlo sunt, fecerunt, & Deum non diligeret, numquam Deum videre posset. Et ideo qui vult Deum videre, necesse est vt ipsum diligat; nã suis dilectoribus semper se manifestat. Iuxta illud Sapientiæ, *Apparet his qui diligunt eum in visione, vt cognoscant mirabilia eius:* nam per diuinum amorem homo deuenit in cognitionẽ Dei. Beati enim in patria quanto magis diligunt, tanto perfectius ipsum vident: & multi Sancti in notitiam eius deuenerunt per amorem, quibus & aliquando visibiliter apparuit, vt patet in Maria Magdalena, quæ ita dulciter eum dilexit, vt etiam nec ab Angelo consolari voluerit, & ideo omnium prima Christũ videre meruit. Nec mirum, quod ab Angelo consolari non poterat, quia anima perfecte Deum diligens, nullius creaturæ solatium attendit. Quod bene patet per Prophetam dicentem, *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei & delectatus sum*, & propterea dicebat Bernar. quoddam dulce verbum, *O bone Iesu, cum sola memoria absentia tua tantam anima confert suauitatem, qualis est contemplatio præsentia tua: si gutta modica sic lætificat, quid faciet torrens inundans voluptatis tuæ?* Felix ergo, qui Deum sic diligit, vt nullius creaturæ solatium aduertat. Talis vtique Deũ videbit; & quanto perfectius in hoc consistit, tanto limpidius absque dubio Deum videbit. (Secundũ enim gradus amoris Deus clarius videbitur.) Exemplum habemus in sole, qui licet communis sit omnibus ad videndum, tamen quanto sanior & purior est oculus,

Eccle. 1.

Psal. 76.

D. Bern.

mitatem, sexto contra virtutem omnium instabilitatē. Secundus gradus est amor profectiuus, qui ideo dicitur profectiuus, quia iam contrarium amoris vicit, & ideo delectabiliter facit animam in vita spirituali proficere, vt tandem ad perfectū gradum perueniat. Iste gradus comparatur secundo choro siue ordini Angelorum, qui dicūtur Archangeli, & bene, quia secreta mysteria diuini beneplaciti solent nuntiare: sic alacer profectus diuini amoris, carens omni tædio, solet deuotę animæ dulcissima diuinorum mysteriorum, & charismatum secreta nuntiare. Signū huius quod anima istum gradum ascendit, est, operari sine intermissione. Vnde dicit Gregor. D.Gregor. *Nunquam amor Dei est otiosus. Operatur enim magna si est: si autem renuit operari, amor non est.* Tertius gradus est amor calefactiuus, qui animam facit calidā sua igneitate: sicut enim ignis maximę est actiuitatis & virtutis, in hoc quod agit; sic iste gradus maximæ est virtutis in anima, quę hunc gradū ascendit, Vnde comparatur tertio choro Angelorum, qui dicitur ordo Virtutū, & hoc ideo, quia Angeli illius chori operantur virtualiter virtutes diuinorum miraculorum: sic anima quæ hunc gradum ascendit virtualiter, operatur miracula diuersarū virtutū in seipsa, quando per virtutē diuini amoris, omnis carnalis cupiditas in ipsa consumitur. Vnde dicit August. D.August. *Scintilla diuini amoris, de qua Dominus dicit, Ignem veni mittere in terram, cum venerit & flammam dignissimam fecerit, omnium cupiditatem carnalium ligna consumit.*

Quartus gradus est amor fortificatiuus, quia fortificat animã in aduersis, vt potenter possit resistere omnibus tribulationibus & aduersitatibus. Iste gradus cõparatur quarto choro Angelorum, scilicet, Potestatum; & hoc ideo, quia Angeli istius ordinis habent potentiam coercendi & repellendi malignos spiritus: sic amor istius gradus, habet potentiam resistendi & repellendi omnes aduersitates & tribulationes. Omnis enim res, ad præsentiam sui contrarij magis excitatur & fortius operatur. Sic ignis quando aspergitur aqua, magis incalescit, quia dũ aquam quæ sibi est contraria sentit, magis illi incipit resistere: sic charitas quamuis varias tribulationes sustineat, tamen se totum recolligit & fortius resistit. Vnde in Canti. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent ipsam.*

Cant. 8

Quintus gradus est amor ordinatiuus, quia ordinat in anima modũ amandi, quomodo vnamquamque creaturam ordinate in Deo & propter Deum & ad Deum diligat, ipsum autem Deum super omnia diligat. Iste gradus comperatur quinto choro Angelorum, qui dicitur chorus vel ordo Principatuum, quia secundum Isidorum, *Vocabulum Principatus acceperunt pro eo, quod subditos Angelos ad explendum diuinum mysterium disponunt & ordinant*: sic amor istius gradus disponit & ordinat in anima verum modum amandi. Sed istum gradũ anima non ascendit, nisi prius à Deo introducatur in cellam vinariã diuinæ dulcedinis. Vnde in Cant. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.*

Isidor.

Cant. 2

ritatem. De hac dulcedine dicit Augustinus, D.August.
Introduxisti me Domine in quandam inconsuetam dulcedinem, quasi perficeretur in me, nescio quid sit vita æterna, si illa non est. Sextus gradus est amor attractiuus, quia trahit animam super se, & super Thren.3
omnem creaturam, iuxta illud Thren. *Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se*. Iste gradus comparatur sexto choro Angelorum qui dicuntur Dominationes, propter dominium quod habet super omnes choros inferiores; sic gradus istius amoris dat dominium & libertatem spiritui super omnes creaturas, ne impediatur in attractu deifico. Vnde dicit Ierem.3
Dominus animæ deuotę, quia *dilexi te, ideo attraxi te*. Fit autem iste attractus, quando anima sequitur diuinas inspirationes & instinctus, sicut acus sequitur magnetē. Et quia iste tractus suauis & delectabilis est, ideo rogat Cant.1
sponsa dilectum suum Canti.1. *Trahe me post te, curremus in odorē vnguentorū tuorū*. Septimus gradus est amor pacificatiuus, quia ab intra regnū animæ pacificat, vt in ea requiescat verus ille Salomon, id est, Christus. Salomon pacificus interpretatur & significat Christum, cuius locus in pace est. Iste gradus comparatur septimo choro Angelorum qui Throni appellantur, eo quod quasi throni & sedes Domini in seipsis sedentem teneant: sic iste gradus amoris facit Deū in anima sedere & requiescere. Vnde anima quę istum gradum amoris ascendit dicit; *Inueni quem diligit anima mea, tenui* Canticor.3
eum nec dimittam. Hunc gradum amoris Paulus tunc ascenderat, quando dicebat, *Certus sum*

Rom. 8. *quod neque mors neque vita, &c.* Octauus gradus amoris est illuminatiuus, quia totam animam quadam mirifica claritate adeo illustrat, vt Deum in seipso & in omni creatura cognoscat, non solum in infimis & mediis creaturis, verum etiam in supremis. Iste gradus cõparatur octauo ordini Angelorum qui dicuntur Cherubin. Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ, eo quod Deum in omnibus limpidissime videant, & ipsum magis cognoscant. Sic quando anima istum gradũ ascendit, magis in suo intellectu illuminatur, vt Deum plus cognoscat, & plus cognitum etiã

Iudic. 5. plus diligat, & ideo dicitur, *Qui diligunt te Domine sicut sol in ortu splendet, ita rutilant per claritatem,* scilicet, cognitionis. Ista tamen cognitio est hic imperfecta, licet alicui concedatur ex speciali gratia, Deum perfecte in seipso videre, sicut accidit Paulo, qui in raptu vidit diui-

D. August nam essentiam, sicut dicit Augustinus. Nonus gradus amoris est perfectiuus amor, qui animam perficit in diuino amore & feruore. Iste gradus comparatur nono choro vel ordini Angelorum qui dicuntur Seraphin, quia Angeli illius chori igne amoris magis accẽsi sunt, & magis in diuino amore ardent. Seraphin enim interpretatur accensi, & quia magis sunt accensi diuino amore, ideo etiam Deo sunt magis vniti, quam omnes alij octo chori, Sic quando anima istum gradum dilectionis ascẽdit, magis in diuino amore ardet, & ideo tunc est magis vnita, quia iam non sibi

Idem sed amato viuit. Vnde dicit Augustinus,

Chari-

Charitas vt perficiatur, nascitur; cum nata fuerit, vt incerta roboratur; cum roborata fuerit, perficitur. Vnde dicit Apostolus, *Mihi autem viuere Christus est, &c.* Philip. 1.
Rogemus ergo Dominum, &c,

Dominica XII. post Pentecosten.

SERMO XLVII.

SVfficientia nostra ex Deo est. 1. Corinth. 3. Virtu- 1. Cor. 3.
tis prudentiæ est non solum beneficia, & benefacientis affectum æstimare ac ponderare, sed eadem accepta referre benefactori. Eodem modo Beatus Paulus quidquid gratiæ, habuit, à Deo recepit, ideo hoc recognoscẽs, & Deo pro se & pro nobis omnibus gratus existens, dicit, *Sufficientia nostra ex Deo est.* Circa quod verbum ad nostrã doctrinam est sciendum, quod quadruplex est sufficientia quam à Deo habemus.

Primo habemus à Deo sufficientiam bonorum naturaliũ, quæ Deus sufficienter humanæ naturæ concessit, & hæc bona sunt anima & corpus, & horum bonorũ sufficientiam à Deo habemus, ideo tenemur ipsum propter ista bona diligere, sicut odiremus ipsum qui vel oculos erueret vel manus, vel pedes amputaret, & hæc bona possũt dici bona sufficientiæ, quia animã nostram ad imaginem & similitudinem suam creauit, corpus elegantissime disposuit, & pulcherrime

Eccles.17 decorauit. Vnde dicit Eccel. *Deus de terra creauit hominem & secundum imaginem suam fecit illum, & vestiuit eum virtute*, & ex isto potest homo notabiliter considerare se esse dignissimũ creaturarum. In hac consideratione homo deuotus in omni vita sua inuenit magnũ solatium, quando iam sufficiens bonum in se perpendit esse, in quo maxime delectatur. Vnde dicitur Eccli. 11. *Vita operarij sufficienter illi indulcorabitur, & in ea inueniet quasi thesaurum?* Operarius potest dici quilibet homo, qui nascitur ad laborem, sicut auis ad volandum. Huic datur sufficientia secundum diuinam ordinationẽ, omnis naturalis boni, tam animæ quam corporis: & hęc vita tunc indulcorabitur illi, quando considerat se his bonis præ aliis creaturis sublimatũ, maxime tamen in hoc quod pulchritudinem diuinæ imaginis in se gerat, quod maximum bonum est inter omnia naturalia. Sed heu quidam sunt qui tamen bonum non respiciunt, sed diuersis immunditiis peccatorũ deturpant. Quare dicit Sapiens, *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua*. Per istam mulierem pulchram & fatuã, possumus intelligere animam rationalem, quæ pulchritudinẽ diuinæ imaginis in se portat, sed merito fatua dicitur, quãdo hanc pulchritudinem diuinæ imaginis in se deturpat, per immunditiam peccatorum: & ideo bene cõparatur sui portanti circulum aureum in naribus: nam sicut sus portans circulum aureũ in naribus, trahit ipsum per diuersas immũditias; sic ipsa peccatrix anima pulchritudinẽ diuinæ

[Margin: Eccles.11. — Prouerb.11]

diuinæ imaginis maculat diuersis peccatis. Sed bene illi animæ, quæ hanc pulchritudinē seruat illibatam, vt de illa Dominus dicat illud Canti. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te* Nam reuera tali animæ bene potest appropriari illud Sapient. *Candor est lucis æternæ & speculum sine macula & imago bonitatis Dei.* Vnde nota quod tria requiruntur adhoc quòd imago perfectè appareat in speculo. Primo requiritur, vt ipsum speculum sit bene politum, id est, planum & purũ. Oportet enim vt sit valde planum & purum, vt facies in eo debite appareat, quia quanto purius & planius est, tanto perfectus forma in eo apparet. Sic à simili, quanto anima mundior est & purior, tanto perfectius relucet in ipsa imago Trinitatis. Oportet etiam vt sit valde munda & pura, si debet esse speculum deitatis: & ideo etiã oportet quod sit depurata totaliter, non solũ ab omni macula impuritatis mortalis, verũ etiam venialis, quantum possibile est: quod ideo dico, quia peccatum veniale, quãuis non totaliter tollat ab anima vigorē suæ puritatis, tamen ipsam quodammodo obscurat. Nam videmus in speculo quod aliquando obtenebratur in tantum, vt imago siue forma in eo non appareat penitus. Aliquãdo autem ita obscuratur, vt forma sibi opposita in eo appareat, sed tamen perfecte discerni nõ potest: & sic est de anima, & ideo propter istam differentiam dicit Grego. *Veniale obscurat, mortale obtenebrat.* Secundo oportet vt speculum habeat in situ stabilitatem, vt non moueatur,

Cant. 1

Sap. 7

D. Gregor

ueatur, quia motus confundit inspicientis intuitum. Sic qui vult esse speculum Trinitatis, debet esse stabilis, vt non moueatur de vna leuitate ad aliam. Nam timeo ne multi ardeant in inferno, non pro aliqua praua actione, sed solummodo pro instabilitate motus, quia mouebantur de vna leuitate ad aliã; nec permiserunt in se quiescere donũ Spiritus sancti. Igitur clamant qui sunt tales: *Peccantem me quotidie & non me pœnitentẽ timor mortis conturbat me*, & tales similes sunt lunæ: nã *stultus vt luna mutatur*. Luna enim quamuis sit syderum clarissima, tamen secundum Philosophum, quia maximæ instabilitatis est, ideo toties indiget splendore alieno, & per sui interpositionem aufert nobis claritatem solis, & facit nobis generare eclipsim. Sic anima propter instabilitatem suam priuat se claritate diuinę gratiæ, ita vt imago Beatissimæ Trinitatis nequeat apparere. Exemplũ habemus in aqua, quando mouetur, aut nullam, aut turbulentam faciem intuenti ostendit. Tertio debet esse speculum terminatum corpore: Terminatum corpus appellat Philosophus corpus non perspicuum. Vnde debet esse terminatum aliquo opaco non perspicuo, vt plumbo vel alio. sic ad hoc quod anima sit imago Trinitatis, oportet quod homo non sit in se perspicuus. Videmus enim quod vitrum ex quo est perspicuum, quamuis solem recipiat, tamen quandoque reiicit, ita vt imago solis non plene in ipso appareat: sed speculum quod non est perspicuum sed plumbo tectum,

Ecclesia

Eccl. 27.

ctum, ideò imaginem solis in se recipit. Dicitur autem illa anima perspicua, quæ bona opera ante oculos hominum ponit. De quibus Dominus dicit, *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui facitis opera vestra coram hominibus, vt videamini ab eis*. Ideo tales non habent perfectè imaginē Trinitatis, vt speculum perfectum, sed similes sunt vitro. Matt.23

Secunda sufficientia quā à Deo habemus est sufficientia bonorum temporaliū, vt sunt bona visibilia, quæ ad vtilitatē hominis sunt creata. Quia dicit Bernardus, *Sine bonis temporalibus quorum domina est fortuna, non contingit viuere, sed tamen quanto districtius, tanto melius*. Vnde Deus dedit nobis ista bona temporalia ad sufficientiam, vt eis vtamur ad necessitatem vitæ, non vt eis fruamur sicut mali, qui peruerse fruuntur his bonis in hoc mundo, quando tantum in eis delectantur, vt Dei obliuiscantur. Vnde dicit Sapiens in persona talium. *Vadam & affluam delitiis, & fruar bonis*. Et hoc maxima est peruersitas quod creaturis volunt frui, quibus est vtendum, & non fruendum, propter quod Augustinus, *Sola peruersitas hominis est frui vtendis & vti fruendis*, Væ ergo illis, qui non attendunt quod dicit Propheta, *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere*. Illi nimis apponunt cor suum ad diuitias, qui obliuiscuntur Dei. Credunt enim quod possunt saturari diuitiis quod est impossibile. Ignis enim quanto plura ligna recipit, tanto plus ardet, sic est de auaro corde: pluralitas enim lignorū non extinguit ignem, sed magis

D. Bern.

Eccles.

D. August.

Psal. 61

per acus foramen, quam diuitem intrare in regnum Dei. Non tamen dico quod Deus largas diuitias prohibeat, quæ iuste acquiruntur, & tamen Deo distribuuntur.

Tertia sufficientia quam habemus à Deo, est sufficientia bonorũ spiritualium, vt sunt bona gratiæ, quæ Deus nobis sufficienter dedit, vt sẽper proficiamus in omni bono. De ista sufficientia dicit Apostolus 2. Corinth. nono. *Potens est Deus omnem gratiam facere abundare in bonis, vt in omnibus omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum.* Hanc sufficientiam Beatus Paulus habuit, postquam à Deo illuminatus fuit, cum dixit ei Dominus, vt habetur 2. Corinth. 12. *Sufficit tibi gratia mea.* Vnde quando homo habet gratiã, & est in gratia, sẽper est habilis ad maiorem gratiam percipiendam, Gratia enim qua homo est Deo gratificatus, non est tam parua in homine, quin sẽper sit sibi sufficiens ad vlteriorem & maiorem gradum gratiæ. Nam vbi gratia, ibi spiritus Domini, *vbi autem spiritus Domini, ibi libertas,* vt dicit Apostolus. Et ex hac libertate spiritus sancti, quam spiritus noster recipit à spiritu Domini, potest homo omne illud quod creaturale est transcẽdere & secũdum hanc libertatem soli Deo est subiectus: & ideo propter hanc libertatem semper est proficiendũ. propter quod dicit Augustinus, *Summa perfectio Christianæ religionis est, vt quantumcunque homo in hac vita proficit, semper putet sibi superesse quod quærat.* & quare illud sit causam reddit Leo Papa, *Nam qui se æstimat peruenisse ad hoc quod cupit,*

2. Cor. 9

2. Cor. 12

2. Cor 3

D. August.

Leo.

cupit, non quæsita repperit, sed in inquisitione deficit. Ex istis manifeste destruitur opinio quorundam, qui dicunt, quod homo in hac vita ad culmen perfectionis deuenire possit, quod amplius in gratia & charitate proficere non possit, quia alias inueniretur quis perfectior Christo, cui gratia fuit finita. Sed istud dicere omnino est falsum & erroneum. Nam perfectio gratiæ fuit in Christo per modum causæ vniuersalis gratificantis. Et ideo sicut omnis lux reperta in istis inferioribus, non adęquat lucem solis, ita nec omnis perfectio gratuita omnium hominum, potest adęquari perfectioni gratiæ Christi. Sed modo posset quæri, vtrum semper proficere sit homini necessarium ad salutem: dicitur quod non, quia si sic esset, tunc multi homines non saluarentur, quia semper in eodem statu bonæ consuetudinis, puta in dicendis orationibus & ieiuniis vitam continuant. Sciendum tamen est, quod cum dicitur, continuus profectus est homini necessarius ad salutem, quod hoc non debet intelligi de profectu quantũ ad opera exteriora, sed de continuo profectu quantum ad desideriũ Quod sic potest ostendi, quilibet enim in hac vita quantumcunque perfectus & sanctus, debet dicere cum Propheta, *Ego dixi nunc cœpi,* Quia dicit Sapiens, *Cum consummauerit homo tunc incipiet*. Vnde dicit Gregor. *Hæc est perfectorum summa iustitia, vt se nunquam perfectos esse credant, ne in deficiendi incidant periculum, vbi proficiendi deponunt appetitum.* Signanter autem dicit, *proficiendi appetitum*, non *proficiendi*

Error Begardorum.

Psal. 76.

Eccle. 18

B. Gregor.

ciendi exercitium, ostendens per hoc quod continuus profectus est habendus séper in desiderio, non in operis exercitio. Quarta sufficientia quam habemus à Deo est sufficientia bonorum æternalium, quorum sufficientia consistit in visione & fruitione diuinę essentiæ. Sed ad ista bona disponit nos sufficientia gratiæ, quia sine hac nemo potest venire ad illud bonum, in quo est sufficientia & perfectio totius boni, iuxta illud verbum Philippi dicentis Ioan. 14. *Domine ostende nobis patrem & sufficit nobis*. Et ideo Moyses quãuis esset rector populi Israel, non tamen in hoc inuenit sufficientiam, nisi faciem Domini contemplaretur. Vnde quando loquebatur cum Domino, sicut amicus cum amico, dicebat, *Domine ostende mihi faciem tuam*. Tunc ei responsum fuit, *Ostendam tibi omne bonum*, & reuera bene poterat hoc dicere, quia in Deo congregatum est omne bonum, quia in eo, vt quidam sapiens ait, sunt *perfectiones omnium generum*, & ideo si esset aliquod bonum in aliqua creatura, quod in Deo omnino non esset, tūc illa creatura esset perfectior Deo, respectu illius boni: sed hoc est falsum, quod possum probare in omni genere creaturarum, quia nulla creatura est tā nobilis, quod in omnibus aliam creaturam viliorem excedat, nec in aliquo excedatur: sicut aurum nobilius est plumbo, sed tamen plumbum excedit aurum in aliquo, quia in plumbo obtegitur speculū, quod non potest fieri cum auro. Item leo nobilior est agno, & excedit ipsum in fortitudine, sed agnus ex-

Ioan. 14

Exod. 33

Arist.

cedit ipsũ in mansuetudine, & sic est de ceteris creaturis. Ratio huius est, quia nulla creatura est ita perfecta vt in se includat omne bonum, & ideo si modo aliqua perfectio esset in aliqua creatura, quæ non esset in Deo, illa creatura esset eo nobilior, quod est abominabile de Deo cogitare. Cum igitur Deus in se contineat omnem perfectionem & omne bonum, ideo vt ad propositum redeam, ipse solus est rationali creaturæ sufficiens.

D. Bernar. Vnde dicit Bernard. *Iesu bone fons indeficiens, humana corda reficiens, ad te curro sitiens, quia tu mihi solus es sufficiens,* & bene possum dicere, quod ipse solus & nulla creatura animæ sit sufficiens: nam tantę capacitatis est anima, vt etiã plus possit appetere quã iste mundus, & omnis creatura possit habere. Et ideo quamdiu non transcendit omne bonum temporale, tam diu non est digna peruenire ad illud æternum bonum, quod solum potest eius appetitum terminare. Vnde dicit Anselmus, *Quamdiu anima mea per concupiscentiam traheris ad temporalium amorem, non inuenis iucunditatem æternorum, cogeris igitur anima mea Deum quærere qui solus tibi sufficere potest, & te sua mirabili dulcedine reficere.* Rogemus ergo, &c.

B. Anselm

Dominica XIII. post Pentecosten.

SERMO XLVIII.

Galat. 3. **D***Eus vnus est*, Galat. 3. Sponsa copulata viro dilecto, illum solum omnibus antepo-

nit,

nit, sic Beatus Paulus, cum simus vni vero, scilicet, Christo Deo desponsati, ad illum solum præ omnibus diligendũ nos dirigit in verbo proposito, cum dicit *Deus vnus est*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum quod quatuor sunt quæ faciunt hominẽ vniri Deo perfecte.

Primum est recta voluntatis ordinatio. Videmus enim quod quando duo sunt bene ordinata & coniuncta, dicimus quod talia sunt bene vnita, sicut patet de duobus lignis per carpentarium apte coniunctis. Consimiliter voluntas tunc dicitur recte ordinata, quando ad hoc se humiliat, ad quod est ordinata. Nunc autẽ voluntas hominis est ad hoc ordinata, vt suo creatori se subiiciat, & sẽper in omnibus eius voluntati se conformet. Voluntas enim Dei in hoc maxime consistit, vt quilibet homo bona voluntate mandata sua custodiat. Iuxta illud Psal. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis*. Nam sic se debet habere quilibet homo, vt omnia illa quæ scit Deum velle, etiam ipse velit, & quę scit ipsum nõ velle, etiam nolit. Et quando voluntas hominis isto modo est ordinata, tunc fit vnio inter Deum & spiritum hominis. Iuxta illud Apostoli, *Qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo*. Quod exponit Augustinus dicens, *Semper Dei faciens voluntatem, vnus spiritus est cum spiritu Domini*. Nam sicut dulcis ordor trahit apem ad florem: sic bona & ordinata voluntas trahit Deum ad animã, vt per suam dulcissimam inhabitationem ei vniatur, quia talis etiam anima quoddam spi-

Psal. 118. | 1 Cor. 9 | D. August.

D.Bern. rituale regnũ Dei efficitur. Vnde dicit Bern. illudq; super verbum Saluatoris, *Regnum Dei*
Luc.17. *intra vos est* Lucæ, 17. *Quod est hoc regnũ? Sane libera voluntas hominis ita se conformans voluntati Dei, vt nihil velit quod sciat ei displicere*, & talis conformitas voluntatis nostræ ad diuinam, veram vnionẽ facit inter Deum & animam. Vbi non est ista conformitas, ibi non potest esse vnio. Ratio, quia vbi duæ voluntates, ibi dualitas; vbi autem est dualitas, ibi multiplicitas, vbi multiplicitas, ibi nulla est vnitas. Ibi enim est vera vnio, vbi concordia est in volito, imo adeo fortis fit ex isto hæc vnio inter Deum & animam, quod nulla creatura Deum ab anima separare potest, nisi sola voluntas propria. Omnia enim exteriora menti auferri possũt, sed non æternalia. Vnde dicit Grego. *Potest*
D.Gregor *homo inuitus amittere temporalia, nunquam nisi volens amittit æterna*. Vnde cum Deus sit æternus, non potest in tempore auferri, nec loco elongari, cum sit vbique & sine loco, nec per inimicũ impediri, cũ sit interius. Et ideo inter ipsum & animam non potest inimicus venire me-
D.August dius, & ideo dicit Augustinus. *Domine te nemo amittit, nisi prius te quis dimittit, te nemo dimittit nisi velit*. Vnde nota quod nihil ita difficulter potest amitti sicut Deus, qui numquam nisi voluntarie amittitur. Omnia enim alia, vt diuitiæ, fortitudo, sanitas & huiusmodi, etiam contra voluntatẽ amittuntur, sed solus Deus non amittitur, nisi quando voluntas se ab eo auertit. Item est sciendum quod nihil ita faciliter potest retineri sicut Deus, & hoc possum isto modo

modo ostendere, quia si creaturam vult aliquis in se habere, non potest nisi in imagine vel specie, quia essentiam creaturę nemo potest in se habere, quia essentia lapidis aut auri non est in anima, sed species lapidis vel auri. Solus autem Deus secundum suam essentiam potest esse in anima, & ideo ipsum solum potest homo essentialiter in se habere. Vnde dicit Augustinus, *Illabi menti illi possibile est, qui eam creauit*, Item si homo vult creaturam extra se habere, non potest nisi in tempore. Sed quidquid in tempore habetur, etiam in tempore amittitur, quia omne quod in tēpore est instabile est, quia *tempus* nihil aliud est quā *motus rerū mutabiliū*: sed solū Deū potest homo sine tēpore & in æternitate habere. Itē si homo vult creaturā habere, vt in se, hoc nō potest licite nisi ipsā in Deo habeat, quia qui sic vult habere creaturā, nō debet in ipsa stare, sed etiā ad Deū ordinare, & sic ipsā trāscēdere: sed solū Deū vt est, potest homo in se habere, & sine aliis bonis, quia per ipsū solū omnia alia bona habet. Qui ergo vult ipsū essentialiter habere, debet omnē speciē dimittere: qui vult ipsū in æternitate habere, debet omne tēporale postponere: qui vult ipsū solū habere, debet omne quod creaturale est paruipendere. D. August.

Secundū quod facit hominem Deo vniri est perfecta depuratio. Videmus enim quod in crystallo puro vel clare depurato, solares radij se incorporant, quod rectę videntur esse vnū cum ipso. Et facies hominis ita se incorporat speculo, quod vnum videtur cum illo.

Sapient 7 Consimiliter cum Christus, vt dicit Sapiens, *Sit candor lucis aeternæ, & speculum sine macula*: ideo necesse est quod anima quæ illi vniri appetit, sit ab omni defectu culpæ depurata totaliter, nec in ea sit aliqua macula quæ impediat hanc visionem. Intellige autem sic animam depuratam, non quod se sciat immunem esse ab omni defectu: cum nullus sciat nisi specialiter sit de hoc à Deo certificatus, an amicitia vel odio sit dignus, sed vt hominem super nullo defectu sua conscientia deprehēdat. Tali puritate pollebat sanctus Iōb quando dicebat, *Non reprehendit me cor meum in*
Iob 27. *vita mea*. De ista autem puritate hortatur nos gloriari Apostolis, secunda Corinth. I. *Gloria*
2. Cor, I *nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ* & ista puritas maxime necessaria est ad hanc spiritualem vnionem animæ cum Deo. Nam hoc summe necessariū est cuilibet existenti in gratia, quod nunquam aliquid velit cōtra diuinum honorē attentare, vnde ipsum sua conscientia possit arguere. Homo enim depuratus in suo corde & conscientia, semper debet esse à mundialibus vanitatibus abstractus, ne conscientia sua ex hoc turbida fiat, & sic ista vnio inter Deum & hominem interrumpatur. Videmus enim quod omnia cęlestia quanto magis sunt à terrenis elongata, & Deo viciniora, tanto sunt puriora & magis virginea. In signū etiam quod anima quæ Deo debet esse proxima, verum etiam vnita sua puritate, totaliter debet esse virgi-
Sap. 6. nea, quia dicit Sapiens, *Incorruptio proximum Deo facit*,

facit. Imo quanto maior est in anima puritas, tanto perfectior erit hæc vnitas. Exemplum habemus in crystallo, quod quanto est clarius & lucidius, tanto celerius radiis solaribus vnitur, & soli similius efficitur. Vnde quanto est anima purior, tanto eius vnio cum Deo est perfectior: impossibile n. esset mundã animã esse, & ei Deum prǫsentẽ & vnitũ non esse: sicut impossibile esset purum & clarum speculum esse & oppositum soli, & imaginẽ non recipere: tantæ enim dulcedinis & perfectionis virtus puritatis est, vt etiam Deum quodammodo cogat eius desiderare vnionem. Vnde dicit sponsæ quæ est vna eius columba, illud Cant. 5. *Aperi mihi soror mea sponsa, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Aperi mihi quia nõ decet sponsum esse exclusum à thalamo suo, sum enim speciosus tuus sponsus, & sponsa debet esse vnita sponso possessione, refectione, quietatione, non debet excludi à thalamo conscientiæ. Vnde dicit Bernard. *Non sunt inuenta nomina æque dulcia, sicut sponsus & sponsa, quibus sunt omnia communia & nihil proprium, nec diuisum: vna namque hæreditas, vna domus, vna mensa, vnus thorus.* Vnde hoc bene decet, vt illis omnia sint cõmunia qui in se sunt vnum. Propter quod dicit Apostolus, *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.*

Cant. 5

D. Bern.

2. Cor. 11

Tertium quod facit hominem Deo vniri est amabilis copulatio, quæ fit per igneum amorem. Videmus enim quod ignis omne illud in quod agit sibi vnit, sicut ferrum ignitũ & ignis vniuntur. Consimiliter amor nihil

aliud est, quam vnio & nexus duorum inuicem, scilicet amantis & amati. Vnde qui vult Deo vniri, debet Deum veraciter amare, & de hoc familiari amore potest exponi illud,
1. Reg. 18 1. Regum 18. *Conglutinata est anima Ionathæ super Dauid, quia dilexit eum sicut animam suam.* Per Dauid qui interpretatur desiderabilis aspectu, possumus intelligere Christum, *in quem desiderant Angeli prospicere.* Ionathas interpretatur columba: vnde qui vult habere veram vnionem cum Dauid, scilicet, Christo, debet esse Ionathas per columbinam simplicitatem, ne amor eius sit diuisus, quia verus amor habet veram vim vnitiuam & ideo amor verus est, quando soli amato est vnitus, & ab ipso non diuisus. Vnde testimonium veri amoris est, quando amans amato sic se vnit, vt ab omnibus aliis se separet & diuidat. Igitur qui amat Deum, ille totaliter postponit quod creaturale est: & qui vero amore amat æternũ, separat se ab illo quod est transitorium: & qui vere amat quod felicitatis est, separat se ab omni eo quod vanitatis est. Et ideo quamdiu homo vacat istis mundialibus, scio quod cor eius plenum est vanitatibus, nec Deo vere vnitum per simplicitatẽ amoris. Amor enim vnit & diuidit; vnit amato, & diuidit ab omni alio: & ideo dicitur Cant. 6. *Vna est*
Cant. 6 *matri suæ electa.* Vnde talem vnionem habuit etiam sponsa cum suo dilecto, quando dicebat,
Cant. 2 *Dilectus meus mihi & ego illi:* quasi dicere vellet: Dilectus meus vero amore est mihi vnitus, & ego ei vera dilectione vnita. Nam talis
anima

anima quæ Deo sic vnitur, ex vi ardentissima amoris, totaliter transformatur in Deum, sicut ferrum ignitum totaliter transformatur in ignem. Et hęc quidem transformatio facit quandam inseparabilē vnionem animæ, sicut dicit Bernard. *A me tolli non poteris, Iesu laus nostri generis, cum meum cor abstuleris.* Transit enim cor amantis in amatū. O quam felix & amabilis est ista vnio, quando per virtutem veri amoris anima totaliter in Deū transformatur! Nam sicut ignis naturalis sua vi naturali, omne illud in quod agit sibi assimilat: sic amor sua vi sibi assimilat omne quod amat. Vnde dicit Augustinus, *Talis est vnusquisque, qualis est sua dilectio. Si,* inquit, *terram diligis, terra es: si cælum, ipsum es: si Deum diligis, non audeo dicere Deus es; Sed audi Prophetam dicentem, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes.* Vnde nota aliqua signa diuini amoris. Primū est sēper de Deo cogitare, quia amor cor quiescere non finit, sed quotidie mouet ipsum, vt de amato cogitet, & ex hoc quidam amantes multum vigilant. Vnde dicit Sponsa in Cant. *Ego dormio, & cor meum vigilat,* sēper cogitando de amato, & vbi est illud quod amatur, ibi amor cor figit. Iuxta verbum Saluatoris, *Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit.* Thesaurus cordis est quod homo prę aliis diligit. Vnde qui Deum præ omnibus diligit, semper habet cor suum fixum in Deo. Et quia amor est motus amantis in amatum, ideo necessario generat continuum cogitatum. Qui ergo vult scire, quod plus aliis diligat, diligenter consideret, de quo magis cogitet,

D. Bernard.
D. August.
Psal. 81
Cant. 5
Matt. 6

tet, & tunc poterit ſcire quia de quacunque re homo magis cogitat, etiam magis amat. Vnde qui Deum vere amat, continue de eo cogitat, quia etiam dicit Gregorius, *Qui Deum perfecte diligit, omne tempus quo de eo non cogitat, reputat ſe amiſiſſe.* Secundũ ſignũ eſt libenter orare, quia qui aliquem diligit, libenter loquitur cum illo, & ei ſecreta ſua reuelat; ſic qui Deũ vere amat libenter cum eo loquitur in oratione ſua. Vnde dicit Bern. *Orantem hominem cum Deo loqui quis dubitat?* Et ideo dicit Iſido. quod *ſemper eſt orandum & legendum. Nam cum oramus, cum Deo loquimur; cũ vero legimus, Deus nobiſcum loquitur.* Tertium ſignum eſt, quod ſequitur ex ſecundo, quod homo libenter loquitur cum Deo, quia ſicut quis cum dilecto ſuo quando præſens eſt loquitur, ita quando abſens eſt, libẽter de eo loquitur. Quartũ ſignum eſt cum ſollicitudine Deum quærere. Qui enim Deum veraciter diligit, ſẽper ſollicitatur quomodo ipſum quærat, quia dicit Gregor. *Vis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis, quia quando verus amor cor accendit, ſic ſollicitam facit, vt etiam requieſcere non poſſit, ita vt etiam dormiendo de amato ſomniet.* Vnde dicit ſponſa in Cant. *Ego dormio & cor meum vigilat*, quod facit frequẽs ſollicitudo animę. Nam videmus aperte quãdo quis rem multum diligit, & perdit illam rẽ, non quieſcit nec dormit, donec inueniat. Sic faciebat ſponſa in Cant. quando præſentiam ſui dulciſſimi perdidit, dicens Cant. 3. *Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Surgit anima quando per

D. Gregor. D. Bern. Iſidor. D. Gregor. Cant. 5 Canticor. 3

per contemplationem supernorum se erigit. Circuit ciuitatẽ, quando inuestigat supernorum ciuium vnitatem, scilicet, qualiter illi sancti Angeli sunt in desideriis sui creatoris vniti. Circuit etiã per vicos & plateas, id est, creaturas inferiores & superiores, quia in creaturarum magnitudine inuestigat sui dilecti potentiam, in creaturarum pulchritudine sui dilecti sapientiam, in creaturarũ gubernatione sui dilecti bonitatem, sed in horum consideratione magis in amore dilecti sui accenditur, ad hoc quod ipsum quęrat: quia dicit Augustinus, *Omnes creaturæ respondent animæ vna voce, Non sumus Deus tuus, quare supra nos*, ideo supra se & supra omnes creaturas se erigit, vt dilectum quęrat. Vnde dicit, *paululũ cum pertransissem*, scilicet, istas creaturas, *inueni quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam*, de hac dulcissima inquisitione dicit Bernard. *Dulce satis est te bone Iesu quærere, sed dulcius tenere; in vno labor, in altero perfecta lætitia*. Quintum signũ est puram ad Deum habere affectionem. Affectio tunc dicitur pura, quando ad solum Deum est inclinata, quia *affectio* nihil aliud *est*, quam *quædam dulcis & spontanea inclinatio animæ ad Deum*. Inter omnes autem affectiones animæ est amor potentissima, quia ab ista tanquam à radice omnes affectiones prodeunt, vt spes, timor & gaudiũ, & ideo amor maxime debet esse purus. Modo purum, est illud quod impermixtum est illi, quod est sibi cõtrarium, vt aurum dicitur esse purum quando non est alio metallo permixtum: sic amor dicitur

D.August. Cant. 3 D.Bernar.

dicitur purus quando nullo transitorio amore est permixtus, quia dicit Gregor. quod *perfectus amor æternitatis vanitatem à se expellit & temporalem iucunditatem:* & ideo signũ diuini amoris est, quando homo cũ Deo non amat, quod propter ipsum non amat, qui ergo vult Deũ pure amare, debet cor suum ab omni transitorio amore euacuare, & solummodo cum diuino amore cor suum occupare. Sextum signum est, amoris contrarium refutare. nam verum signum amoris Dei est, quando sic amat Deum, quod omni tempore odit malũ, id est peccatum, quod omni diuino amori est contrarium, sed diligit bonum quod est Deo placitũ. Iuxta illud Psal. *Qui diligitis Dominũ odite malũ.* Nam naturale est quod qui delectatur in vno, talis turbatur in eius contrario, sicut gustus qui delectatur in dulci, turbatur in amaro, & qui amat sanitatẽ, odit infirmitatẽ: sic à simili, qui amat Deũ odit peccatum.

D. Gregor.

Psal. 96

Quartum quod facit Deo hominem vniri, est cælestis panis manducatio. Videmus enim quod ex pane vel quocunque cibo conuenienti cum cibato, vnum efficitur. Sic à simili, panis cælestis qui est panis Angelorum, inter omnia summę virtutis est: nam perfectissimã vnionem facit animæ ad Deum, nam omniũ gratiarum & virtutum perfectione animam replet. Vnde dicit Hugo, *In Sacramento altaris non solum augmentum virtutis & gratiæ sumitur, sed totus ipse sumitur, qui est fons & origo omnis gratiæ:* & ideo quidquid Deus potest conferre animæ in pænitenti vita, hoc confert ei, quando se di-

Hugo

digne preparat ad huius altissimi Sacramenti perceptionem. Et hoc est quod dicit Apostolus, *cū illo enim vobis omnia donauit.* Maximū quod Deus in hac vita potest dare animæ, est ista dulcissima vnio qua se vnit ei. Istud fit quādo homo sic se preparauit, vt corpus illius sanctissimum digne in Sacramento altaris sumat. In quo *vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus.* Ibi enim verus est Deus & homo, creator & creatura. Istud autem quod animam ad hoc preparat, vt digne corpus Christi sumat, est vt diuinę volūtati sit cōformis, & in seipsa ab omni impuritate depurata, & Deo per charitatē copulata. Nā illud Sacramentū nemo digne sumere potest, nisi prius sit virtutibus deificatus, quia *deificatio*, vt dicit Dionysi. de Eccles. Hierarchia, *est assimilatio & vnitio ad Deū secundum possibilitatem creaturæ.* Et hoc oportet fieri per virtutes, maxime per has virtutes prenominatas, & ideo quando homo per virtutes est deificatus, tunc per sumptionē huius Sacramenti magis deificatur, & Deo magis vnitur, quia est ligamentum & confirmatio omnis deificationis & vnionis animæ cum Deo. Nam digne sumens totaliter mutatur in Deum (natura tamen diuina excepta,) Vnde dictum fuit Beato Augustino à Deo, *Crede & manducasti, non enim me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.* Nam corpus Christi sanctissimum non conuertitur in naturam manducantis, sed manducantem in se conuertit, & ideo dicit Dionysius

1. Cor. 10.

Dionys.

Dionys. nysius, *In incarnatione Christi Deus factus est homo, sed in perceptione Sacramenti altaris fit homo Deus*. Nec mirum, quia hoc Sacramentum est ignis infinitæ virtutis. iuxta illud Deutero. *Deus noster*
Deutero. 4 *ignis consumens est*: & ideo sicut ignis ea quæ agit in sui naturam conuertit, sic hoc Sacramentum, omnes ipsum sumentes in se conuertit. sciendum tamē est, quod non omnis corpus Christi sumēs deificatur, quia ad hoc quod aliquis fiat deificatus vel deiformis, & viuat vita Dei, necesse est vt prius moriatur vita propria qua viuit. Sicut piscis non potest mutari in meam naturam, & viuere vita qua ego viuo, nisi prius moriatur vita qua viuit in seipso, & propter hoc dicebat Apostolus, *Viuo*
Galat. 2 *ego iam non ego, viuit vero in me Christus*, &c.

Dominica XIIII. post Pentecosten.

SERMO XLIX.

Galat. 5 SPiritu ambulate, &c. Galat. 2. Omnis labor qui non fit libenter & voluntarie, tædio afficit laborantem. Ideo ne labor & exercitium nostrum in diuino seruitio tædio nos afficiat, hortatur nos Apostolus in verbo proposito, vt spiritu amoroso & voluntario laboremus, & in Dei seruitio proficiamus, dicens, *Spiritu ambulate*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod ad spiritualem perfectum quatuor requiruntur.

Primo quod homo sit leuis per contemptū terre-

terrenorum. Videmus enim quod homo corporaliter volens ambulare, pondus ipsum deprimens vel impediens solet deponere, & à se alienare: consimiliter ex quo amor terrenorum deprimit animam ne in vita spirituali proficiat, ideo necesse est ad hoc quod homo possit proficere, vt terrena contemnat, quia talis contemtus ipsum alleuiat, vt proficere possit. Vnde dicit Gregor. *Qui mihi onus diuitiarum abstulit, me ad currendum citius expediuit*, & Bernard. dicit quod *profectus hominis consistit in contemptu terrenorum, odio peccatorum, ac desiderio æternorum*. Qui ergo vult spiritualiter proficere in bona vita, debet omnes terrenas diuitias & delitias contemnere, quæ deprimūt hominem, ne per viam virtutis possit ad regnū cælorū transire. Vnde dicit Hieron. ad Exuperiū, *Proiice sarcinā sæculi, ne quæras diuitias quæ camelorum prauitatibus comparantur. Nudus & leuis ad cælum vola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera*, Nam impossibile est diligentem multas diuitias, in spirituali vita proficere, & per semitam virtutum regnum cælorū intrare. Vnde dicit Saluator, Matth. 19. *Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum*, & iterum, *dico vobis quod facilius est camelum per foramen acus transire, quā diuitē intrare in regnū cælorū*, & ideo in figura scribitur Tobię quinto, quod *egressus inuenit iuuenē splendidū & præcinctū* ad iter, id est quasi paratū ad ambulādū. Fuit splē didus per gratiæ illustrationem, & pręcinctus per superfluorum temporalium abiectionem, & sic paratus ad ambulandum cum spirituali pro-

D. Gregor. D. Bern. D. Hieron. Matth. 19. Ibidem. Tobiæ 5.

profectu. Sed posset aliquis dicere, Impossibile est camelum per foramen acus transire, & si sic est vt dicitur, tunc nunquam spes est de diuitibus, quia omnino eis esset impossibile regnum cælorum intrare. Respondeo quod illud verbum Saluatoris non est intelligendũ de omnibus diuitibus, quia rex Dauid & multi alij diuites tam nobiles quàm ignobiles regnum cælorum intrauerunt. Sed est intelligendum de illis auaris diuitibus, qui diuitias iniuste acquirunt, & iniuste contra Deum retinent & amant, quos etiam publicani & meretrices pręcedunt in regnum Dei. Cum etiam Dominus dicit, *Quod facilius est camelũ, &c.* Per istam acum secundũ aliquos non debet intelligi instrumentum quo consuuntur vestes, quia hoc omnino impossibile est, quod magnum animal, scilicet camelus, posset per ipsius foramen intrare: sed sic est intelligendum, erat quædam porta in Ierusalem quæ vocabatur acus vel porta acus, quæ habuit foramen quoddam adeo paruum, vt cameli portantes onera non potuerint intrare. Vnde si debebant intrare, oportebat onera ab ipsis deponi. Sic nec diues potest intrare in regnum cælorum, nisi prius deponat onera diuitiarum, sic vt eas per contemtũ à se proiiciat, vel sibi eas subiiciat, ita vt in eis non confidat, sed pauperibus condiuidat, & quia hoc auaris diuitibus difficile est facere, ideo dicit Saluator, *Facilius est camelum*, &c. quia difficile est eis abiicere diuitias, ideo etiam est eis difficile intrare in regnum cælorum. Et

nota

nota quod quinque sunt genera hominum in hoc mundo. Primi sunt qui nec diuitias habent, nec amant, quia eas propter Deum contemnunt, & sunt voluntarij pauperes, de quibus Saluator ait Math. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnũ calorũ.* Hi sunt illi qui regnũ cælorum cum violentia intrãt. Vnde de talibus etiam dicit, *Regnum calorum vim patitur & violenti*, id est, volũtarij pauperes, *rapiunt illud*, scilicet, cũ violẽtia. Secũdi sũt qui diuitias nõ habent, sed bene amant, vt pauperes qui nunquam diuitias habuerunt, qui propter necessitatem suæ inopiæ & defectus quos patiuntur, aliquando diuites esse cupiunt. His possibile est intrare in regnum cęlorum. Quamuis enim propter penuriam diuitias appetũt, tamen quia Deus eos in hoc sæculo paupertate affligit, ideo eos totaliter ad se trahens quasi inuitos, compellit intrare in regnum cælorum, & hoc bene figuratum est per illos, quos Dominus præcepit seruo suo, vt compelleret intrare, dicens, *Exi in vicos & plateas, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Tertij sunt qui diuitias habent, & non amant, quia eas propter Deum condiuidunt pauperibus, & ideo eas habent, vt per eas opera misericordiæ exerceant, & his facile est intrare in regnum cælorũ, quia de talibus dicit Saluator, Math. 5. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur.* Quarti sunt qui diuitias habent, & sub Deo amant, ita quod eas contra Deum nolunt acquirere, vt cum vsura, furto, vel rapina; sed tamen nolunt eas impertiri paupe-

Matt. 5

Matth. 11

Luc. 14.

Matth. 5

ribus,& his difficile est intrare in regnũ cælorum,quia contra tales disputabit Christus in extremo iudicio de operibus misericordiæ,dicens, Math.25. *Esuriui & non dedistis mihi*
Matt.25 *manducare,&c.* Quinti sunt qui diuitias habent, & supra Deum amant, quia contra Deũ eas acquirunt,per vsuram,rapinam,& huiusmodi, & in diuitiis totam spem suam ponunt, sicut ille de quo dicit Saluator Lucæ 12. qui
Luc.12 sibi spem fecerat de diuitiis suis dicens, *Anima mea habes multa bona in annos plurimos,requiesce,bibe, comede,& epulare. Dixit autem illi Deus,Stulte hac nocte repetent a te animam tuam.* His impossibile est intrare regnum cælorum.Vnde tales omnes Sancti,& omnes Angeli deridebunt secundũ
Psal.52. illud Psal. *Videbunt iusti & super eos ridebunt & dicent,Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum,sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum,& praeualuit in vanitate sua,* & hęc duo genera diuitum sunt, de quibus dicit Saluator, *Facilius est camelũ, &c.*
Matt.19 Nota etiã quod humanus animus circa temporales diuitias afficitur quadrupliciter, secundum quatuor gradus: quorũ primus collocatur in inferno, secundus in igne purgatorij terminum habẽs in cęlo,tertius vero in terra collocatur,& terminatur in cælo,quartus est in terra expectantium iam cælestia. Primus est,cum animus tanto amore afficitur ad hæc terrestria & transitoria, quod in ipsis habendis,vel acquirendis, vel retinendis,etiam si aliter non posset,transgreditur mandata & certum est talem nõ esse in charitate, cum aliud diligat plus quam Deum.
omnis

omnis autem qui non est in charitate, condemnatus est secundũ illum statũ. Secundus gradus est, transitoria sine dolore amitti non possunt: proposita tamen electione de his & de minimo Dei mandato, præeligeret omnia etiam in infinitum multiplicata amittere, quam minimum mandatum transgrediendo amittere Deum: aliter enim non haberet Deum in fundamento sui amoris, & ideo talis saluus erit, sic tamen, quasi per ignem. Tertius gradus est cum animus sic afficitur ad ista temporalia, quod omnia potest sine dolore amittere, & sine lætitia possidere, & iste gradus non habet quod ignis exurat: & tales etiam hic accipiunt hoc pręmij, quod nullo aduerso possunt tristari. Vnde isti sunt de quibus Sapiens ait, *Non contristabit iustũ quidquid acciderit ei*: quia tales cum non iucundentur in aliquo transitorio, iucundantur in solo Deo, & tanto ardentius, & frequentius, quanto fuerit obiectum iucundius, in tantũ vt lætitia existente maiore, etiam pœna mortis non sentiatur. Quod etiam sensit Aristoteles quando dixit, *Gaudium si intensum fuerit omnem expellit tristitiam*. Quartus gradus est, cum animus sic afficitur ad temporalia, quod mauult ea non possidere, ne aliqua occasione earum maculam trahat, & iste gradus subdiuiditur, quia quidam non tantum ea habere nolunt, sed etiam potestatem sibi amputant per votum. Et horum alij in speciali tantũ; & alij in cõmuni & speciali: & isti vltimi sunt in apice perfectionis paupertatis, isti omnia

Prouerb. 12

Arist.

possident & omnibus dominantur quia illo aguntur qui omnibus dominatur, isti sunt qui nihil sunt habentes, & omnia possidētes. Et quia omni habenti dabitur, ei qui sic habet omnia, dabitur æterna gloria. Tales erant Apostoli: quotquot enim possessores agrorum aut domorū erāt, vendētes afferebāt pretia eorū quæ vendebāt. Ecce quod nō transferebāt in possessiones domos aut agros, sed ante pedes Apostolorū ponebant & diuidebantur singulis pro vt opus erat. & hęc paupertas similis est diuitiis quas homo habuisset in paradiso, si stetisset, & quas habebit in cælo; in paradiso enim nullus vnquā habiturus erat proprium, sed omnibus omnia fuissent communia, nec ibi fuisset potestas nec spes alicuius alterius, quā communis omnium possessio Deus, qui erit & est omnia in omnibus.

Secundo ad spiritualiter ambulandum vel ad spiritualem profectum requiritur, quod homo sit agilis per fugam peccatorum. Videmus enim, quod quando homo est sanus, tunc est agilis ad omnia opera facienda, sed quando est infirmus, tunc est homo quasi ligatus quia membra sua mouere non potest. Consimiliter quando homo est sanus in anima, non grauatus peccatis, tunc est agilis ad omnia opera virtuosa facienda, & potest in omni bono proficere: sed quando est spiritualiter infirmus in anima per mortale peccatum, tunc est anima quasi ligata, & grauata, nec potest se mouere ad opera virtuosa, quia in nulla virtute & bono opere potest profi-

proficere, quia extra charitatē est. Vnde dicitur 1. Corinth. 13. *Si charitatem non habuero, nihil mihi prodest*, quia omnia opera facta in mortali extra charitatē fiunt, nec reuiuiscere possunt, nisi per sequētem pœnitentiam, per quā charitas delet peccata. Sola enim illa opera reuiuiscunt, quæ prius viua fuerunt, sed mortificata sunt per consequēs mortale peccatum. Vnde versus, *Illa reuiuiscunt quæ prius viua fuerunt, Viuere non possunt quæ mortua nata fuerunt*, & ideo merito quilibet homo qui nesciret in se mortale, sed speraret se esse in charitate, deberet odire peccatum fugere quasi à facie colubri & quasi à facie gladij. Vnde dicit Psal. *Qui diligitis Dominū odite malum*, per istud odiū fit homo agilis ad hoc quod peccatū fugiat & in vita spirituali proficiat. Vnde dicitur Cant. 8. & potest esse verbū sponsæ Christi sanctæ matris Ecclesię ad quēlibet fidelē hominē, *Fuge*, scilicet peccatū, *dilecte mi & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatū*. Capra acute videt, hinnulus saltus habet veloces: sic quilibet homo debet acutissimo visu perfectionis sanctæ & velocissimo saltu spiritualis perfectionis fugere peccatū, & saltare de virtute in virtutē, de bona vita ad bonā mortē, de bona morte ad æternā vitā. his saltibus debet homo fugere super montes aromatum, hoc est super exempla sanctorum, ipsi enim sunt montes celsi meriti: non tamē quilibet montes, sed montes aromatum, quia eorum exēpla replent corda, & desideria nostra omniū virtutum fragrantia. nam eorū sanctissima

1. Cor. 13

Psal. 96

Cant. 8

conuersatio & vita est nobis data pro exemplo & doctrina. Vnde de talibus sic ambulantibus in profectu spirituali, & peccatũ fugiẽtibus, bene prophetauit Isa. 40. dicẽs, *Qui sperãt in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Nota ergo quod merito debemus fugere peccatum, nam videmus quod quilibet fugit inopiam, ægritudinem, inimicitiam, infamiam & mortem, quæ sunt quinque terribilia, & nocent corpori & non animæ, nec his offenditur Deus. Sed modo peccatum magis fugiendum est, quia inducit quinque mala his terribiliora & peiora: primũ est summa inopia, scilicet, carentia & inopia virtutum, qui enim virtutem charitatis non habet, nihil habet, quia nec Deum nec seipsum habet, nec aliquid boni. Vnde dicit sanctus Basilius in hexaëmeron, *Thesaurus indeficiens amor diuinus est, quem qui habet diues est; quicunque caret, pauper est.* Secundum est ægritudo, quia peccator infirmus est, ad quodcunque opus meritorium faciendum. Nam eius opera si sunt etiam bona ex genere, nullo modo tamen merentur vitam æternam. Tertium est mortalis inimicitia, quia Deo turbato nullus est qui diligat te, nullus est qui liberet te. Vnde Thren. 1. *Omnes amici eius spreuerunt eam*, scilicet, animam, & facti sunt eius inimici, Glossa. Angeli vel propriæ cogitationes, miseram accusantes conscientiam, & Angeli subtrahunt ei auxilium, quia verum consolatorem amisit, scilicet, Spiritum sanctum, imo omnes creaturæ

Isa. 40

B. Basilius

Thren. 1

turæ sunt peccatoribus hostes, quia offenso creatore offenditur omnis creatura, & suo modo irascitur & ad vindictam armatur. Vnde in nouissimo die cælũ contra omnes peccatores emittet fulgurationes, ignis cõtra eos desæuiet, aer subtrahet refrigerium, aqua potum non porriget, & terra pastum non producet, & propter hoc bene dicit Sapiens, *Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos.* Sapient. 5 Quartum est pessima infamia, quam facit peccatum. Peccator enim est seruus dæmonum, custos gehennalium portarum, inimicus Dei infamis, non est dignus viuere, cælum respicere, panem comedere, non habet partem in his quæ fiunt sub sole, id est, in sancta Ecclesia; est enim tamquam membrum mortuum & abiectũ ab Ecclesia. Vnde si notorium esset quod aliquis in mortali decederet, nec signum cõtritionis relinqueret, non deberet sepeliri cum fidelibus, nec oratio deberet fieri pro eo, quia damnatus est. Vnde dicitur Isa. 14. *Non habebis consortium cum eis*, scilicet, cum sanctis & iustis in sepultura. Isa. 14 Quintum est mors æterna, Triplici enim morte moriuntur, morte corporis, morte animæ, & morte corporis & animæ simul. Hæc est mors tertia, & est semper noua mors, quæ non morietur, Quia dicitur Apoc. 9. *Desiderabunt homines mortem & mors fugiet ab eis.* Apoc. 9

Tertio ad hoc quod homo in vita spirituali proficiat vel spiritualiter ambulet, requiritur quod sit habilis per necessariorum pro-

uisionē. Videmus enim, quod homo qui vellet ire per viā prolixam, & non haberet prouisionem de illis, quæ sibi necessaria essent ad proficiscendum iter suum, talis certe quāuis leuis esset, & agilis, tamen inhabilis & indispositus esset ad ambulandum viam prolixam, vt Romam, si caret necessariis: sic est etiā de isto spirituali profectu, in quo est viæ
Origenes. prolixitas, quia dicit Origenes super librum Numeri, *Iusti quanto magis proficiunt, tanto proficiendi via augetur.* ergo oportet quod habeant quę sibi necessaria sunt ad istum longum profectum, aliter ad hoc esset inhabilis & indispositus. Nota igitur quod Deus ex summa sua bonitate dedit homini tria nobilissima dona sibi necessaria, quibus semper est dispositus vt ordinate possit ad ipsum venire, per spiritualem profectum, quia his tribus quodammodo finem natura non dedit. Primum est suæ libertatis altitudo, secundum suæ capacitatis amplitudo, tertium est suæ dilectionis aptitudo. Primo ex quo amor nimius creaturarum impedit hominem in hoc, quod cor suum totaliter nō potest applicare ad diuina, quia retrahit ipsum à dilectione summi boni, & ideo libertas est multū necessaria homini in isto profectu, quia per ipsam potest omnem creaturam transcendere, tanquam quoddam impedimentum: & in hoc consistit summa libertas spiritus, quando omnē creaturalem amorem sua naturali libertate tran-
D. August. scendit. Vnde dicit Augustinus de vera religione, *Quem delectat vera libertas, ab amore rerū mutabi-*

tabilium liber esse appetat. Secundo potest intra se capere Deum qui æternus est. Vnde dicit Augustinus in libro de verbo Domini, *Anima rationalis ad imaginem Dei facta est, creaturis omnibus occupari potest, impleri non potest: capax enim Dei est,* ideo quidquid Deo minus est, eam non implebit: inde est, quod naturali quodã desiderio summum quiuis probatur appetere bonum, nullam nisi adepto eo requiem habiturus. Vnde maximus profectus vitæ spiritualis est illud summum bonũ desiderare, quod solum capacitatem animæ potest adimplere. Vnde dicit Augustinus super epistolam Cano. 10. *Tota vita boni Christiani sanctum desiderium est: quod desideras nondum vides, sed capax efficeris, vt cum venerit adimplearis: sicut enim si velis implere sinũ alicuius, & nosti quod magnum est quod dabitur, sinum extendis, & extendendo facis capaciorem: sic Deus differendo suum donum, extendit desiderium, & homo desiderando extendit animam. Desideremus ergo fratres id quo implẽdi sumus, nam appetitus æternorum est extensio desideriorum,* Tertio dico quod homo per aptitudinem suæ dilectionis potest naturaliter in diuinis proficere, quia totus profectus hominis siue ad bonum siue ad malũ prouenit ex amore suo, de quo totum bonum & malum hominis est. Et hoc ostenditur per Augustinum in libro de moribus Ecclesiæ, vbi dicit sic, *vnus fons dilectionis intus saliens, duos riuos diffundit: vnus est amor Dei, alius amor mundi. Amor Dei charitas est, & ex eo est totũ quod bonum est: ex riuo vero mundani amoris prouenit omnis profectus ad malum, qui tamen proprie dicendo non est profectus, sed magis defectus: sed ex riuo diuini amo-*

Ibidem

D. August.

D. August.

ris prouenit omnis profectus ad bonum, Qui enim Deũ diligunt, sẽper proficiunt in bono, & non repescunt, sed sẽper quantũ in ipsis est ad maiorem gradum amoris tendunt. Nemo quantumcunq; proficiens in diuino amore debet cessare, sed semper ad vlteriorem gradũ charitatis anhelare. Vnde dicit Apostolus Eph. 5.
Eph. 5. *Ambulate in dilectione*. Ille enim in dilectione Dei ambulat, qui in ea proficit & non tepescit, quia testimoniũ veri amoris est, quando quis existens in charitate non tepescit, sed conti-
D. Bernar nue secundum amorem operatur. Vnde dicit Bern. ad fratres de monte: *O bone Iesu, non est amor tuus otiosus: qui te diligunt, non tepescunt*. Ratio huius est quia lassitudo inducit otiũ, amor autẽ fessus fieri nõ potest, quia amor amantis si verus est, quãto plus amat, tãto quod amat sibi delectabilius efficitur: & sic per talẽ delectationẽ, amor eius ad suũ amatum crescit & augetur, nec lassatur, & per cõsequẽs nõ potest fieri otiosus, sed cõtinue in homine ope-
D. Gregor ratur. Vnde dicit Greg. *Nunquã amor Dei est otiosus, operatur enim magna si est: si autem operari renuit, amor non est*. Amor enim cum sit naturalis calor animæ, ideo ipsam non sinit quiescere, quia hoc quod agit calor naturalis in corde, hoc agit amor in anima. Sed modo videmus quod calor existens in corde ipsum cor nunquam sinit quiescere, hoc maxime apparet in somno, quia tunc omnia membra corporis quiescũt, & non mouentur; solum autem cor quod plenum est calore, nullo tempore in tota vita hominis quiescit: sic amor diuinus
cum

cum sit quidã naturalis calor animæ, ipsam nunquam sinit quiescere, sed mouet ipsam ad operandum, secundum amorem, vt in diuino amore super proficiat. Et ideo Augustinus in libro confessionũ dicit. *O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me.* D.August.

Quarto ad hoc quod homo in vita spirituali proficiat, seu spiritualiter ambulet, requiritur quod sit stabilis per lucidam conuersationem. Videmus enim, quod si aliquis velit ire ad sanctum Iacobum, cauet sibi ne aliquẽ in via offendat, sed perseueranter cum pace & complacentia omnium, nititur transire, vt ad terminũ veniat, & à nemine impediatur. Sic reuera placita & sancta cõuersatio requiritur, ad hoc vt homo spiritualiter ambulando proficiat. Quamuis enim conuersatio perfecti hominis sit in cælis, tamen quam diu viuit, debet suam conuersationem tanquam lucem emittere in terris. Homo enim compositus est ex duabus naturis, scilicet, de spirituali, quæ est de cælis, vt est spiritus hominis, & ex corporali natura, quę est de terris, vt est corpus hominis. Vnde secundum istam naturam quæ de cælis est, semper debet habere conuersationem in cælis, ita quod sẽper cælestia sapiat, vt cum Apostolo dicere possit, *Nostra conuersatio in cælis est*. Sed secundum istã naturam quæ est de terris quamuis oporteat eum in mundo esse, non tamen debet tamquam terrenus homo, sed tanquam cælestis Angelus luminosam conuersationẽ ambulando Philip. 3.

lando inter homines habere, iuxta illud Apostoli ad Eph 5. *vt filij lucis ambulate*: ita vt tota vita eius, quandiu viuit in terris, sit speculum & exemplar omnium in timore Dei viuentium, ita vt interiorem conuersationem spiritus ostendat in exteriori cõuersatione corporis. Vnde dicit Saluator, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est*. Talis enim conuersatio facit hominem multum proficere in merito & premio cœlesti, in hoc quod non solum sibi viuit, sed etiam aliis proficit, quos in sua bona conuersatione illuminat. Vnde hortatur nos Apostolus 1. Pet. 2. *Conuersationem inter gentes habentes bonam*. Et specialiter dicit *bonam*, quia bonum est suiipsius diffusiuum, vt dicit Dionysius. Nam sicut lux diffundit se ad omnia vbi obstaculũ non inuenit: sic bona conuersatio diffundit se ad omnes homines. Qui ergo vult proficere in spirituali vita, quo ad meritum & præmium, ille debet habere luminosam conuersationẽ inter homines. Vnde Prouerb. 4. *Iustorum semita*, id est, conuersatio, *quasi lux splendens*, procedit scilicet, proficiendo vsque ad perfectum diem, id ist, vsque ad diem æternitatis, vbi recipiunt suę sanctitatis exemplaris pręmiũ. Nota igitur, quod conuersatio iusti hominis debet esse similis luci in quatuor, quæ lux in se habet, &. hoc est in subtilitate, agilitate, claritate, & impassibilitate. Primo debet esse similis luci in subtilitate, quæ tanta est vt etiam vitrum penetret, tamẽ ipsum non violet

Eph 5 · Matth. 5 · 1. Pet. 2 · Prouerb. 4

violet, & crystallum ingrediens & egrediens dimittat integrum, & inconfractũ. Sic etiam conuersatio iusti hominis debet esse subtilis per humilitatem, quæ facit hominem gracilem & paruum in oculis suis, ne se iactet de sua conuersatione, nec vitam suam ostendat propter appetitum vanæ gloriæ. Vnde quam diu homo viuit, conuersatio eius debet esse plena timore per humilitatem, sicut docemur 1. Petri 1. *In tempore incolatus vestri in timore conuersamini*, quia qui rectũ timorem habet de ruina suæ cõuersationis, semper est humilis, quia valde faciliter violatur integritas bonæ conuersationis: nam modico destruitur appetitu vanę laudis. Heu quam multorum conuersatio est violata per appetitum vanæ glorię & laudis! Nam paucissimi inueniuntur seculares, immo etiam timeo quod pauci sint religiosi, qui in sua conuersatione & in sanctis factis, non quęrant vanam gloriam, & in laudibus non delectentur hominum. Tales si de vita sua dubitent, vtrum sint boni vel mali, sibi ipsis iudices sunt: sed scio quod dicit Gregorius, quod *boni à malis hoc signo discernuntur. Laus propria iustos cruciat, sed iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat, purgat; iniquos dum lætificat, reprobos demonstrat*. Secundo conuersatio iusti debet esse similis luci, in agilitate. lux enim ita agilis est, sicut videmus in sole, vt quã cito oritur, tam cito in oriente & occidente resplendeat. Sic cõuersatio iusti debet esse agilis & velox ad bona opera, sicut sol qui est velox & agilis in suo cursu. Quia de talibus

1. Pet. 1.

D. Greg.

Eccles.17 talibus, qui sic sunt agiles, dicit Sapi. Eccl.17. *Omnia opera eorum velut sol in conspectu tuo.* Testimonium enim perfectæ conuersationis in hoc maxime apparet, quod homo agilis est in bonis operibus. Vnde dicitur Iacobi 3. *Qui*
Iac.3 *sapiens est & disciplinatus inter vos, ostendat ex sua bona conuersatione.* Quia certum est quod qui bonę conuersationis est, hoc ostendat etiã bonis operibus; quia conuersatio bona facit hominem agilem ad omnia bona opera facienda. Vnde qui sic agiles sunt, signũ æternę salutionis in se habẽt. Vnde dicit Sapi. Prouer.22.
Prouer.22 *Vidisti hominem velocem in suo opere, ante reges stabit:* id est ante Patrẽ & Filium, & Spiritum sanctum: hic quidem per gratiam, in futuro vero per gloriam. Tertio conuersatio iusti debet esse similis luci in claritate. Tantę enim claritatis est lux, vt etiã tangens immunda quãtumcunque sint immunda, tamen maneat incontaminata. Sic conuersatio iusti debet habere claritatem, vt quamdiu viuit in hoc mundo inter peccatores, nõ maculetur peccatis. Vnde dicitur 1. Pet. 1. *In omni conuersatione*
1.Pet. 1. *sancti sitis.* Quod enim sanctum est, mundum, clarum & purum est. Talem claritatem in sua sancta conuersatione habuit Apostolus Paulus, qui fuit vas electionis. Vnde dicebat vt
Act.23 legitur Act. 23. *Ego in bona conscientia conuersatus sum ante Deum.* Tunc enim consciẽtia bona & perfecta dici potest, quando in tanta claritate se seruat, vt nullum peccatũ in se pati possit,
D.Bern. Vnde dicit Bernard. *Bona conscientia est quæ præterita peccata punit, & punienda non committit, quæ si pecca-*

peccata sentit, peccato tamen non consentit. Quarto conuersatio iusti debet esse simili lucis in impassibilitate, lux enim adeo impassibilis est, vt tangendo dura, aspera vel amara, non lædatur, vel incommodum patiatur in suo splendore: sic iustus in sua conuersatione debet habere impassibilitatem, vt ipsum nulla aduersitas perturbet, sed omnia propter Deum sustineat, & in hoc apparet testimoniũ perfectæ patientiæ, & quod hominis conuersatio est perfecta, quãdo nihil aduersitatis & nihil amaritudinis sentit in terra, de quo turbari possit secundum superiorem virtutem animę suæ, quia quantumcunque verus patiens turbetur in inferioribus viribus, superior tamẽ vis animæ suæ, scilicet, ipsa ratio & voluntas, perfecta tranquillitate potitur. Ratio huius est, quia cuius delitiæ sunt in cælis, nihil tędij vel amaritudinis pati potest in terris. Vnde de quolibet vero patiente potest dici illud Sapient. 8. *Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius*, quod bene dicit Dionysius ad Ioannem. *Sancti viri patrem diligunt & sanctificationem, & ex præsenti vita incipiunt futuram.* Sap. 8 Dionys.

Vnde dicit Augustinus, *In medio hominum conuersari cum impassibilitate animi, perseuerantes in spirituali profectu.* Quia omnis profectus quantumcunque[illegible]t[illegible]c fuerit perfectus, si virtute perseuerantiæ caret, omnino inutilis prędicatio est. Vnde nemo tam perfectus quantuncumque perfecerit in virtutibus, & bonis operibus, dicat quod satis profecerit: talis enim remanebit errando in via sua, & nunquam perueniet D. August. Perseuerantia.

niet ad finem virtutum. Omnis enim homo quantumcunque sanctus, quantumcunque profecerit in virtutibus debet dicere cum
Psal. 76 Propheta, *Ego dixi, nunc cœpi*, quia dicitur Eccl. 18.
Eccl. 18 *Cum consummauerit homo, tunc incipiet.* Et hoc est
D. Hieron quod dicit Hieronymus ad Pelagium, *Cum me putauero ad culmen peruenisse virtutũ, tunc habeo principium, hoc enim in hominibus sola perfectio, si imperfectos se esse nouerint.* Vnde in hoc consistit totus profectus hominis, vt nunquam apprehendisse culmen perfectionis se putet, sed sẽper proficiat: & quanto magis proficit, tanto minus se reputet profecisse, quia hoc requiritur ad veram perseuerantiam. Qui enim putat se peruenisse ad illud ad quod nondũ peruenit, talis nunquam perueniet ad finem, nec præ-
Matth. 10. mium virtutum recipiet, quia dicit Saluator, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Vnde ad hoc quod homo vsque ad finem in spirituali vita proficiat, & mercedem à Deo recipiat, necessario requiritur perseuerantia, quæ
D. Bernar. est finis & consummatio virtutũ. Vnde dicit Bernard. in epistola ad Ianuenses, *Perseuerantia est vigor virium, consummatio virtutum, & nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, cõstantiæ filia, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculũ, propugnaculum sanctitatis.* Nota igitur quod est triplex genus hominum, quorum vnum tantũ recipit præmiũ. Primi sunt illi qui bonam vitam nec incipiunt nec perficiunt, vt omnes infideles & pessimi Christiani, qui non curant diuina mandata, & sic in malitia moriuntur.
Psal 35 De quolibet istorum dicitur in Psal. *Noluit intelligere*

telligere vt bene ageret, *malitiam autem non odiuit.* Secundi sunt qui bonam vitam incipiunt, sed non perficiunt. Tales enim non recipiũt præmium, quia dicit Isidorus, *Præmium perseuerantibus datur, non est enim beatus qui bona facit, sed qui perseueranter & incessanter facit.* Vnde multi sunt homines qui longo tempore in sanctitate vixerunt, ita quod etiam miracula fecerunt, & tamẽ in fine corruerunt, & æternaliter damnati sunt, qui iusti & sancti reputabantur. De quibus dicit Saluator, quod talium *multi dicent in nouissimo die*, quando iudicantur ad æternam damnationem, *Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & signa fecimus?* Tertij sunt qui bonam vitam incipiunt & perficiunt, & hi præmiũ recipiunt à Deo. Talium enim vita solummodo placet, quæ bono fine completur. Vnde dicit Isidorus, *Tunc Deo placet nostra conuersatio, quando quod inchoamus fine complemus perseueranti.* Vnde illi solummodo præmiũ recipiunt qui bonum quod incipiunt vsque in finem continuant. Sed multi istorum sunt, quorũ conuersatio manet occulta, ideo tales apud homines putantur, quales non fuerũt, nescientes eorum occultam pœnitentiã. Vnde multi apud homines mali putantur esse, qui coram Deo sancti sunt. Et multi apud homines sancti reputantur esse, qui in æterna damnatione sunt, &c.

B. Isidorus

Matth. 7.

B. Isidor.

Dominica XV. post Pentecosten.

SERMO L.

Galat. 6. *Bonum facientes non deficiamus.* ad Galat. 6. Operarij qui habent aliquod opus perficere, se mutuo exhortantur ad laborem, vt opus perficiant quod inceperunt. Consimiliter Apostolus nos hortatur, ne in opere spirituali incepto deficiamus in verbo proposito, cum dicit, *Bonum facientes non deficiamus.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quadruplex est bonum virtutis, quod homini super omne bonum vtile est.

Primum bonum est humilitas pœnitentialis, de qua dicit Psal. *Bonum mihi quia humiliasti me,* id est, quia me humiliari fecisti per verã pœnitentiã, quia hãc Deus nulli inspirat, nisi cum quo vult facere suam misericordiam. Vnde quoties homo cadit in peccatum, sẽper potest resurgere per humilem pœnitentiam, quam Deus sẽper acceptat, secundum illud Psal. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Vnde dico, quod nec in cælo nec in terra aliquid inueniri potest, quod adeo bonum & vtile sit peccatori, sicut est pœnitentia, quæ fit cum vera humilitate cordis. Quia in tota vniuersitate sacrę Scripturæ, nullum aliud refugium peccatori inuenimus, nisi solum humilem pœnitentiam, quę illi diuinã gratiam acquirit,

Psal. 118. [margin, beside "lis, de qua dicit Psal."]

Psal. 50 [margin, beside "Psal. Sacrificium"]

&

& ipsum facit de inimico amicum Dei, & de filio diaboli filium Dei, & eius animam sole clariorem, quia non est peccatũ adeo enorme, quin possit de eo veniam consequi per veram pœnitentiam, quę efficaciam suam recipit à virtute passionis Christi, cuius meritũ excedit omne demeritũ quorumcunque peccatorum. Vnde dicit Chrysost. *Omne peccatum per pœnitentiã recipit vulnerum sanitatem.* Vnde breuiter dico, quod vera pœnitentia adeo magnę virtutis est, quod præter Deũ nulla creatura tam potens est respectu peccatorũ, quia ipsa pœnitentia potest omnia in cælo & in terra præter quatuor. Primum est, quod non potest opera facta in mortali viuificare. Secundum est, quod non potest tempus inutiliter expensum restituere. Tertium est quod non potest virginitatem semel amissam reddere. Quartum est quod non potest damnatum de pœnis inferni liberare. Cetera omnia potest ipsa humilis pœnitentia prętér ista. Et tamen licet non possit opera de genere bonorũ viuificare, potest tamen ea resuscitare, ita vt in charitate iterum fiant, & sic alio modo viuificentur: & licet non possit tempus inutiliter expensum restituere, potest tamẽ pro eo satisfacere: & licet virginitatẽ semel amissam non possit reddere, tamẽ potest peccatorem ęqualem vel maiorem quam virginem facere in cælo: & etiam licet damnatũ non possit de pœnis inferni liberare, potest tamen peccatorem à porta inferni liberare, id est, à peccatis mortalibus quamdiu viuit eruere.

D. Chrys.

ris prouenit omnis profectus ad bonum, Qui enim Deũ diligunt, sẽper proficiunt in bono, & non repescunt, sed sẽper quantũ in ipsis est ad maiorem gradum amoris tendunt. Nemo quantumcunq; proficiens in diuino amore debet cessare, sed semper ad vlteriorem gradũ charitatis anhelare. Vnde dicit Apostolus Eph. 5. *Ambulate in dilectione.* Ille enim in dilectione Dei ambulat, qui in ea proficit & non tepescit, quia testimoniũ veri amoris est, quando quis existens in charitate non tepescit, sed continue secundum amorem operatur. Vnde dicit Bern. ad fratres de monte: *O bone Iesu, non est amor tuus otiosus: qui te diligunt, non tepescunt.* Ratio huius est quia lassitudo inducit otiũ, amor autẽ fessus fieri nõ potest, quia amor amantis si verus est, quãto plus amat, tãto quod amat sibi delectabilius efficitur: & sic per talẽ delectationẽ, amor eius ad suũ amatum crescit & augetur, nec lassatur, & per cõsequẽs nõ potest fieri otiosus, sed cõtinue in homine operatur. Vnde dicit Greg. *Nunquã amor Dei est otiosus, operatur enim magna si est: si autem operari renuit, amor non est.* Amor enim cum sit naturalis calor animæ, ideo ipsam non finit quiescere, quia hoc quod agit calor naturalis in corde, hoc agit amor in anima. Sed modo videmus quod calor existens in corde ipsum cor nunquam finit quiescere, hoc maxime apparet in somno, quia tunc omnia membra corporis quiescũt, & non mouentur; solum autem cor quod plenum est calore, nullo tempore in tota vita hominis quiescit: sic amor diuinus cum

Eph. 5. D. Bernar D. Gregor

cum sit quidã naturalis calor animæ, ipsam nunquam sinit quiescere, sed mouet ipsam ad operandum, secundum amorem, vt in diuino amore super proficiat. Et ideo Augustinus in libro confessionũ dicit. *O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me.* D. August.

Quarto ad hoc quod homo in vita spirituali proficiat, seu spiritualiter ambulet, requiritur quod sit stabilis per lucidam conuersationem. Videmus enim, quod si aliquis velit ire ad sanctum Iacobum, cauet sibi ne aliquẽ in via offendat, sed perseueranter cum pace & complacentia omnium, nititur transire, vt ad terminũ veniat, & à nemine impediatur. Sic reuera placita & sancta cõuersatio requiritur, ad hoc vt homo spiritualiter ambulando proficiat. Quamuis enim conuersatio perfecti hominis sit in cælis, tamen quam diu viuit, debet suam conuersationem tanquam lucem emittere in terris. Homo enim compositus est ex duabus naturis, scilicet, de spirituali, quæ est de cælis, vt est spiritus hominis, & ex corporali natura, quę est de terris, vt est corpus hominis. Vnde secundum istam naturam quæ de cælis est, semper debet habere conuersationem in cælis, ita quod sẽper cælestia sapiat, vt cum Apostolo dicere possit, *Nostra conuersatio in cælis est*. Sed secundum istã naturam quæ est de terris quamuis oporteat eum in mundo esse, non tamen debet tamquam terrenus homo, sed tanquam cælestis Angelus luminosam conuersationẽ ambulando Philip. 3.

lando inter homines habere, iuxta illud Apostoli ad Eph 5. *vt filij lucis ambulate*: ita vt tota vita eius, quan.diu viuit in terris, sit speculum & exemplar omnium in timore Dei viuentium, ita vt interiorem conuersationem spiritus ostendat in exteriori cōuersatione corporis. Vnde dicit Saluator, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est*. Talis enim conuersatio facit hominem multum proficere in merito & pręmio cœlesti, in hoc quod non solum sibi viuit, sed etiam aliis proficit, quos in sua bona conuersatione illuminat. Vnde hortatur nos Apostolus 1. Pet. 2. *Conuersationem inter gentes habentes bonam*. Et specialiter dicit *bonam*, quia bonum est suiipsius diffusiuum, vt dicit Dionysius. Nam sicut lux diffundit se ad omnia vbi obstaculū non inuenit: sic bona conuersatio diffundit se ad omnes homines. Qui ergo vult proficere in spirituali vita, quo ad meritum & præmium, ille debet habere luminosam conuersationē inter homines. Vnde Prouerb. 4. *Iustorum semita*, id est, conuersatio, *quasi lux splendens*, procedit scilicet, proficiendo vsque ad perfectum diem, id ist, vsque ad diem æternitatis, vbi recipiunt suę sanctitatis exemplaris pręmiū. Nota igitur, quod conuersatio iusti hominis debet esse similis luci in quatuor, quæ lux in se habet, & . hoc est in subtilitate, agilitate, claritate, & impassibilitate. Primo debet esse similis luci in subtilitate, quæ tanta est vt etiam vitrum penetret, tamen ipsum non violet

Eph 5

Matth. 5

1. Pet. 2

Prouerb. 4

violet, & cryſtallum ingrediens & egrediens dimittat integrum, & inconfractũ. Sic etiam conuerſatio iuſti hominis debet eſſe ſubtilis per humilitatem, quæ facit hominem gracilem & paruum in oculis ſuis, ne ſe iactet de ſua conuerſatione, nec vitam ſuam oſtendat propter appetitum vanæ gloriæ, Vnde quam diu homo viuit, conuerſatio eius debet eſſe plena timore per humilitatem, ſicut docemur 1. Petri 1. *In tempore incolatus veſtri in timore conuerſamini*, quia qui rectũ timorem habet de ruina ſuæ cõuerſationis, ſemper eſt humilis, quia valde faciliter violatur integritas bonæ conuerſationis: nam modico deſtruitur appetitu vanę laudis. Heu quam multorum conuerſatio eſt violata per appetitum vanæ glorię & laudis! Nam pauciſſimi inueniuntur ſeculares, immo etiam timeo quod pauci ſint religioſi, qui in ſua conuerſatione & in ſanctis factis, non quęrant vanam gloriam, & in laudibus non delectentur hominum. Tales ſi de vita ſua dubitent, vtrum ſint boni vel mali, ſibi ipſis iudices ſunt: ſed ſcio quod dicit Gregorius, quod *boni à malis hoc ſigno diſcernuntur. Laus propria iuſtos cruciat, ſed iniquos exaltat: ſed iuſtos dum cruciat, purgat; iniquos dum lætificat, reprobos demonſtrat*. Secundo conuerſatio iuſti debet eſſe ſimilis luci, in agilitate. Lux enim ita agilis eſt, ſicut videmus in ſole, vt quã cito oritur, tam cito in oriente & occidente reſplendeat. Sic cõuerſatio iuſti debet eſſe agilis & velox ad bona opera, ſicut ſol qui eſt velox & agilis in ſuo curſu. Quia de talibus

1. Pet. 1.

D. Greg.

Eccles. 17 talibus, qui sic sunt agiles, dicit Sapi. Eccl. 17. *Omnia opera eorum velut sol in conspectu tuo.* Testimonium enim perfectæ conuersationis in hoc maxime apparet, quod homo agilis est in bonis operibus. Vnde dicitur Iacobi 3. *Qui*
Iac. 3 *sapiens est & disciplinatus inter vos, ostendat ex sua bona conuersatione.* Quia certum est quod qui bonę conuersationis est, hoc ostendat etiā bonis operibus; quia conuersatio bona facit hominem agilem ad omnia bona opera facienda. Vnde qui sic agiles sunt, signū æternę saluationis in se habēt. Vnde dicit Sapi. Prouer. 22.
Prouer. 22 *Vidisti hominem velocem in suo opere, ante reges stabit:* id est ante Patrē & Filium, & Spiritum sanctum: hic quidem per gratiam, in futuro vero per gloriam. Tertio conuersatio iusti debet esse similis luci in claritate. Tantę enim claritatis est lux, vt etiā tangens immunda quātumcunque sint immunda, tamen maneat incontaminata. Sic conuersatio iusti debet habere claritatem, vt quamdiu viuit in hoc mundo inter peccatores, nō maculetur peccatis. Vnde dicitur 1. Pet. 1. *In omni conuersatione*
1. Pet. 1. *sancti sitis.* Quod enim sanctum est, mundum, clarum & purum est. Talem claritatem in sua sancta conuersatione habuit Apostolus Paulus, qui fuit vas electionis. Vnde dicebat vt
Act. 23 legitur Act. 23. *Ego in bona conscientia conuersatus sum ante Deum.* Tunc enim consciētia bona & perfecta dici potest, quando in tanta claritate se seruat, vt nullum peccatū in se pati possit,
D. Bern. Vnde dicit Bernard. *Bona conscientia est quæ præterita peccata punit, & punienda non committit, quæ si pecca-*

peccata sentit, peccato tamen non consentit. Quarto conuersatio iusti debet esse simili lucis in impassibilitate, lux enim adeo impassibilis est, vt tangendo dura, aspera vel amara, non lædatur, vel incommodum patiatur in suo splendore: sic iustus in sua conuersatione debet habere impassibilitatem, vt ipsum nulla aduersitas perturbet, sed omnia propter Deum sustineat, & in hoc apparet testimoniū perfectæ patientiæ, & quod hominis conuersatio est perfecta, quādo nihil aduersitatis & nihil amaritudinis sentit in terra, de quo turbari possit secundum superiorem virtutem animę suæ, quia quantumcunque verus patiens turbetur in inferioribus viribus, superior tamē vis animæ suæ, scilicet, ipsa ratio & voluntas, perfecta tranquillitate potitur. Ratio huius est, quia cuius delitiæ sunt in cælis, nihil tędij vel amaritudinis pati potest in terris. Vnde de quolibet vero patiente potest dici illud Sapient, 8. *Non habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius*, quod bene dicit Dionysius ad Ioannem. *Sancti viri patrem diligunt & sanctificationem, & ex præsenti vita incipiunt futuram.* Vnde dicit Augustinus, *In medio hominum conuersari cum impassibilitate animi, perseuerantes in spirituali profectu.* Quia omnis profectus quantumcunque [illegible]t[illegible]c fuerit perfectus, si virtute perseuerantiæ caret, omnino inutilis prędicatio est. Vnde nemo tam perfectus quantuncumque perfecerit in virtutibus, & bonis operibus, dicat quod satis profecerit: talis enim remanebit errando in via sua, & nunquam perueniet

Sap. 8
Dionys.
D. August.
Perseuerantia.

niet ad finem virtutum. Omnis enim homo quantumcunque sanctus, quantumcunque profecerit in virtutibus debet dicere cum
Psal. 76 Propheta, *Ego dixi, nunc cœpi*, quia dicitur Eccl. 18.
Eccl. 18 *Cum consummauerit homo, tunc incipiet.* Et hoc est
D. Hieron quod dicit Hieronymus ad Pelagium, *Cum me putauero ad culmen peruenisse virtutũ, tunc habeo principium, hoc enim in hominibus sola perfectio, si imperfectos se esse nouerint.* Vnde in hoc consistit totus profectus hominis, vt nunquam apprehendisse culmen perfectionis se putet, sed sẽper proficiat: & quanto magis proficit, tanto minus se reputet profecisse, quia hoc requiritur ad veram perseuerantiam. Qui enim putat se peruenisse ad illud ad quod nondũ peruenit, talis nunquam perueniet ad finem, nec præ-
Matth. 10. mium virtutum recipiet, quia dicit Saluator, *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Vnde ad hoc quod homo vsque ad finem in spirituali vita proficiat, & mercedem à Deo recipiat, necessario requiritur perseuerantia, quæ
D. Bernar. est finis & consummatio virtutũ. Vnde dicit Bernard. in epistola ad Ianuenses, *Perseuerantia est vigor virium, consummatio virtutum, & nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, cõstantiæ filia, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculũ, propugnaculum sanctitatis.* Nota igitur quod est triplex genus hominum, quorum vnum tantũ recipit præmiũ. Primi sunt illi qui bonam vitam nec incipiunt nec perficiunt, vt omnes infideles & pessimi Christiani, qui non curant diuina mandata, & sic in malitia moriuntur.
Psal 35 De quolibet istorum dicitur in Psal. *Noluit intelligere*

telligere vt bene ageret, malitiam autem non odiuit. Secundi sunt qui bonam vitam incipiunt, sed non perficiunt. Tales enim non recipiũt præmium, quia dicit Isidorus, *Præmium perseuerantibus datur, non est enim beatus qui bona facit, sed qui perseueranter & incessanter facit.* Vnde multi sunt homines qui longo tempore in sanctitate vixerunt, ita quod etiam miracula fecerunt, & tamẽ in fine corruerunt, & æternaliter damnati sunt, qui iusti & sancti reputabantur. De quibus dicit Saluator, quod talium *multi dicent in nouissimo die,* quando iudicantur ad æternam damnationem, *Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & signa fecimus?* Tertij sunt qui bonam vitam incipiunt & perficiunt, & hi præmiũ recipiunt à Deo. Talium enim vita solummodo placet, quæ bono fine completur. Vnde dicit Isidorus, *Tunc Deo placet nostra conuersatio, quando quod inchoamus fine complemus perseueranti.* Vnde illi solummodo præmiũ recipiunt qui bonum quod incipiunt vsque in finem continuant. Sed multi istorum sunt, quorũ conuersatio manet occulta, ideo tales apud homines putantur, quales non fuerũt, nescientes eorum occultam pœnitentiã. Vnde multi apud homines mali putantur esse, qui coram Deo sancti sunt. Et multi apud homines sancti reputantur esse, qui in æterna damnatione sunt, &c.

B. Isidorus

Matth. 7.

B. Isidor.

Dominica XV. post Pentecosten.

SERMO L.

Galat. 6. BOnum *facientes non deficiamus*. ad Galat. 6. Operarij qui habent aliquod opus perficere, se mutuo exhortantur ad laborem, vt opus perficiant quod inceperunt. Consimiliter Apostolus nos hortatur, ne in opere spirituali incepto deficiamus in verbo proposito, cum dicit, *Bonum facientes non deficiamus*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum, quod quadruplex est bonum virtutis, quod homini super omne bonum vtile est.

Psal. 118. Primum bonum est humilitas pœnitentialis, de qua dicit Psal. *Bonum mihi quia humiliasti me*, id est, quia me humiliari fecisti per verã pœnitentiã, quia hãc Deus nulli inspirat, nisi cum quo vult facere suam misericordiam. Vnde quoties homo cadit in peccatum, sẽper potest resurgere per humilem pœnitentiam, quam Deus sẽper acceptat, secundum illud Psal. 50 Psal. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies*. Vnde dico, quod nec in cælo nec in terra aliquid inueniri potest, quod adeo bonum & vtile sit peccatori, sicut est pœnitentia, quæ fit cum vera humilitate cordis. Quia in tota vniuersitate sacrę Scripturæ, nullum aliud refugium peccatori inueñimus, nisi solum humilem pœnitentiam, quę illi diuinã gratiam acquirit,

&

& ipsum facit de inimico amicum Dei, & de filio diaboli filium Dei, & eius animam sole clariorem, quia non est peccatū adeo enorme, quin possit de eo veniam consequi per veram pœnitentiam, quę efficaciam suam recipit à virtute passionis Christi, cuius meritū excedit omne demeritū quorumcunque peccatorum. Vnde dicit Chrysost. *Omne peccatum per pœnitentiā recipit vulnerum sanitatem.* Vnde breuiter dico, quod vera pœnitentia adeo magnę virtutis est, quod præter Deū nulla creatura tam potens est respectu peccatorū, quia ipsa pœnitentia potest omnia in cælo & in terra præter quatuor. Primum est, quod non potest opera facta in mortali viuificare. Secundum est, quod non potest tempus inutiliter expensum restituere. Tertium est quod non potest virginitatem semel amissam reddere. Quartum est quod non potest damnatum de pœnis inferni liberare. Cetera omnia potest ipsa humilis pœnitentia pręter ista. Et tamen licet non possit opera de genere bonorū viuificare, potest tamen ea resuscitare, ita vt in charitate iterum fiant, & sic alio modo viuificentur: & licet non possit tempus inutiliter expensum restituere, potest tamē pro eo satisfacere: & licet virginitatē semel amissam non possit reddere, tamē potest peccatorem ęqualem vel maiorem quam virginem facere in cælo: & etiam licet damnatū non possit de pœnis inferni liberare, potest tamen peccatorem à porta inferni liberare, id est, à peccatis mortalibus quamdiu viuit eruere.

D. Chrys.

Isidor. eruere. Vnde dicit Isidor. lib. etymologiarũ, *O pœnitentia quid dicã de te, laudare te non valeo, vt volo, quia pretiosior es auro obryzo, Per te enim destruitur mors, & Diabolus fugatur, per te vita inuenitur & Deus reperitur, per te infernus clauditur, & cælum aperitur.*

Secundum bonũ, quod homini superomne bonum virtutis vtile est, est pietas liberalis, & hoc bonũ Magdalena in Christo operata est. Vnde & de ea dixit; *Bonum opus operata est in me,* & hoc bonum adeo vtile est homini, quod pro eo Deus vult hominẽ abundanter remunerare, tã in pręsenti quã in futuro. In pręsenti quidẽ vita nõ solũ spiritualibus bonis, sed etiã tẽporalibus, quia dicitur Prou. 11. *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt; alij rapiunt non sua, sed semper in egestate sunt.* Et non solũ Deus vult tales remunerare temporalibus & spiritualibus bonis, sed etiã æternalibus bonis, quia tunc *centuplum accipient, & vitam æternã possidebunt,* & ideo bene dicitur Prou. 11. *Bene facit animæ suæ vir misericors.* Quia dicit Hieron. *Non memini male moriturũ, quilibẽter opera pietatis exercuit.* Talis enim totintercessores habet, quod male mori non potest. Difficile enim est multorũ preces nõ exaudiri. Vnde dicitur 1. Tim. 4. *Exerce teipsum in pietate,* id est, operibus misericordiæ. Et quam vtile & quã bonũ hoc sit, vltra ostendit dicens, *Nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis est,* non quod velit dicere, quod exercitatio corporalis omnino sit inutilis, vt ieiunare, vigilare, &c. sed quod respectu pietatis ad modicum vtilis sit. Posito enim quod duo homines sint, qui ambo sint in mortali,

Marginal notes: Matth. 26 — Prouer. 11 — Ibidem — D. Hieron — 1. Timo. 4

&c

& extra gratiam, vnus se exercet in ieiuniis & vigiliis & tamen damnatur, perdit enim totum quod facit, quamdiu est in mortali. Vnde dicitur in Eccles. *Væ soli quia si ceciderit non habet sublenantem*. Alius autem exercet se in operibus misericordiæ & saluatur, quia *beatus qui intelligit super egenum & pauperem*, nam multos habet intercessores & adiutores. Et non potest fieri, vt dixi, vt multorũ preces Deus non exaudiat: & ideo Apostolus quando dixit, *Exercitatio corporalis ad modicum vtilis est*, statim dicit vltra, *Pietas autem ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ*, quia hic recipiet mercedem, & in futuro. Sed quis est hodie qui opera pietatis libenter exerceat? magis enim regnat crudelitas quam pietas vera. Bene iam verificatur illud Psal. *Sustinui vt mecum simul contristaretur & non fuit. consolantem me quæsiui, & non inueni*. Quis hodie potest dicere cũ Paulo, *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Cum Iob quis dicere potest? *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi*. Sed ecce dies horrenda & cito veniet, quod implebitur illud quod dicit Iacobus in canonica sua, *Iudicium sine misericordia fiet ei qui misericordiam non fecit*. Sunt autem septem opera misericordię corporalia, quę continentur in hoc versu, *Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo*. Primum ergo opus misericordię est visitatio infirmorum, quod Deo multũ est acceptabile, quia dicit in nouissimo die suis caris: *Infirmus fui, & visitastis me*. Et non solum sunt infirmi visitandi, sed etiam est eis benefaciẽ-

Eccl. 4
Psal. 40
1. Timo. 4
Psal. 68
2. Cor. 11
Iob. 30
Iac. 2

Iacob 1 dum. Vnde dicitur Iacobus, *Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est visitare pupillos, &c.* O Deus, si scirent homines quid ex isto opere eis proueniret, multum se in hoc
Eccles. 7 exercerent. Et ideo dicit Sapiens, *Non te visitare infirmos pigeat, per hoc enim in dilectione firmaberis.* Vnde legitur in vitispatrum, quod quidam interrogauit senem præsentē dicens, Duo fratres sunt, quorum vnus multum ieiunat, alter multum seruit infirmis, cuius opus magis placet Deo? Respondit senex, si frater ille qui multum ieiunat, appendat se per nares, non potest æquari illi qui seruit infirmis. Sed heu multi sunt in isto opere valde negligentes, qui nunquam visitant infirmos: immo multi sunt, qui illos qui eis seruierunt, quādo fiunt infirmi, die secunda vel tertia eiiciunt de domo sua, & sic permittunt eos fame mori, vel si retinent eos infirmos, tunc sub trabe ponunt eos tanquam canes: nec melius ponunt eos vel locant eos, nec melius faciunt eis quam canibus. Et hoc est contra Deum, quia deberent curam eorum habere, tanquam si Angelus esset, immo tanquam Deus, quia ipse
Matt. 25 in persona pauperum dicet in iudicio, *Infirmus fui, & non visitastis me.* Secundum opus misericordiæ est potare sitientē. Tale enim valde gratum est Deo, quia meretur affluentiam
Matt. 10 meritorum. Vnde dicit Saluator, Matth. 10. *Quicunque dederit calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine meo, Amen dico vobis, non perdit mercedem suam:* æternas mansiones præparat, & gaudia cælestia
D. Chrys. cumulat. Vnde dicit Chrysost. in sermone

ne de eleemosyna, *Egere Christus voluit, in terra, accepit pauca, tribuit totum; accepit terrena, tribuit cælestia: accepit peritura, tribuit mansura*. Nec est alicui excusatio eo quod Saluator dixit, *Quicunque dederit calicem aquæ frigidæ*, &c. Tertium opus pietatis est cibatio esurientium, Lucæ 3. *Qui habet escas det non habenti*. Hoc opus multum vtile est, quia meretur patrocinium sanctorum, & iuuamen perfectorum, & etiam intercessiones egenorum. Vnde dicit Grego. *Erga diem iudicij quærendi sunt pauperes, vt patroni. Honorate ergo quos pauperes cernitis, quos foris conspicitis despectos huius sæculi, intus arbitramini amicos Dei*. Vnde charissimi, cum pauperes veniunt, respiciatis eos non solum vt homines, sed vt ipsum Deũ qui vobis in iudicio regratiando dicet, *Esuriui, & dedistis mihi manducare*: immo pauperes quęrent tales in iudicio, vt pro eis intercedant apud Dominum. Vnde dicit Gregor. de quadam muliere pia, cui cum die quadam duo pergrini monachi obuiassent, & ab ea cibum percepissent: illi dixerunt, *Tu nos modo visitas, nos te in die iudicij requiremus, & quidquid poterimus boni præstabimus tibi* & hoc dicto disparuerunt. Imo aliquãdo Christus cibatus est, in specie peregrini alicuius. Quia legitur de B. Gregorio, Qui vice quadam dabat perigrinis quos inuitabat, aquam in pelui ante prandium, & cum vnus eorum nollet ab eo recipere aquam, Beatus Gregorius ad locum secretum eum ducens, dixit; *Quare à me aquam recipere noluisti?* Respondit, *ego sum Mariæ filius, & regratior tibi, quod me frequenter in membris meis pauisti*. Quartum opus est

Luc. 3

D. Gregor.

Matth. 25

D. Gregor.

redemptio, si tibi possibile est, captiuorum, & hoc opus multum vtile est: quia Saluator in
Matt. 25 persona talium dicet suis electis, *In carcere eră, & visitastu me*, Vnde qui carceribus vincti sunt, visitandi sunt, & consolandi, siue boni, siue mali, & eis debent aliqua ministrari, boni pro posse liberari debent. Qui enim hoc facit, se similem facit suo creatori; de quo dicit Psal.
Psal. 34 *Deus quis similis erit tibi, eripiens egenum de manu fortiorum*. Si vero sint mali, debent ad contritionem moneri, maxime tamen quando ad mortem ducuntur. Vincti ergo visitandi & liberandi
Tobiæ 4 sunt, si possunt, ad minus visitandi, exemplo illius viri iusti Tobię, de quo legitur, quod omnibus qui erant in captiuitate positi, monita salutis dabat. Quintum opus est vestitio nudorum, quod hoc opus Deo placeat, patet in Beato Martino, cui Dominus in nocte apparuit vestitus illa veste, quam pro eius amore cuidam egeno tribuit. Hoc etiam patuit in Beato Frăcisco, cũ adhuc esset secularis, &c. Videant sibi diuites, qui habent diuersa genera vestimentorũ, & permittũt pauperes mori frigore, nõ dubito quin oporteat eos de hoc reddere rationẽ in iudicio, quando Christus
Matt. 25 dicet, *Nudus fui, & non cooperuistis me*. Heu multi sunt homines, qui libentius dant vestimenta sua, pro vana gloria, quam pauperibus ex vera misericordia, & ideo non recipient stolam
Ibidem gloriæ. Sed dicetur eis, *Ite maledicti in ignẽ æternũ*. Sextũ est hospitatio peregrinorũ, hoc opus etiam multũ vtile est & bonum: nam sæpius accidit vt quandoque Angeli recepti sint hospitio

ſpitio à ſanctis patribus,vt Abraham & Loth & aliis quam pluribus: immo aliquando accidit,vt ipſe Deus in forma pauperis ſit receptus. Vnde Grego. narrat de quodam monacho,qui leproſum deficientem in via,pannis inuolutũ ad abbatiam perduxit,cumque monaſterio appropinquaret , Abbas illius clauſtri cœpit clamare,Currite ad ianuas monaſterij, venit frater portans hominem. Mox qui leproſus,diſparuit:redemtor humani generis fuit Ieſus Chriſtus,& ad cælum rediens dixit ei, *Tu me non erubuiſti ſuper terram, ego non erubeſcam te ſuper cælos.* Abbati autẽ quærenti , vbi eſſet quem portabat:reſpondit, Ego ſi ſciuiſſem quis eſſet,pedes eius tenuiſſem. Vnde talibus dicit, *hoſpes eram, & collegiſtis me.* Septimum opus miſericordię eſt ſepultura mortuorum. De iſto opere dicitur Eccl.7. *Mortuo non prohibeas gratiam:* gloſſa, Ad Eccleſiam pertinet ſepultura mortuorum . De iſto opere multũ commendatur ille bonus Tobias, *cui cum nunciatum eſſet,quod vnus de filijs Iſrael iugulatus iaceret in via, ſtatim exiliens de accubitu ſuo, relinquens prandium, peruenit ad corpus & portabat occulte in domum ſuam, vt cum ſol occubuiſſet ſepeliret corpus* , quia prohibitũ erat à rege ne aliquis ſepeliret quemquã de filiis Iſrahel. In iſto opere Maria Magdalena commendatur à Chriſto,quando effudit vnguentum ſuper caput eius in cæna . Vnde dicebat Chriſtus *bonũ opus operata eſt in me, præuenit vngere corpus meum in ſepulturam in eam.* Iſtud enim opus commẽdatur nobis exemplo brutorum animaliũ:legitur enim quod mortuo delphino,

D. Grego.

Matth. 25

Eccli. 7.

Tob. 2

Mat. 26

circunstant alij delphini, ne comedant ipsũ alij pisces, deferunt eum in profundum, & sepeliunt eum ibi.

Tertium bonum quod vtile est, est puritas totalis, scilicet, spiritus & corporis. Et hoc bonum adeo magnum est, vt ipsum hominẽ in omni sanctitate perficiat, nã puritas est scrinium virtutum, sera sensuum, conscientiæ gaudium, vitæ ornamentum, & totius sanctitatis complementum: quanto enim aliquis est maioris puritatis, tanto maioris etiã sanctitatis est. Vnde dicit Damascenus libro 3.
Damasc. *Sanctitas est ab omni inquinatione carnis ac spiritus libe a ac sanctißima puritas*. Merito ergo magnum bonum dici potest vera puritas. Et quia magnum bonum est, ideo suadet nos illud habere Apostolus 1. Corinth. 7. *Dico* non nuptis
1. Cor. 7 & viduis, *bonum est eis si sic permaneant sicut ego*, & quamuis puritas spiritus sit ita bona, tamen perfecta puritas haberi non potest sine puritate non solum spiritus, sed etiam corporis. Vnde Apostolus puritatem corporis suadet
Ibidem tanquam necessariam ad veram puritatem, *Bonum est homini mulierem non tangere*. Vnde credo nihil vtilius esse homini in diuina gratia existenti, quam habere perfectam puritatẽ, quæ excellit omnium hominũ vitam in præsenti vita, quia sicut sol excellit omnia luminaria cæli sua claritate, & splendore, & sicut lignũ vitę excellit omnia ligna paradisi sua viuacitate, & sicut aurũ excellit omnia metalla sua pretiositate, & sicut balsamum excellit omnes liquores & vnguenta sua nobilitate, & sicut

ſicut voluntas eſt ſuper omnes vires animæ imperio & poteſtate: ſic perfecta puritas vitę excellit omniũ hominum vitam ſua perfectione. Vnde virginitas in qua relucet perfectior puritas, dicitur ſupremus gradus virtutis. Vnde Hieronymus, *In omni gradu & ſexu virginitas principatum tenet.* Tantę dignitatis eſt virginitas vt non dicatur virtus, ſed ſupremus ſtatus virtutis. Vnde & virgines propter ſuã ſingularem dignitatem, ſingulare habituræ ſunt prẹmium, & ideo dicit Auguſtinus, *Habebunt magnum aliquod præter ceteras in illa communi immortalitate, quæ hic habent aliquid iam in carne non carnis.* Nota ergo quod virgines inter ceteras habebunt quatuor ſingularia in patria, Primo maiorem & vberiorẽ fructum. eſt enim triplex ſtatus in Eccleſia, qui habet prẹmium in cælo, extra quos ſtatus nullus ſaluari poteſt. Primus ſtatus eſt caſtitas virginalis, ſecundus caſtitas vidualis, tertius caſtitas coniugalis. Secundum hos tres ſtatus meriti naſcuntur diuerſi fructus prẹmij. quia de caſtitate coniugali tanquam de bona terra naſcitur fructus triceſimus, id eſt perfectus, bonus, & altus fructus prẹmij: de continentia autẽ viduali, veluti de terra meliori naſcitur vberior & melior fructus ſexageſimus, id eſt altior & perfectior beatitudinis gradus: de caſtitate autem virginali, veluti de terra optima naſcitur vel ſurgit fructus maximus, qui dicitur fructus milleſimus, id eſt excellentiſſimus beatitudinis ſtatus. Vnde Sap. 3. *Felix ſterilis & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto,* *habebit*

D. Hieron.
D. Auguſt.
Sap. 3

habebit fructum in respectione animarũ sanctarum, hic fructus est excellentissimus status beatitudinis. Quia virgines inter viduas & coniugatos habent in terra supremum statum meriti, & sic supremo statui meriti, merito correspondet supremus fructus prȩmij. Aureola vero quæ debetur decori virginitatis, non distinguitur secundum hos status, quia aureola & fructus non sunt eadem in præmio. Secundo virgines habebunt aureolæ sertũ, quia sicut sertum quod est de rosis & liliis, quamuis nõ sit magni pretij, respectu illius coronæ quæ est ex auro & lapidibus pretiosis, est tamen mirandi decoris: sic aureola quamuis non sit de prȩmio essentiali, est tamen de præmio accidentali, & tanti decoris, vt in omni gloria paradisi & mundi nihil sit quod possit aureolæ comparari, cum ipsa sit singularis decor, qui dabitur virginibus, de corpore quod pro Christo incorruptum seruauerunt; Doctoribus qui diabolum à suo & aliorum cordibus repulerunt; Martyribus qui pro Christo corpus suum morti obtulerunt. Vnde sicut *Martyres cicatrices vulnerum & stigmata passionũ perpetuò, seruabunt in patria ad decorem*, sicut dicit Augustinus de ciuitate Dei: sic potest dici quod virgines sanctæ & Deo dicatæ, habebunt quædam signacula incorruptionis mirandi decoris, per quæ distinguuntur & cognoscuntur ab aliis sanctis Dei: & dicitur aureola, quasi aurea coronula: aurea propter excellentiam præmij, coronula propter gaudium earum, quod ad modum circuli est dispositum. Quia

D. August.

dicit

dicit Augustinus, *Gaudium virginum est de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christũ, propter Christum*. Sed tamen magis proprie forte aureola potest dici decor, quam gaudiũ, quia etiam ceteri sancti gaudebunt in cælo de decore aureolæ eius, quamuis eius decorẽ non habeant. Vnde August. de virginibus loquitur, *Videbit vos in illa sorte distinctas cetera multitudo fidelium, videbit & non inuidebit conlætando vobis: quod in se non habebunt, habebunt in vobis gaudiũ, sed non decorem: sed forte melius est dicere de his vtrisque, quod aureola sit gaudium cum decore vel decor cum gaudio*. Et hæc aureola dabitur, primo virginibus consecratis, vt illis qui intrant religionem & ibi proponunt Christo seruire, & seruare suam puritatem: secundo dabitur virginibus, quæ secrete suam virginitatem seruare vouerunt, vel in se proponunt quod velint sic esse: quãuis istud propositum aliquando interrumpatur, integritate tamen carnis manente, dummodo in vitæ fine, ad illud propositum redeant, aureolam recipient: tertio dabitur virginibus vi oppressis. Vnde si aliqua virgo corrumpatur carne violenter, non tamẽ aureola amittitur. Quia dicit Augustinus de ciuitate Dei, *virginitas est habitus mentis, & ideo non aufertur inuitè.* Tertium est sequelæ priuilegiũ, de quo dicitur Apoc. 14. *Hi sequũtur agnum quocumque ierit*, August. itinere virginali, Glossa dicit, *Imitantur Christum integritate mentis & corporis*. Nam virginale iter est perfecta vnitas, ad Agnum Christum, scilicet, Deum, secundum quod possibile est vniri in via ipsi Christo. Vnde dicitur

Idem
D. August.
Idem
Apoc. 14
D. August.

Sap.6 dicitur Sap.6. *Incorruptio facit esse proximum Deo.* Et ideo ipsa beata & gloriosa virgo Maria propter incomparabilem incorruptionem quam habuit, Christo magis appropinquauit. Quia apud ipsum, & super ipsum ius maternum accepit, & ideo illic nunc super omnes choros Angelorum est exaltata, super omnes vicinius sequitur. Et ideo gaudeant felices virgines, & ament Christum ardentius, & post ipsum currant eo velocius, immo volent alis virginitatis altius, quia quanto mente & corpore fuerint puriores, tanto erunt Agno

D.August. viciniores. Vnde dicit Augustinus de virginibus, *Sequimini Agnum virginitate mentis & corporis, cuius caro vtique virgo hoc inseruit cordibus & corporibus vestris, quod matri non abstulit conceptus & natus.* Quartum quod habebunt est nouum canticum gloriæ, de integritate corporis & animæ exultabunt, quod gaudium nunquam veterascet, sed sẽper erit nouum. Canticũ est laus & gratiarum actio, quia laudabunt agnum Christum pro eo, sicut dicit glossa, quod suo sanguine eis meruit, vt essent incorrupti: & sicut quidam dicunt, quod non omnes virgines cantabunt hoc canticum, sed solũmodo illæ quæ nec corpore nec mente aliquando fuerunt corruptæ. Iuxta illud Apoc. *Nemo po-*

Apoc.14 *terat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta millia.* Saltem ad minus nemo cantabit hoc canticum quantumcunque sanctus, nisi mente & corpore fuerit incorruptus, hoc autẽ canticũ tã mirandæ dulcedinis est, vt nunquam in terris simile auditum sit: quis enim hoc

canere

canere posset in terris, quod nec Adam protoplasma, nec Abraham summus Patriarcharum, nec Dauid Prophetarum eximius, nec Petrus Apostolorum princeps canere possit in cælis. Vnde ait Ioannes in Apocalyp. *Vocem quam audiui in cælo erat sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.* Citharœdi sunt, qui mentem suam in supernas dulcedines suspenderunt, quorum conuersatio sanctissima est in cælis: & qui membra corporis sui super consilium castitatis & super lignum crucis extenderũt. Hi coram Agno dulciter citharizant, quando pro tam singulari dono Deum Patrem & Filium eius vnigenitum Iesum Christum cum gaudio Spiritus sancti laudant & glorificant sine fine. Vnde dicit Augustinus sacris virginibus: *Vos canticum nouum, proprium vestrum excellens bonum dicetis & audietis, quia illud dicetur à vobis, audietis felicius, exultabitis iucundius: nullus erit mæror illis quibus hoc deerit, quia Agnus quem vos sequimini illos non deserit, vos praibit, & ab eis non abibit; quia Deus erit omnia in omnibus.* Amen. Ibidem D. August.

Quartum bonum quod homini vtile est, est charitas virtualis, sine qua nullum valet bonum, & quæ per suam præsentiam adducit omnia bona. Iuxta illud Sap. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, quia omnium bonorum mater est.* Vnde Augustinus eius laudator dicit, *Vbi charitas est, quid est quod potest abesse? vbi non est, nihil est quod potest prodesse. Nam sine ea fides est mortua: spes est vana, discretio nihil est, prudentia inutilis est, nullum opus bonum sufficit, humilitas non exaltat sine charitate, patientia non proficit, misericordia non reficit,* Sapient. 7 D. August.

scientia

scientia inflat, timor non iustificat sine charitate, obedientia & si prompta est, tamen non est meritoria, paupertas & si voluntaria est, tamen nulla est, castitas licet virginea, tamen fatua, foris manet cū fatuis virginibus, quæ non habuerunt oleum charitatis in lampadibus, id est in cordibus suis. Vnde breuiter sine charitate nihil valent omnia, vt dicit Apostolus, *Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, &c.* Ipsa est enim omnium bonorum principium, quia à Deo; omnium bonorum medium quia secundum Deum; & omnium bonorum finis, quia propter Deum. Vnde ipsa est illud nobile aurum, quod omnia alia metalla virtutum præcellit: ipsa est fons dulcedinis, quæ aliis virtutibus virtutem merendi influit: ipsa est purpura, quæ peccati turpitudinem operit: ipsa est planeta Veneris, quæ iucunditatem diuini amoris influit: ipsa est cælestis clauis, quæ cælum velociter aperit: ipsa est illud nobile signaculum, quod Deus prædestinatis imprimit. Isto singulari signaculo vt imprimamur appetit sponsa in Cant. dicens. *Pone sicut signaculum super cor tuum*, & felix homo qui huic signaculo tam singulari, & tam summo bono etiam imprimi appetit, & cum Propheta dicit. *Fac mecum signum in bono, vt videant, &c.* Vbi nota quod charitas est signum fidelitatis externæ, signum bonitatis internę, & signum felicitatis æternæ. Primo ergo signum fidelitatis externæ. Vnde videmus quando religiosę virgines velantur & coronantur, tunc imponitur eis quędam candidissima corona de serico vel byssso facta, cruce

1. Cor. 13

Cant. 8

Psal. 85

cruce superius cōclusa, habens in fronte paruam crucem, in signum quod Christum super omnia debent diligere, cui cor suum debent immaculatum fideliter custodire, vt nō terreno amore vmquam maculentur, vt sic ab Christo recipiant coronam immortalitatis. Vnde dicit eis Christus illud verbum Apoc. *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronā vitæ.* Et ideo etiam virgines sacratæ quando sunt cum tali corona signatæ, cantant illud, quod Beata Agnes dicebat filio præfecti, qui ipsam ab amore Christi retrahere volebat ad suum amorem, *posuit signum in faciem meam vt nullum præter eum amatorem admittam.* Secundo charitas est signum bonitatis internæ, quia cor quod isto signo signatur fit fons veræ suauitatis, effundens riuulum totius bonitatis, scilicet diuinum amorem, à quo procedit omne bonum. De isto fonte dicitur Cantic. quarto, & sunt verba sponsi ad sponsam, *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Per hortū sponsi possumus intelligere cor cuiuslibet iusti, quod ad modum horti debet habere flores diuersarum virtutum, & herbas sanctarum cogitationum & affectionum: & iste hortus dicitur esse conclusus, quando intus in domo bonę conscientiæ est firmatus, & foris muro disciplinæ spiritualis est obseratus. Sed tunc dicitur fons signatus, quando cor signatum est charitate, à qua diffunditur & effluit fons & riuulus diuini amoris, qui irrigat totū quod est bonū, secundū Augustinuū de moribus Ecclesię. Tertio charitas est signū feli-

Apoc. 2

Cant. 4

D. August.

citatis æternæ. Qui enim habet charitatem certissimum signum habet, quod sit filius Dei. Vnde Augustinus, *Filij Dei discernuntur à filiis diaboli non cantu, non habitu, non tonsura, non corona:* sed sola charitate, quia certius signaculum non est Deo placentium. Vnde dicit glossa super illo 1. Ioan. 3. *In hoc manifesti sunt filij Dei, &c.* Quia dilectio est certum signum, quo discernũtur filij Dei à filiis diaboli. Alia signa sunt communia bonis & malis. Item idem Io. *Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres.* Charitas enim sua virtute ducit hominem de morte ad vitam, & hoc est de non esse ad esse, quia ducit hominem à non esse, ad esse humanum, Angelicum & Diuinũ. Primo ducit hominem ad esse humanũ, quia sine charitate homo nihil est, vt dicit Apostolus, *Si charitatē non habuero nihil sum,* & ideo 1. Io. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Vnde resuscitat animam à morte, reducendo nõ esse ad esse gratiæ, ad constantiam nobilissimę vitæ. Secundo ducit hominem ad esse Angelicum, quia hominem naturaliter Angelo minorem, facit Angelo superiorem, eo quod secundum perfectiorem charitatē potest homo ascendere superiorem Hierarchiam, quia sola charitas auget meritum, recipit pręmium secundum excellentiam meriti. Vnde dicit Augustinus, *Non multitudo operum, non diuturnitas temporum, sed sola charitas auget meritum.* Ideo secundum eius quantitatem nobis datur pręmium, cum quo recipiemus esse Angelicum, quia ibi erimus æquales Angelis Dei. Tertio ducit hominum ad

Ibidem
1. Ioan. 3
Ibidem
1. Cor. 13
1. Ioan. 3
D. August.

ad esse deificum, quia virtus producens effectum nobilissimum, potest producere alium illo minorem, si minus effundit suam virtutẽ. Sed charitas de Deo hominem fecit, qui est effectus nobilissimus. Vnde dicit Hugo de Sacramentis, *Si causam quærimus quare Deus homo fieri voluit, nullam præter dilectionem inueniemus.* Si hoc fecit charitas tunc, etiam potest hominem deificare, secundum quod magis vel minus participat de virtute suæ charitatis. Vnde Augustinus, *Talis est vnusquisque qualis est sua dilectio.* Rogemus ergo Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Hugo D. August.

Dominica XVI. post Pentecosten.

SERMO LI.

IN *charitate radicati & fundati*, Ephe. 3. Qui intendit ædificare ædificium forte & permansurum, ponit solidum fundamentũ: nisi enim radix sit fixa, arbor est ruinosa. Consimiliter, quia charitas est radix & fundamentum omnis ædificij spiritualis permansuri, imo omnis boni: ideo Apostolus hortatur nos fundari in ipsa, dicens in verbo proposito, *In charitate radicati & fundati.* Circa quod verbum aduertendum est pro nostra doctrina, quod ad hoc quod homo sit in charitate perfectus vel perfecte radicatus & fundatus, quatuor requiruntur. Primum est quod amor hominis sit studiosus, vt ex omni re aliquid sui amoris eliciat, Eph. 3.

Videmus enim ad oculū, quod apis mel congregās de flore ad florem volat, & ex omni flore dulci aliquid dulcedinis elicit, quod tam diu congregat, quod totum suum alueum dulcedine mellis repleat. Sic etiam qui vult habere dulcedinē perfecti amoris, oportet quod ex diuersis floribus sanctarum doctrinarum

D. Hieron. aliquam dulcedinē diuini amoris eliciat; quia dicit Hieronymus, *Latus est & immensus diuinæ legis campus, & velut cælestibus quibusdam floribus vernans mira oblectatione legentis animū pascit & reficit.* Quapropter tam in scripturis quam in creaturis sēper aliquid inuenimus, quo Deum perfecte laudare possumus & amare. Vnde dicit Augu-

D. August. stinus in sermone, *Non ero segnis ad inquirendum substantiam Dei, siue per scripturam, siue per creaturam, quæ vtique nobis à Deo proponuntur intuendæ, vt ipse quæratur, ipse diligatur, qui & illam* scilicet scripturam *inspirauit, & istam,* scilicet creaturam *creauit.* Inuenimus tamen specialiter in sacra scriptura triplicem amorem in summa Trinitate, nobis vtilem in hac vita, Primus est amor liber, qui dicitur amor sine initio: Secundus est amor decens, qui dicitur amor recompensationis: Tertius est amor laudabilis, qui dicitur amor fluens. Primus amor, dicitur amor patris: secundus amor, filij: tertius, amor spiritus sancti. Pater habet liberum amorem ad filiū sine initio; sed filius habet decentē amorem ad patrem, & dicitur amor recompensatio-

Ioan. 3 nis. Vnde Ioan. 3. dicit filius, *Pater diligit filium* dilectione qua omnia tradidit ei, & ideo dicit vltra, *& ego diligo patrem*, vt faciat recompensationem

tionem amoris per amorem, sicut decet. Sed Spiritus sanctus habet quendam amorem laudabilem, per quem fluit in patrem & filium, eos vniendo. Vnde dicit Saluator, Ioan. 10. *Ego & pater vnum sumus*, scilicet in spiritu sancto, qui est amor patris & filij. Hunc triplicē amorem discamus habere, quia multum vtilis & necessarius est. Primus enim se extendit ad inimicos & ignotos, secundus ad amicos & beneficos, tertius se extēdit ad vtrosq. Primo ergo debemus habere amorem liberum, & sine initio, & est, quando diligimus illos qui nobis aduersantur, vel illos qui nobis nihil boni fecerunt, quia talis amor non habet initium, quo tales amorem nostrum meruerunt. Vnde merito iste amor liber dici potest, quia quadam gratuita libertate supergreditur modum naturalem. Vnde etiam multum meritorius est iste amor, quia dicit Saluator, *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? &c.* Naturale enim est, quod homo diligit amicū suum, & sibi benefacientem. Sed supernaturale & à gratia est, quod homo diligat illum qui ipsum odit & malefacit. Secundo debemus etiā habere amorē decentē, qui est amor recōpensationis, & hic necessarius est, nā bene decet vt ei recompensationē faciamus ex amore, qui nobis amicitiam ostendit, siue sit per donum, siue sit per amorem: & si non possumus ei æqualem reddere secundū donum suum, saltem per nostrum amorem faciamus ei recompensationem. Quia dicit Augustinus in libro de spiritu & anima, *Non melius aut decentius*

Ioan. 10

Matth. 5

D. August

centius rependi poteſt quid dilectione quod per dilectionem datum eſt. Tertio debemus habere laudabilem amorem, qui dicitur amor fluens, & hic multum laudabilis eſt & vtilis, quia fortiter vnit animam Deo. Tunc autem amor noſter eſt laudabilis & fluens, quando recte cum quadã interna dulcedine cordis, facimus amorem noſtrum ſicut fontem ad omnes fluere, nunc orando pro bonis, vt Deus eos confortet in bono, & conſeruet: nunc orando pro malis, vt Deus eos conuertat: nunc in neceſſitate exiſtentibus compatiendo, nunc pro in purgatorio ardentibus orando. Hunc laudabilem & fluentem amorem Apoſtolus habuit, de quo Gregor. in Homilia, *Charitas quæ diuiſa vnire conſueuit, cor Pauli per multa diuidi compulerat, dum omnibus prodeſſe cupiuit.* Hic amor quanto arctius in Deo colligit, tanto latius per ſancta deſideria ſpargit. Vnde quamuis hinc inde cor diſpergat, tamen miro modo per vnionem in Deo recolligit.

D. Gregor.

Secundo amor noſter debet eſſe affectuoſus, vt ſemper proficiat. Experimur quod qui perfecte diligit aliquem, eius amore nunquã ſatiatur, ſed ſẽper proficit in ſui amoris deſiderio. Iuxta illud Eccli. *Qui me edunt, adhuc eſurient.* iſta eſuries nihil aliud eſt quã cordis deſiderium quia anima vere Deum amans eius amore non ſatiatur, quia amor Dei tanquam circulus eſt cuius non eſt finis. Et hoc ideo, quia dicit Leo Papa in ſermone, *Si Deus dilectio eſt, nullum debet habere terminum charitas, quia nullo poteſt fine claudi diuinitas.* Vnde anima in deſiderio

Eccli. 24

Leo.

rio diuini amoris æstuans, tantũ libenter vellet habere de diuina dilectione, quãtũ Angeli Seraphin vt in eius amore sẽper arderet. Tãtũ libẽter haberet de diuina cognitione, quantũ Angeli Cherubin, vt Deũ plene cognosceret, & cognitũ amaret. Tantũ libenter de perfectione diuina haberet, quantum omnes Angeli vt Deum perfecte laudare posset. Tantum libenter haberet de gratia, quantum omnes homines, vt ei tantũ, quantum omnes homines seruire posset. Et cum hoc tantam libenter haberet fortitudinem, quantam simul habent omnia animalia in mundo, vt hanc in Dei seruitio exponere seu expendere posset. Ratio huius est, quia modus amandi Deum est modus sine modo. Vnde dicit Augustinus in libro confess. *Immensus es Domine & sine mensura debes amari & laudari ab his quos pretioso sanguine tuo redemisti.* Testimoniũ autem amoris est, quando homo facit bona opera sine intermissione. Quia dicit Gregor. *Amor Dei non est otiosus: operatur enim magna, si est: si autem operari renuit, amor non est: quia exhibitio operis est probatio dilectionis.* Vnde nota quod talis debet primo operari bona & iusta, & reputare opera sua indigna, attendendo illud verbum Saluatoris Lucæ 17. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite, Serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* Quia etsi nihil nobis conscij sumus, tamen in hoc non iustificati sumus, quia adhuc aliquid in nobis esse potest quod ignoramus, quia dicit Isa. *Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ*, maxime quãdo deductæ fuerint ad examen diuinę iustitię.

D. August. D. Gregor. Lucę 17. Isa. 64

Vnde valde timere possunt, qui seipsos iustificant dicendo, *Non sumus de ceteris.* Quia dicit
D.August. Augustinus super isto, *Beati qui custodiunt iudiciu. Sape in iudicio deprehenditur quod virtus ante iudicium putabatur. Et vnde expectabatur pia merces operis, inde supplicium sequitur iusta vltionis, nemo enim sibi sufficiens est ad salutem.* Secundo debet talis operari multa & reputare pauca, sicut fecit ille Patriarcha Iacob qui seruiuit pro Rachel septem annis, & videbantur ei dies pauci pre amoris magnitudine, quamuis æstu vreretur, & gelu premeretur: cum etiam amanti ipsa velocitas tarda videatur, & hoc ideo fuit, quia adhuc septem annis pro ea patri seruiuisset, sicut etiam fecit antequam ea caruisset, quia omnis labor fuit
D.Bern. ei paruus & leuis, eo quod laborem viuificat amor. Quia dicit Bernard. *Solus amor nomen difficultatis erubescit.* Tertio debet operari magna & reputare modica, ita vt dicat illud Sapientię:
Eccli 51 *Modicum laboraui & inueni mihi multam requiem*, Quia
D.Gregor dicit Gregor. *Amanti nihil magnum est*, Seneca,
Seneca *Magno nihil magnum est, quis ergo magnus est?* Bernar.
D.Bernar *Qui magnam habet charitatem, magnus est, & qui modi-*
D.August *cam, modicus est.* Augustinus, *Nihil maius animo habenti charitatem, prater eum qui dedit charitatem.* In isto iam multi deficiunt, quia charitas hominum refriguit. Faciunt modica & reputant valde magna, breui tempore Deo seruiunt, & reputant longum, operantur indigna & reputant digna. Hi sunt qui seruiunt Deo in numero, pondere & mensura. In numero, dicendo, Tot missas audiui hodie, tot panes pro Deo dedi, tot pater noster hodie dixi, tot venias feci.

ci. In pondere seruiunt: dicendo, Hoc propter Deum dimisi, talem rem propter Deum feci, & hoc propter Deum sustinui : in mensura dicunt, Tot annis Deo seruiui. Sed isti non habent amorem ad Deum, quia si haberent verum amorem ad Deum , omnia hęc propter eum facerent & nulla reputarent.

Tertio requiritur quod amor hominis sit saporosus, vt ei nihil nisi Deus sapiat. Videmus enim ad oculum quod riuulus emanans de fonte purissimo , delectabilis est: charitas autem est quædã sincera emanatio emanans à fonte diuinæ dulcedinis. Et ideo signũ perfecti amoris est, quando homini qui Deum diligit, nihil aliud nisi Deus sapit. Vnde dicit Anselmus, *O dilectio anima mea si fluxisti à fonte diuino, da diuinum saporem, vt scilicet tibi nihil sapiat nisi Deus.* Quanto enim aliquis perfectius Deum amat, tanto magis ei terrenus amor desipit, & quãto magis desipit, tanto suauius diuinum amorem percipit. Vnde dicit Richardus de sancto Victore, *Amor est dulcedo saporis intimi, & quanto ardentius amat, tanto suauius gustat.* Vnde dico quod tali homini qui dulcedinem diuini amoris degustauit, Deus adeo carus efficitur, quod nihil ei sapit nisi Deus . Et ex isto prouenit quod homo recte in diuino amore radicatur, & sic progreditur quod se & omniũ obliuiscitur. Vnde dicit Bernar. in persona Christi, *Si vis progredi in me, exi de te, & ego pertrãsiens per te, ducã te in me, & sic nec te nec aliquid in vlla re amabis nec laudabis præter me.* Vnde quando homo sic transit in Deum, tunc vere potest dicere cum Paulo,

B. Anselm. Richardus D. Bernar.

Rom. 8 *Nulla creatura poterit me separare à charitate Christi,* Et ratio huius est, quia nullus vult à re dilecta separari, nisi propter maius diligibile: nunc autem sic est, quod summa perfectio & nobilitas omnium diligendorum est in Deo, qui est summum bonum, continens in se supereffluentem perfectionem omnis boni. Et ideo homo qui dulcedinem diuini amoris perfecte degustauit, non vult ab ipso propter aliquod minus bonũ separari, sed omnis creatura est infra Deum, & ideo propter nullũ creaturale vult ab eius dilectone separari, & sic totaliter diuini amoris dulcedine inebriatur, vt dicat illud Cant. 2. *Introduxit me rex in cellam vinariam.* Cant. 2

Quarto requiritur, quod amor hominis sit gratiosus, ne mercedem inspiciat. Perfectus enim amor in omnibus operibus se gratiosum exhibet & gratum, quia sic gratiose diligit Deum, quod aliud ab ipso non quęrit, sed semper ipsum, non propter mercedem, sed propter seipsum gratis colit. Vnde dicit Augustinus. *Quid est Deum gratis diligere, nisi ipsum velle habere? non aliud ab ipso quã ipsum?* Si aliud quęreres ab ipso, ipsum non diligeres: Testimoniũ autem consummatę dilectionis in hoc apparet, quando homo toto corde, totis viribus & totis desideriis se in Deũ erigit, & sic tunc ipsum super omnia diligit, quod nec aliquod temporale bonũ vel perpetuum in eius amore quęrit, sed ipsum solummodo propter suam innatam & essentialem bonitatem & fęlicitatem diligit. Vnde dicit Augustinus super Psal. *Non est castum cor, quod Deum ad mercedem diligit, noli extra ipsum* D. August. D. August

ipsum quærere aliquid, ipse tibi sufficit quantumcunque sis auarus, sufficit tibi Deus. In ipso illud totum inuenitur, quod in amato quęritur vel quęri potest. Aliqui enim in suo amato quęrunt sapientiam per quam instruantur, aliqui pulchritudinem in qua delectentur, aliqui quęrunt in amato diuitias vt adiuuentur, aliqui potentiā vt defendantur, aliqui excellentiam vt sublimentur. Sed hęc omnia perfectiori modo reperiuntur in Deo. Vnde si homo quęrit sapiētiam, ipse est plenus omni sapientia, quia est fons sapientiæ à quo fluit omnis sapientia. si quęrit homo pulchritudinē, ipse est pulchritudo, nam eius pulchritudinem Angeli sole pulchriores, ad plenum admirari nequeunt. Si diuitias homo quęrit, *in dextera eius sunt diuitiæ, & gloria*, vt dicit Psalmista. Si potentiam, *non est qui possit resistere eius voluntati*: si excellentiā, Psal.112 dicit Psalmista. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.* Et sic Deus continet in se omnes conditiones & perfectiones, quę desiderantur & quęruntur in amato. Qui ergo vult Deū veracitēr diligere, nil aliud ab ipso, sed ipsum quærere debet, quia in ipso sunt omnia quę quęri possūt: & ideo etiam nunquā sine præmio diligitur. Vnde dicit Bernard. in D.Bern. libro de amore Dei, *Vera & perfecta charitas præmium non quærit, irremunerata non manet.* Vnde nota quod totum pręmium prouenit ex amore, quia Deus amorem remunerat, ex amore remunerat, & cum amore remunerat. Primo dico quod Deus amorem remunerat, quia opus exterius, quantum est de se, non mere-

meretur, nisi mediante amore qui dicitur charitas, vel spirituali amore informetur, qui non est aliud quam decor pulchrificans animam, vt tam ipsa, quam eius operatio fiat Deo accepta, quia opus quantum est de se, transitorium est, & ideo non meretur aliquod aeternum, nisi ab aliquo aeterno. Hoc autem aeternum est charitas, de cuius aeternitate dicit

1. Cor. 13 Apostolus, *Charitas nunquam excidit*, quoniam totis viribus deficientibus, sola charitas remanebit in patria. Ratio huius est quia cum

D. August. *dilectio sit*, vt dicit Augustinus, *vnio copulans amantem cum amato*; vbi magis copulabimur, ibi magis amabimus: sed hoc erit in patria: ideo *charitas nunquam excidet*. Secundo Deus remunerat ex amore, nam charitas quę eum omnia bona coegit facere, eum cogit vt ex amore remuneret eum, qui vere eum diligit,

Idem Vnde dicit Augustinus, *Deus quamuis ab aeterno habuerit omnem sufficientiam, & nullius indiguerit, tamē, sua naturalis bonitas quę suo effluxu est omnis boni bonum, secundum perpetuam dilectionem qua hominem dilexit, ipsum coëgit vt omnem creaturam quam in aeternitate praeuidit crearet, & homini quem prae omni creatura dilexit, in seruitium daret.* Et hoc ideo fecit, vt homo quē ita dilexit in libertate sui spiritus, seipsum totum cum omnibus viribus animae & corporis Deo daret, & offerret, in vera charitate, & sanctitate, ad seruiendum in hac vita, & vt sic pręmium amoris post hanc vitā, ex amore suo reciperet. Tertio cum amore remunerat. Pręmium enim charitatis, consistit in visione & fruitione summę bonitatis, in possessione aeterni-

ternitatis. Sed posset aliquis dicere, nos amore meremur, quomodo ergo ipso prœmiabimur? Ecce secus est de amore quo meremur, & secus de amore quo prœmiabimur, quia amorem quo meremur sequitur visio palliata, quia *videmus nunc per speculum & in ænigmate*. Sequitur etiã visio mediata, siue vnio, quia vnimur Deo modo per fidem & spem in charitate. Sequitur possessio tempore mensurata, quia licet in hac vita Deus sentiatur, non tamen firmiter tenetur, iuxta illud Cant. *Pessulum aperui dilecto meo, & ille declinauerat atque transierat.* Cant.5 In amore autẽ quo prœmiabimur, visio Dei denudatur, quia videbimus faciẽ ad faciem in essentia diuinitatem: vnio nõ mediabitur, quia tolletur omne medians hanc vnionem, vt fides & spes, & sola remanebit charitas, quæ nos immediate vniet Deo. Possessio etiam æternabitur, quia sic ibi tenebitur, quod nunquã à nobis separabitur. Tunc quilibet Beatus dicere potest, *Inueni quem diligit anima mea*, &c. Canticor.3

Dominica XVII. post Pentecosten.

SERMO LII.

Solliciti seruate vnitatem spiritus, Eph 4. Eph.4 Exercitus dum bene vnitur, non potest faciliter dissipari ab aduersariis. Consimiliter sciens Apostolus quod aduersarius noster, tamquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret; idcirco vt in vnitate spiritus colligamur, nobis suadet in verbo proposito dicens, *Solliciti seruate*

Vnita-

vnitatē spiritus. Circa quod verbū ad nostrā doctrinā est sciendū, quod charitas habet verā virtutē vnitiuā propter quatuor: Primo quia vnit hominem in seipso, vt maneat indiuisus, nec amplius in diuersa mutetur: quia toties cor diuiditur, quoties à diuino amore se diuertit, & ad instabilem amorem temporalium se conuertit, & sic necessario diuiditur, quia hinc inde ad diuersa desideria trahitur, quia iam appetit non vnum bonum, sed multa bona. Vnde Augustinus secundo confess. *Dum ab vno*

D. Augustin. *te Domine auersus sum, in multa euanui,* & ideo sic cor partitum in plura, nunquam in seipso habet veram vnitatē, quia toties diuiditur, quoties ad illud quod amat conuertitur & trahitur. Vnde etiam dualitas, in scriptura, numerus vituperabilis est, quia primo ab vnitate recedit. Vnde Hieronymus super Matth. *Dua-*

D. Hieron. *lis numerus non est bonus,* ideo quia se primo ab vnitate diuidit, sed quando ipsa charitas cor possidet, tunc totum intra colligit, & vnit, & à creaturali amore auertit, & ad vnum summū bonū conuertit. Et quando cor illud vnū bonum solū diligit, tunc appetitus eius ad multa non trahitur appetenda, quia in hoc vno bono omnia appetenda inuenit, & sic in seipso vnū indiuisum cor efficitur. De hoc vno dicitur

Lucæ 10. Lucæ decimo, *Porro vnum est necessarium,* & reuera istud vnum bonum est necessarium, quia ex ipso dependet tota vita: vnde dicit Sapiens,

Prouerb. 4. *Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit.* Vnde tota intentio debet esse ad hoc vnum, scilicet vt cor nostrum maneat vnum, & non diui-

diuidatur ad istum transitoriũ amorem creaturarum, quia ex hac diuisione, mors animæ procedit. Vnde dicitur Ozeę 10. de amatoribus mundi, *Diuisum est cor eorum, propterea interierunt.* Si enim homo incideret manum vel pedem aliquo cultello, non interiret, sed si cor diuideret, statim interiret. Sic mali homines habent cor suum diuisum gladio inordinati amoris, in quantum vna pars cordis huc, alia illuc mouetur. Et ex hac inordinatione peccator sibi ipsi pœnosus efficitur. Vnde Augustinus secundo confess. dicit, *Iussisti Domine, & ita est vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus.* Ozeę 10 D. Augus.

Secundo charitas vnit hominem cum suo amico: & hęc quidem vnitas omnibus hominibus dulcis est. Vnde dicit Augustinus in libro tertio confess. *Amicitia hominum caro modo dulcis est, propter vnitatem de multis animis.* Est autem adeo dulcis, quod quilibet homo appetit ipsã, & tristatur de illo quod hanc vnitatem dissoluit. Vnde videmus quod amicus tristatur, quando ab amico dilecto separatur. Quia dicit Philosophus Ethicorum 9. *Verus amicus de separatione amici perturbatur*; & ratio huius est, quia caro dum inciditur, homo tristatur, quia ibi fit vnitatis diuisio, hanc vnitatem confert perfecta charitas, quæ est virtus vniens amantem cum amato. Vnde dicitur *charitas* quasi *cara vnitas*, quę est virtus, quia dulciter vnit hominem in Deo suo caro amico, sicut narrat Augustinus in quarto libro confess. quod quidã homo sit dilexit suum amicũ, vt se crederet conuersum in eũ, ita quod videbatur ei, quod Idem D. August. 4. Confess.

vna

Vna tantum anima esset in ambobus. Vnde dicebat de amico, *dimidium es anima mea*. Quando enim conuersus fuit ad fidem, dixit. *Ego sentiebam animam meam & animam illius vnam fuisse animam in diuersis corporibus. Ideo mihi horror est vita, quia nolebam dimidius viuere & mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram*, & si potest hoc facere amor naturalis, qui raro stat sine corporali amore, qui est falsus amor,
Dionys. & origo omnis mali. Quia dicit Dionysius in libro de diuinis nominibus. *Amor carnalis non est verus amor, sed longinquum idolum veri amoris, & casus à vero amore, quia quod homo magis diligit hoc sibi idolũ*
D. August. *est*, dicit Augustinus. Si talem vnitatem potest facere amor naturalis, qui raro stat sine inordinato amore, quid ergo potest facere amor spiritualis, qui charitas dicitur, qui illum longe antecedit? Nam amor naturalis vel corporalis vnitur suo amico temporaliter, & ideo
Ibidem de eo dicit Augustinus quarto confess. *Miser est omnis animus vinctus amicitia rerum mortalium, dilaniatur cum eas amiserit, & non sentit miseriam, qua miser est, antequam eas amittit*. Sed certe amor spiritualis qui vera charitate vnit suo amico, vnit æternaliter. Et ideo ipsam nunquam amittit, sed sẽper habebit ipsum in Deo. Vnde ibidem in
Idem libro confess. dicit Augustinus, *Solus iste nullum carum amittit, cui omnes in illo cari sunt, qui nunquam amittitur*, & addit Beatus Augustinus. *Qui te amat Domine & amicum in te, & inimicum propter te, nihil amittit*. Vnde nota quod dicit Fulgentius in
B. Fulgen. quodam libro de gestis Romanorum, quod ciues Romani depinxerunt amorem ad modum

dum iuuenis pulcherrimi, indutaque erat imago eius tunica viridi, faciem & caput discoopertum habuit. In fronte huius imaginis scriptum erat hyems & æstas, latus huius imaginis erat apertum, vt cor videretur. In corde autem scriptũ erat, Longe & prope. In fimbria autem tunicæ huius imaginis scriptum erat Mors & vita. Et pedes huius imaginis erant nudi & eleuati à terra. & hæc est descriptio veri amoris quæ continet in se octo, quę debet habere verus amicus. Primum ergo quod debet in se habere verus amicus est, quod verus amor inter amicos nunquã debet senescere, & hoc bene figuratur in illo, quod imago illa erat depicta ad modum iuuenis pulcherrimi, quia amor verus semper debet esse recens, & nõ senescet; quia amor qui aliquãdo senescit, nunquam est verus, vt dicit Sapiens Eccli. 9. Eccl. 9
Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Secundum quod verus amor debet habere est, quod sẽper debet in honesta conuersatione virescere. quod bene figuratur in illo, quod imago erat vestita tunica viridi, quæ significat virentem conuersationem amoris. Nam conuersatio amoris super debet esse viridis, vt conuersatio sit in rebus licitis & honestis. Vnde dicit Tullius, *Amicorum est idem velle & idem nolle in rebus licitis & honestis.* Tertium quod verus amor debet habere est, quod debet se in opere pandere. Quod bene significatur in illo, quod imago ista habuit faciem & caput discoopertum, in signum quod verus amor non potest diu in corde latere, quin se pandat Cicero

D.Gregor. in opere, quia dicit Grego. *Exhibitio operis, est probatio veræ dilectionis.* Quartũ est quod homo nec in prosperis nec in aduersis debet deficere, quod bene figuratur in illo, quod in fronte huius imaginis scriptum erat *hyems & æstas,* id est aduersitas & prosperitas. In signum quod amor si verus est, sẽper est communis, tam in prosperis quam in aduersis, & propter hoc dicit Sapiẽs, *Omni tempore diligit qui amicus est.*
Prouer. 17 Quintum est, quod verus amor facit secreta cordis detegere. Et hoc signatur in illo, quod latus huius imaginis erat apertum, ita vt cor videretur. In signum quod corda verorum amicorum debent esse denudata, ita quod vnus alteri secreta sua, quæ in corde suo clausa habet reuelet, & cum eo deliberet quid agat. Vnde
Seneca dicit Seneca, *Omnia cum amico delibera, sed de amico prius certificare,* quia nociuum esset omnibus secreta reuelare: inter mille vix vnus reperitur, qui sciat amici secreta celare. Vnde verus amicus ille dici potest, cui aliquis cor suum reuelare potest.
D.August. Et ideo dicit Augustinus in libro de verbis Apostoli, *Illum in amicitia receptum possumus dicere, cui omnia nostra consilia refundere audemus.* Sextum est quod amor post absentiã amicorum, non debet tepescere. Quod bene significatur per hoc, quod in corde huius imaginis scriptum erat *longe & prope:* in signum quod verus amicus debet diligere amicũ siue pręsentẽ, siue longe absentẽ: nã verus amicus quando nõ potest habere amici pręsentiã, fingit & pręsentat sibi amici similitudinem. Cauendum tamẽ est ne hoc fiat ex amore naturali,

rali, vel inordinato, quia talis amor est nociuus, nam homo ex tali amore, fit origo idololatriæ. Septimum quod verus amor debet habere, est quod in morte & vita debet persistere. Quod bene notatur in illo, quod in fimbria tunicæ huius imaginis scriptum erat *mors & vita*, in signum quod verus amor debet esse perseuerans & constans, non solum in vita, sed etiam in morte, quia quod in se est mortuũ, adhuc in corde amantis viuum est, quia amoris operatio vitalis est. Et ideo illud quod in se mortuum est, in amatore viuit. Octauum est quod amor debet esse diuinus, absque mala intentione, quod bene figuratur in illo quod pedes huius imaginis erant nudi, & eleuati à terra. In signum quod affectiones amicorum debent esse nudæ siue mala intentione, in amore, & eleuatæ à terrenis, vt conuersatio amoris eorum sit cælestis & diuina, vt semper à Deo incipiat, & cum Deo se finiat, & hęc est conclusio veri amoris.

Tertio charitas generaliter vnit hominem cum suo proximo, quia quamuis omnia diuisa vniat, tamen cor in se vnitum vbique diuidit, ex sua dulcedine, quia omnibus se participat, omnibus vnum effici desiderat, & omniũ profectibus se coaptat, ita quod gaudet cum gaudentibus, & flet cum flentibus, vt non solum sit socia in tribulatione in pręsenti vita, sed etiam socia in consolatione: quia si sumus socij tribulationum, erimus & consolationũ. Talem vnionem fecit charitas in Apostolo cũ proximo suo, de quo Grego. dicit in Homilia, D. Grego.

personarum numerus, qui non multiplicat essentiam, nec vnitas coarctet distinctam trinitatem personarum, sic & ipsi vniantur in nobis, mediante charitate, non secundũ eandem vnitatem, sed quodammodo secundum aliqualem similitudinem.

Quarto charitas vnit hominem spiritualiter, cum hæc sit vera & perfecta vnitas, quando charitas vnit hominem Deo, & Deum homini, non solũ illa ineffabili vnitate, qua nostra natura vnita est Verbo æterno in vnitate personæ, sed etiam suauissima vnione de qua dicit Apostolus, *Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo*. Certe hæc vnio est vnio veri amoris, quia homo totis viribus & præcordiis æternę voluntati conformis efficitur, vt sit vnus spiritus cum spiritu Domini vnitate voluntatis. D. August. Vnde dicit Augustinus in libro de verbo Domini, *Per amorem Deo coniungimur, amor facit vnum spiritum de duobus*. & vnione ista erat Augustinus Deo vnitus. Vnde legitur quod Dominus semel quęsiuit ab eo quando erat in contemplatione, quantum diligeret eum, Respondit, *Domine, si omnes venæ meæ essent cordæ, ego me tibi alligarē, ita quod nunquam à te separer*. Dominus quęsiuit ab eo, si ipsum magis diligeret. Respondit, *etiam. Domine, si totus sanguis meus esset claretum, darem tibi eundem in potum*. Et Dominus, *non diligis me magis*. Respondit, *vtique Domine. Si tu velles me permittere Deum esse, & tu velles esse Augustinus, ego vellem esse Augustinus, & tu deberes esse Deus. Nil magis meæ dilectionis tibi possum ostendere*. Hanc dilectionem Dominus in eo probauit, & sic inuenit. Vt autem

proposito dicens, *In omnibus diuites facti estis in Christo.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendum quod à Deo recepimus, & recipiemus quadruplices diuitias.

Primæ possunt dici, diuitiæ naturales, & hęc diuitiæ sunt potentiæ animæ, quæ tanta bona sunt, quod sine eis recte viuere nemo potest. Vnde dicit Augustinus in libro de libero arbitrio, *Virtutes quibus recte viuitur, magna bona sunt,* Species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte non viuimus, minima bona sunt, Potentiæ vero animæ sine quibus recte non viuimus, media bona sunt. & quia sine his homo recte viuere non potest; ideo his bonis Deus hominem præ ceteris creaturis inferioribus ditauit. Nam infinitus thesaurus est in potentiis animæ occultatus. Vnde si anima bene vtitur hoc thesauro, multa merita sibi apud Deum acquirit: iuxta illud Sapientiæ, *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui bene vsi sunt participes amicitiæ Dei facti sunt.* Vnde dico quod anima in suis viribus quasi infinita est, non quod eius vires infinitæ sint, cum nulla creatura infinita sit in se, sed quia immensitas suę capacitatis nobis quodammodo infinita est, quia à nobis capacitas animæ ad plęnum percipi non potest. Quia si naturam vniusmuscę nunquam aliquis ita sapiens potuit plene percipere, quomodo posset aliquis naturales virtutes tam nobilissimę creaturæ penetrare. Nã libertate voluntatis suę potest omne creaturale transcendere, amplitudine intellectualis capacitatis, potest Deum capere qui infinitus est,

D.August.

Sap. 7.

est, nobilitate rationalis virtutis suæ, potest omne nociuum sibi respuere, & bonum eligere, & sic aliis viribus suis, potest alia infinita facere. Vnde dicit Isidorus de summo bono, *Quid miraris altitudinem siderum & maris profundum? animi tui abyssum intra, & mirare virtutes eius si potes.* Tantis enim naturalibus bonis eam Deus ditauit in viribus suis, quod sub cælo non est creatura quæ animæ consimilari possit. Vnde bene de ea dicitur in Threnis, *Cui te assimilabo virgo filia Ierusalem?* nam omni creatura nobilior es: quia dicit Augustinus super Genesim ad literam, *sicut Deus omnem creaturam; sic anima omnem corporalem creaturam natura dignitate praecellit.* Quod omnem corpoream creaturam naturæ præcellit dignitate. Merito enim Deus tantis naturalibus bonis animam sublimauit, quam sibi pre aliis creaturis in æternitate in sponsam predestinauit. Vnde dicit Bernardus in sermone de mutatione aquæ in vinum, *O anima humana, vnde tibi gratia, vt eius sponsa merearis esse in quē desiderant Angeli prospicere? Vnde tibi hoc vt ipse sit sponsus tuus, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur; quid retribues Domino pro omnibus quæ retribuit tibi, vt sis socia mensæ eius, socia regni, socia denique thalami, vt introducat te rex in cubiculum suum?* Nota ergo quod anima inter alia dona recepit à Deo tria specialia dona. Primo naturalem pulchritudinem per suæ imaginis impressionem, quia est impressa imagini Trinitatis sicut cera imprimitur sigillo, & licet cera alterius sit naturæ, quam sigillum aureum, recipit tamen æqualē similitudinem sigilli. Sic etiam anima licet sit alterius

Isidorus

Thren. 4

D. August

D. Bernar

alterius naturæ quam Deus, recipit tamen in sua creatione aliqualē similitudinem diuinæ imaginis. Vnde dicitur Threnorũ quarto, *Filij Sion inclyti amiſſi auro primo* id eſt imagine Beatiſſimæ Trinitatis. Et ex hac impreſſione diuinæ imaginis, anima recipit tantam pulchritudinem, quod ex hoc excellat omnem formam corpoream quantumcunque pulchram. Vnde dicit Chryſoſtomus in libro de laude Dei, *Si fieri poſſet vt corporalibus oculis, animæ pulchritudinem videres, derideres omnia hæc quæ ex terrenis ſubſtantijs decorata eſſe videntur.* Secundo anima recipit naturalem virtuoſitatem, quã etiam influit corpori quamdiu eſt in corpore, quod facit leue, amabile, delectabile, & perſeuerabile: leue facit corpus per ſuam naturalem fortitudinem, quia corpus mortuum vix poſſunt quatuor viri deportare ad ſepulchrum: hoc ſua virtute anima, quamdiu in ipſo eſt, defert vbique ad diuerſa loca. Facit etiam ſua virtute corpus amabile, quamdiu in ipſo eſt. Vnde videmus quod quando anima à corpore ſeparatur, tunc corpus vertitur in pallorem, & in omnem deformitatem. Facit etiam corpus ſua virtute delectabile. Hoc enim videmus aperte, quod quantumcunque puer diligatur à patre & matre, tamen quando moritur fit abominabilis ad videndũ, niſi ratione ſanctitatis aliter fiat. Facit etiam corpus perſeuerabile. Vnde videmus quod egrediente anima à corpore corpus corrumpitur, quod ex ſua præſentia multis etiam annis imputribile ſeruauit. Tertio recipit anima à Deo ſpecialiter naturalem clarita-

Threa. 4.

D. Chryſ.

ritatem. Nam naturalem claritatem à Deo habet, qua Deum ipsum cognoscit naturaliter: naturalem claritatem, qua ipsum appetit naturaliter: naturalem etiam claritatem habet à Deo, qua bonum & malum discernit. primo dico quod anima habet naturalem claritatem à Deo, qua ipsum naturaliter cognoscit. Vnde dicit Boetius in secundo libro de cõsolatione Philosophiæ, *Deum omnium rerum principem & bonum esse communis conceptio probat animarum*. Vnde quamuis aliqui hæretici & pagani dubitent in fide, tamen non dubitant in creatore, per defluxum rerum naturalium, deuenerunt in cognitionem creatoris: considerantes tamen, quod sicut omnis aqua emanat à fonte, sic omne creatum emanat ab vno creatore. & licet quidam adorant solem, quidam lunam, quidam arbores, vel alias irrationales creaturas; sciunt tamen ista non esse rerũ principia, sed magis principata. Secundo habet anima à Deo naturalem virtuositatem, qua ipsum naturaliter appetit. Vnde etiam Deus nunquã creauit aliquem hominem paganum tam peruersum, quod animam suam immunem faceret hoc appetitu. Nam omnes homines bonũ appetunt, quamuis diuersimode homines in appetitu summi boni exorbitent. Vnde dicit Boetius secundo de cõsolatione Philosophię. *Mentibus hominum naturaliter inserta est veri bonique cupiditas, sed ad falsa eos deuius error abducit*, quia licet pagani, hęretici, & Iudæi Deum appetant, non tamen vero modo quia in fide deuiant. Tertio anima habet à Deo naturalem claritatem,

Boetius

Boetius

tem, qua naturaliter inter bonum & malum discernit. Vnde si nunquam prędicarentur vitia & virtutes, adhuc tamen quodam naturali lumine, animę infuso, scilicet, sinderesi, cognosceret homo ista esse bona & ideo facienda. & illa esse mala & ideo dimittenda. Hinc est quod pagani ad quos nullũ pręceptum & nulla vnquã prædicatio peruenit, de bonis agendis & malis vitandis deprehenderunt aliquod faciendum, tamquam bonum, & aliquod dimittendum tãquam malum, per conscientiæ remorsum, & hoc ipsum aliis detestandum persuaserunt, & leges inter se fecerunt.

Secundæ diuitiæ dicuntur, diuitiæ temporales, quæ ideo dicuntur temporales, quod transitoriæ sunt, & à natura hominis alienæ, quia alienum est quidquid huius seculi est, quia præter naturã hominis est: est enim præter illud ad quod homo creatus est. homo enim ad hoc creatus est vt Deũ cognoscat, cognitum diligat, & dilectum ipsum ad fruitionem habeat. In signum huius videmus quod homo cum nascitur nudus, intrat in mundum. Videmus quod terra vestita est herbis virentibus & floribus, arbores corticibus & floribus, sidera luminibus, aues plumis & pēnis. Sed solus homo inter creaturas nudus nascitur, & nudus in terram reuertitur. Vnde dicit Apostolus 1. Timoth. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum.* 1. Timo. 6
Vnde si diuitiæ essent à natura hominis, vtiq. nos diuites generaret natura: & ideo dicit Ambros. in historia Nabuchodonosor: *Nescit natura diuites, quia omnes pauperes generat, neque enim* B. Ambros
cum

cum vestimentis nascimur, neque cum auro & argento generamur; nudos nos fundit in lucem, egentes cibo, amictu & poculo, nudos nos recipit terra, quos edidit. Ecce quomodo istę temporales diuitiæ sunt præter naturã hominis, & istud merito deberent attendere
Psal. 61 homines, nec apponere cor suum nimis diuitiis, iuxta illud Psal. *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.* Illi nimis apponũt cor suum diuitiis, qui nõ curant quomodo diuitias acquirant, dum-
B. Prosper modo eas habeant: quia dicit Prosper de via regia, *largas diuitias habere Deus non damnat, sed ne cor illis apponatur vetat: non tibi oberit congregatio diuitiarum iusta, si fuerit distributio larga:* sed heu iam multi inueniuntur qui in tantum apponunt cor suum istis temporalibus diuitiis, quod non curant quod contra Deum acquirant & contra Deum retinent. Hi sunt de numero illorum, qui summam beatitudinem credunt consistere in diuitiis, de quibus dicit Psalm.
Psal. 143. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt*: sed reuera *hi semper errant corde*: quia omnis temporalis beatitudo falsa est, & imperfecta, quia cum labore acquiritur, & cum timore possidetur, & cum dolore amittitur: & ideo dicitur temporalis, quia hodie excolitur & cras non inuenitur, quia omne quod in tempore acquiritur, etiam in tempore amittitur: vnde dicunt illi qui nunc sunt in inferno: *quid*
Sap. 5 *nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* quid profuerunt nobis omnia transitoria? *transierũt omnia veluti vmbra.* Nota ergo quod beatitudo tẽporalis sit falsa & imperfecta, quod potest probari tripliciter. Primo quia in cælo non

non reperitur. Secundo quia à malis communiter acquiritur, Tertio quia scriptura contra eam vbique loquitur. Primo dico quod beatitudo temporalis est falsa & imperfecta, quia in cælo non reperitur: quia si in cælo esset, tunc vel Deus ea indigeret, vel Angeli vel sancti. Sed modo Deus ea non indiget, quia dicit Augustinus in quodam sermone, *Dei beatitudo nec minor fuerat sine nobis, nec maior fit ex nobis, nec ex omnibus mundi bonis.* Item Angeli non indigent ea, qui sunt spiritus immortales, & incorruptibiles. Sed omnia huius vitæ bona, cum ista vita corruptibili sunt corruptibilia, ideo non possunt facere animã beatam, sed potius miserã. Vnde dixit Angelus ad parentes Tobiæ 12. *Videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili vtor, qui ab hominibus videri non potest.* Item sancti in cælo non indigent temporali beatitudine, quia eam velut lutum contempserunt in terra propter Deum. Vnde dicit Apostolus, *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christũ lucrifacerẽ:* & ideo quia ista beatitudo in cælo non inuenitur, idcirco non est vera, sed falsa & imperfecta beatitudo. Secundo dico, quod est falsa & imperfecta, quia à malis communiter acquiritur, quia etiam cõmunis est ipsis peccatoribus, quia dicit Psalmista, *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Et valde terribile est quod dico, plures sunt hodie & habent diuitias temporales, & delitias corporales, & valde magni sunt inter homines, qui hodie vel cras in puncto veniunt in profundũ inferni: & hoc est quod dicit Beatus Iob, *Ducunt in bonis*

D. August.
Tobiæ 12
Philip. 3
Psal. 72
Iob. 21

nis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et quia ista beatitudo temporalis ita communis est peccatoribus ipsis, ideo plus contemnenda est, vt dicit Gregorius, *Tanto altius bona temporalia despicienda sunt iustis, quanto videntur esse cōmunia malis.* Tertio dico, quod temporalis beatitudo est falsa & imperfecta, quia scriptura vbique cōtra eam loquitur. Nam mundus laudat pulchritudinem corporis, & nobilitatem stirpis. Sed scriptura dicit quod ista omnino sunt falsa, & absque diuina gratia. Vnde dici-
Prouer. 31 tur Prouerbiorum 31. *Fallax gratia & vana est pulchritudo.* Quid enim profuit Absaloni quod erat filius Regis & pulcher valde, quem crines suspenderūt in quercu? quid profuit Iesabel, quod fuit filia Regis & delicata valde, cum tamen canes deuorauerunt carnes eius? Sic dico quid prodest homini sua pulchritudo, & quod delicate nutrit corpus suum, quod cibus erit vermium? Item mundus laudat diuitias temporales & carnales delitias. Sed scriptura dicit
Lucæ 6. ex ore veritatis, *Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram,* quid enim profuerunt illi diuitiæ suæ, dicenti animę suę, *Requiesce, comede, bibe, epulare,* cum Deus dixit illi *Stulte hac nocte repe-*
Lucæ 12 *tent animam tuam à te, quæ autem parasti cuius erunt?* Item mundus laudat mundi gloriam & dierum copiam. Sed contra hoc scriptura dicit Ia-
Iac. 4 cobi quarto, *Quæ est vita vestra? Vapor ad modicum parens.* Et ideo dico quid valent omnia ista? Reuera nihil sine gratia, quia multis sunt occasio ruinæ & causa damnationis æternæ.

Tertiæ diuitiæ, dicuntur diuitiæ spirituales.

Et istæ

Et istæ diuitiæ sunt virtutes, quæ ideo bene possunt dici diuitiæ spirituales, quia spiritum diuitem faciunt. Ad hoc enim anima infusa est corpori, vt has virtutes siue diuitias sibi acquirat, & per eas æternas diuitias obtineat. Vnde quælibet virtus suo modo potest dicere illud Prouer. 8. *Melior est fructus meus auro & lapide pretioso.* Sed quare? quia cum auro & lapidibus pretiosis obtinentur diuitię temporales, sed cum virtutibus diuitiæ æternales. Vnde dicit Bernardus in sermone de aduentu, *Vera diuitiæ non opes, sed virtutes sunt, quas anima secum portat vt in æternum diues fiat.* Qui ergo vult æternas diuitias obtinere, debet fructus harum diuitiarum acquirere. Etiam naturalis inclinatio & aptitudo quam homo habet ad virtutes, debent ipsum ad hoc mouere, vt eas sibi acquirat: quãuis enim nulli perfectè sint innatæ à natura, tamen aptitudo & inclinatio, qua homo potest se disponere ad earum perfectam susceptionẽ, naturaliter innata est homini. Vnde dicit Philosophus secundo ethicorum: *neque natura, neque præter naturam fiunt virtutes, sed innatum est nobis suscipere eas, perficiuntur autem ex consuetudine.* Vnde ex ista aptitudine quam habemus ad virtutes, quæ nobis naturaliter & æqualiter insertæ sunt, possunt nobis dici naturales, quia sumus apti nati virtuosi esse. Vnde dicit Damascenus libro secundo, *Naturales sunt virtutes & naturaliter & æqualiter nobis insunt. et si non æqualiter omnes operentur ea, quæ naturæ insunt. Nam cuilibet animæ rationali semina virtutum inserta sunt naturaliter & complantata,* Sed isti quadã desidia & ariditate mentis pereunt,

Prouer. 8

D. Bern.

Damasc. lib. 2. de fide orthodoxa.

eunt, & desiccantur, copiosum vero fructum producerent, si per lumen diuinæ gratiæ & feruorem deuotionis internæ excitarentur.
S. Prosper Vnde dicit Prosper in libro de gratia & libero arbitrio, *Cum animæ sint naturaliter inserta virtutum semina beneficio creatoris, tamen ad incrementum venire non possunt, nisi opitulante Deo fuerint excitata.* Huius exemplum habemus in cursu naturæ, in sole naturali, qui nisi radij splendoris & feruoris illius terram penetrent, semen quod in ea iacet mortuum & occultatũ, non excitatur, nec viuificatur, nec fructum producit: sic nisi lumine diuino cum feruore deuotionis internæ, anima penetratur, semina virtutum ei inserta non excitantur, nec viuificantur, nec fructum virtutum faciunt.

Quartę diuitiæ, dicuntur diuitiæ æternales: quæ ideo dicuntur diuitiæ æternales, quia incorruptibiles & æternæ sunt. Vnde dicit Salvator Matth. 6. *Thesaurizate vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo neque tinea demolitur.* Felix ergo qui thesaurum suum ibi congregat, vbi tales sunt diuitiæ, quę non sunt transitoriæ sed æternæ. Vnde Beatus Augustin. docet quomodo debemus ibi thesaurizare thesaurũ nostrũ, dicens, *Si vis esse optimus negotiator, egregius fœnerator, prudens mercator, da quod non potes retinere, vt consequaris quod non potes amittere, da modicum vt consequaris centuplum, da rẽ alienã vt consequaris hæreditatem æternam.* Ecce qui hanc hæreditatem consequitur, habet omnes diuitias quæ excogitari possunt, non tales diuitias, quales diuitiæ huius mundi sunt: quia hæc ibi magnæ inopię valdè, & vera paupertas es-

Matth. 6

D. August.

essent, immo omnia regna mundi deberet homo contemnere propter gaudium minimum in cælis, si sciret. Ibi enim est affluentia diuitiarum, influentia delitiarum, confluentia omnium bonorum. Unde dicit Augustinus in libro de libero arbitrio. *Tanta est iucunditas lucis æternæ, vt etiam si non in ea amplius liceret manere quam vnius diei hora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delitijs, & circumfluentia temporalium bonorum recte merito que contemnerentur.* De his deliciis & diuitiis quæ ibi sunt dicit Apostolus prima Cor. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligũt eum.* Vnde dico quod quidquid Deus in pręsenti dat suis sanctis gratiæ & dulcedinis, totum est quasi gutta, ad illud magnum mare cælestium delitiarum & gaudiorum. Væ ergo illis qui adhærent his guttis temporalium bonorum, & cõtemnũt illud magnũ mare æternorũ bonorũ, vbi tantę sunt diuitię & delitię, quod omnes ibi existentes, erunt potentes reges, immo minimus sanctus & quilibet pauper, qui modo despectus est inter homines, plus habebit ibi potestatis, quã omnes reges & principes terrę. Vnde dicit Deus per Prophetam de quolibet paupere & despecto, *Excelsum ponam illum præ regibus terrã.* & ibi ad eius oris imperiũ cunctus populus Angelorum & sanctorum obediet, quia ibi omnes regnabunt cum Christo, & Christus cum eis, qui eis ibi tradet regnum, & dabit cuilibet coronã regiam super caput. Vnde dicitur Sapient. 5. *Accipient regnum decoris & diadema de manu Domini.* &c.

D. August. 1. Cor. 2 Psal. 88 Sap. 5

Q q Domi-

Dominica XIX. post Pentecosten.

SERMO LIIII.

Eph. 4. *Renouamini spiritu mentis vestræ; & induite nouum hominem*, Eph. 4. Sole ascendente in vere, arbores innouantur, & etiam festiuitate instante nouæ vestes pręparantur. Consimiliter cum sol iustitię semper sit pręparatus ad nos accedere, & sua gratia nos innouare; ideo Apostolus nos ad hanc nouitatem excitat in verbo proposito dicens, *Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendū, quod quatuor sunt quę nouitatem spiritus siue animę faciunt.

Primum est baptismalis aquę ablutio, quę abluit illam vetustam maculam originalis peccati, quę animam sua fęditate inficit & deformat. Quę aqua quam cito corpus tangit, animam abluit, non tamen quod fomes, siue pronitas peccandi totaliter tollatur ab anima, quia ille remanet post baptismum, nisi aliter fieret per singularē gratiam; sicut in Virgine gloriosa, quando concepit Dei filium, quia tunc vltra peccare non potuit, quia nullam pronitatem peccandi in se habuit. Vnde dico quod baptismus non tollit fomitem, quamuis ex communi gratia quę ibi datur, remittatur & mitigetur, sed tamen tollit maculam originalem, quę si non tolleretur ab anima per baptismum, perpetuò regno Dei priuaretur. Vnde

de dicitur Ioan.3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei.* Et notabiliter dicit, *ex aqua & spiritu sancto*, quia dicit Innocentius in sermone: *Sicut homo secundum naturam nascitur ex femina, & de viro, qui fecundat feminam vt concipiat; ita secundum gratiam homo nascitur ex aqua, scilicet de spiritu sancto qui fecundat aquam sanctificando vt purificet: & quia baptismus habet virtutem purificandi, & innouandi, ideo dicitur quadam spiritualis regeneratio.* Vnde in signum regenerationis & nouitatis, datur puero vestis alba in capite, & significat munditiam animę & stolam innocentię, quę sibi in baptismo restituitur. Item candela datur puero in manu, & significat lucem boni operis, ac conuersationis quam debet habere, quando venit ad annos discretionis. Item inungitur chrismate, quod fit ex oleo & balsamo. Oleum significat claritatem conscientię, in qua debet viuere, balsamum significat odorem bonæ famę quę debet ex vita sua procedere, & sic in baptismo regeneratur, & totaliter in vita spiritali renouatur. Vnde dicit Damascenus in libro 4. ca. 1. *Baptismus est principium spiritualis vitæ, signum, custodia, & illuminatio mentis.* Sed baptismum vocat characterem baptismalem, siue signum quod in baptismo imprimitur, quod est signum spirituale distinctiuum, & indelebile. Et hic quidem character dicitur principium spiritualis vitę, inquantum animã ad vitam spirituale disponit. Dicitur signum, inquantum gregem Dei ab infidelibus distinguit. Dicitur custodia, inquantum menti indelebiliter adhęret. Dicitur illuminatio mentis,

Ioan. 3.

Innocent.

Damasce.

tis,inquantum mentem ad fidem disponit.Sicut enim transparentia siue diaphaneitas disponit vitrum vel aërem ad radiorum solariũ susceptionem, taliter character disponit animam ad cælestis radij susceptionem.

Secundum quod nouitatẽ spiritus siue animæ facit, est virtualis pœnitentię contritio, nam vera pœnitentia totaliter mundificat animam à maculis peccatorum illorum, quę contraxit homo post baptismi susceptionẽ. Quia sicut Sacramentum baptismi mundificat hominem à maculis peccati originalis; sic Sacramentum pœnitentię mundificat hominem à maculis, non solum peccatorum venialium, sed etiam mortalium, quę ambo separant hominem à visione Dei & diuinę gratię. Sed tamen non æqualiter, quia peccatum mortale separat animam à Deo ęternaliter, sed peccatum veniale, temporaliter. Oportet enim quẽlibet ita mundum esse, antequam videat diuinam essentiam, sicut fuit in illa hora, quando primo extractus fuit à baptismo. Vnde peccata venialia nisi deleantur in ista vita, oportet quod deleantur in purgatorio, cum illis peccatis mortalibus, de quibus homo pœnituit, sed non satisfecit. Quod quidem purgatorium adeo horribile est, quod dicit Augustinus, *Nescit quid petit, qui purgatorium petit; dico tibi vere quod difficilius est esse in purgatorio, quamdiu posset oculus aperiri & claudi, quam illa pœna quam Beatus Laurentius sustinuit in craticula.* Et dicit vltra, *O homo quam dulce esset in sæculo satisfacere, quia vna lachryma quæ de cõtrito corde producta fuerit, hic plus purgat, quam decem anni*

D. August.

anni in purgatorio. Omnes aquę extinguere non possent vnam scintillam in inferno:& vna lachrima de contrito corde prolata, seu producta, extinguit omnem ignem infernalem. Et quia vera pœnitentia sic mundificat & purificat spiritualiter animam à quibuslibet maculis peccatorũ, ideo qui veram nouitatem spiritus vult habere, debet pro vera contritione suorum peccatorum laborare,& sic poterit in suo spiritu dulciter renouari. Vnde dicit Apostolus 2. Corinth. 4. *Licet is qui foris est noster homo corrumpatur*, id est, corpus *de die in diem*, ętate vel infirmitate corrumpitur, *tamen*, dicit, *is qui intus est*, id est, rationalis spiritus, *renouatur de die in diẽ*, id est assidue purior efficitur vel igne tribulationis, vel etiam lachrimis veræ contritionis. 2. Cor. 4.

Talem renouationem sui spiritus ille eximius Prophetarum Dauid petiit à Deo, sciens quod vera contritio est ex inspiratione diuina, dicens, *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*, id est in interioribus pręcordiis meis. Nam per veram pœnitentiã homo totaliter renouatur, & ab omni peccato quantuncunque sit graue depuratur. Felix ergo, qui per veram pœnitentiam depuratur ab omni peccatorũ immunditia, quia anima quæ in peccatis perseuerat, deterior est omni malo. Vnde nota quod anima obstinata in peccatis, propter quinque est peior omni malo. Prima causa est quia talis obstinatio facit animã adeo fędam & odiosam, quod omnis ista dulcedo diuinæ bonitatis quę sua largissima affluentia replet omnes creaturas, in cælo & in Psal. 50

terra,pro modo loquendi, non poteſt eam à tali fœditate emundare, quia ſicut dicit Apoſtolus ad Romanos 2. *Contemnis diuitias bonitatis eius,* immo adeo deformis & turpis eſt, quod illi quinque riui qui fluxerunt de corpore Ieſu Chriſti filij benedicti,ipſam emundare nequeunt,à quibus tamen omnis munditia animæ & conſcientiæ originaliter proceſſit. Iuxta illud, *Sanguis Ieſu Chriſti mundauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis ad ſeruiendũ Deo viuenti.* Secunda cauſa eſt quia talis obſtinatio facit eam adeo duram, & impœnitentẽ,quod virtus mortis Chriſti, quæ ſua virtute conturbauit & mouit vniuerſum mundum, quæ ſolem obſcurauit,& mortuos ſuſcitauit,& lapides ſcidit,ipſam mouere ad veram contritionem non poſſũt: immo nec dolor vulnerum Chriſti,nec mors,nec miſericordia,nec martyrium,nec præcepta,nec promiſſiones æternorum gaudiorum,nec terrores infernalium ſuppliciorum,nec exempla,nec doctrinę prędicatorum poſſunt demollire eam,quia indurata eſt, nec vult peccata dimittere. Tertia cauſa eſt, quia adeo grauis & ponderoſa eſt, quod nec Deus nec Angeli,nec cælum,neque terra,poſſũt eam diu portare. Iuxta quod dicit Iob in perſona talis animæ. *Poſuiſti me contrariam tibi,& factus ſũ mihimetipſi grauis:* immo adeo odioſa eſt omnibus creaturis,quod ipſã abominantur tanquam fecem dæmoniorum, & tanquã indignam vita,& conſortio creaturarum; & niſi diuina pietas ipſam pręſeruaret, quę ſuſtinet eam propter pœnitentiam,terra nequaquã ipſam

Rom. 2. Hebr. 9 Iob. 7

ipſam poſſet portare, ſecundum quod ſemel tempore Moyſi terra deglutiuit multa millia hominum,cum domibus & ſubſtantiis eorũ. Quarta cauſa eſt quod talis obſtinatio facit animam tam egenam & ærumnoſam, quod mors & tota paſſio Chriſti omnino in ea perditur,& omnia bona quæ fuerũt,ſunt & erunt in Eccleſia,etiam nihil proſunt ei, quia eſt extra gratiam& charitatem,*ſine qua nihil prodeſt*,vt dicit Apoſtolus.Vnde etiam ſi notorium eſſet, quod aliquis in mortali peccato decederet, nec ſigna contritionis relinqueret,non deberet cum fidelibus in cœmiterio ſepeliri, quia damnatus eſt.Vnde legitur de quodã religioſo qui habuit patrem defunctum, de quo multũ doluit,quia malę vitę fuerat. Hic Deum ſuppliciter inuocabat,vt ei oſtenderet vtrum pater ſuus eſſet ſaluatus vel damnatus, Accidit quadam nocte, cum ſe ſopori dediſſet, quod Angelus venit & vocauit eum,& dixit,*Veni & oſtendam tibi animam patris tui.* Et duxit eum ad diuerſa loca tormentorũ, tandem duxit eum in quemdam locum horribilem, & ibi vidit dęmonem ſedentem ſuper puteum, Cui dixit Angelus.Volo vt oſtendas iſti fratri animam patris ſui. Dęmon opertorium putei cui inſedit amouit,& tubam ęneam vertit in puteum, & ita valide buccinauit,quod illi fratri videbatur tremere totus mundus. Et cito poſt, puteo eructante flammas inter ſcintillas ardentes, pater aſcendit, & miſerabili voce dixit, Ecce ego ſum miſerabilis pater tuus: cui filius. Potes ne iuuari aliquo remedio: cui pater. Nõ

1. Cor. 13

possum vllo remedio iuuari. Sed tria peto à te, Primo vt corpus meũ eiiciatur de cœmiterio. Secundo vt nomen meum scriptum in libro deleas. Tertio vt omnes sacerdotes & religiosos suppliciter roges, vt nomen meũ in missis, prędicationibus & orationibus subtrahant, & nullam mentionem mei faciant. Et mox in puteũ est dimissus. Quinta causa est, quia talis obstinatio facit animam maledictam, quod ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras extra omne gaudium, & conculcetur à dæmonibus, neque enim in terra, neque in sterquilinio vtilis est. Quid ergo deterius & miserius esse potest peccatore, quẽ Deus nescit secun-
Matt. 25 dum illud Saluatoris, *Nescio vos*, & quem Deus Christus ore proprio maledicit, & nouissime
Matth. 25 coram omnibus Angelis & sanctis suis dicet. *Ite maledicti in ignem æternum.* Tertium quod nouitatem animę siue spiritus facit, est salutaris spiritus illustratio. Summa enim perfectio nouitatis, quã homo potest acquirere in pręsenti vita, prouenit ex illustratione Spiritus s. qui animam super omnia illustrat & clarificat, quia hoc quod facit spiritus s. rationalis in corpore, hoc facit Spiritus in spiritu rationali. Sed modo videmus quod spiritus rationalis corpus naturaliter viuificat, & naturalem decorem & colorem eius conseruat, quia corpus sine spiritu est pallidum, nigrum, & deforme, & absque colore gratioso: sic sine spiritu sancto, spiritus rationalis non habet spiritualem vitam, nec decorem bonę conuersationis, neq; colorem diuinę dilectionis, quę ipsum

ipſum ſuper omnia pulchrificat. Vnde dicit Richardus libro ſexto de Trinitate. Sicut ſpiritus humanus qui procedit à corde, vita eſt corporum, ſic Spiritus diuinus vita eſt ſpirituum. Illa eſt vita ſenſificans, iſta eſt vita ſanctificans, Merito erga ſpiritus ſanctus dicitur, ſine quo nullus ſpiritus ſanctus efficitur. Ecce quomodo ſpiritus rationalis renouatur per ſanctificationem, & exornationem ſpiritus ſancti. Quod bene ſanctus Propheta conſiderans petiuit Deum dicens, *Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Conſcientia peccatricis animæ eſt, quaſi immunda & obſcura terra, quam ipſe ſpiritus ſanctus in ſuo aduentu lumine ſuæ claritatis innouat & illuſtrat, & in ſimilitudinem ſui amoris transformat, quia ſicut radius ſolaris cryſtallum ex omni parte adeo penetrat, quod ipſum in ſimilitudinem ſuæ claritatis transformat, ita quod totus apparet quaſi ſol. Sic ſpiritus ſanctus animam quam illuminat, ex omni parte virium eius, adeo penetrat, quod ipſam in ſimilitudinem ſui amoris transformat, ita quod tota apparet eſſe ſpiritus ſanctus. Vnde dicit Apoſtolus, *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* Quia ſicut videmus in naturalibus, omne agens naturaliter imprimit ſuam ſimilitudinē in illud in quod agit: ſicut videmus in igne, quod aſſimilat ſibi rem in quam agit. Cum ergo ſpiritus ſanctus ſit amor patris & filij, ideo aſſimilat omnem animam in quam agit, & diffundit ſuum amorem. Quapropter etiam vocatur *ignis* & *charitas.*

Richardus

Pſal. 103

Richardus Vnde Richardus de Trinitate libro quinto: *Quid est spiritus sancti datio vel missio nisi debiti amoris infusio? Tunc enim diuinitas datur hominibus, quando amor debitus diuinitatis menti humanæ inspiratur. Tunc igitur spiritus sanctus spiritum rationalem intrat, quando affectum diuino amore inflammat, & ardere facit, & ad proprietatis suæ similitudinem transformat, vt auctori suo amorem quem debet exhibeat.*

Quartum quod nouitatem spiritus vel animæ facit, est exemplaris Christi imitatio. Ipse Christus est summum speculum & exemplar perfectionis, quod quilibet qui perfectam vult habere vitã, debet habere præ oculis. Per hoc enim ipse interior homo, scilicet spiritus noster, multiplici colore depingitur, & à veteribus maculis vitiorum renouatur, & ad altitudinem vitæ perfectę deducitur. Quapropter dicit Apostolus Ephe. 4. *Renouamini spiritu mentis vestræ & induite nouum hominem*, id est Christũ, per conformitatẽ suarũ virtutũ, *qui secundum Deum creatus est*, non secundũ humanã naturam, sed Dei potentiam. Hunc ergo nouũ hominẽ debemus induere, ita vt virtutes eius pro ornatu induamus, quia qui habet ornatum virtutum, ille habet Christum pro ornatu. Vnde dicit Apostolus Rom. 13. *Induimini Dominum nostrum Iesum Christum*, id est, in virtutibus Christi conformamini. Vnde induere Christum nihil aliud est, quã ad exemplar & similitudinẽ eius viuere: sed ad hoc vt homo isto modo Christum induat, oportet quod deponat vetustam vestem malorum morum. Quia sicut pictor non potest nouam imaginẽ depingere in pariete,

Eph. 4.

Rom. 13

riète, nisi deleat vetustas maculas prioris imaginis: sic nemo potest se conformare nouis exemplis Christi, nisi prius à se deponat vetustam vestem malorum morum, & tunc potest se perfecte conformare Christo, qui summũ exemplar virtutum & morum, cui se quilibet fidelis conformare debet. Vnde Exod. 25. *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est*, Christus autem dicitur mons, propter eminentiã virtutis & sanctitatis, quibus omnem creaturã excellebat. Et istud certe exemplar tamquã speculum debemus inspicere, vt sic Christi exemplis nos cõformemus, vt in omnibus operibus nostris ipsum imitemur, quia dicitur, 1. Pet. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius.* Vnde qui ad tale exemplum veræ perfectionis vult peruenire, ille debet sibi in omnibus virtutibus & moribus, sẽper pręponere illud clarissimum speculum sanctitatis, & exemplar virtutum. Nam ad hoc Christus incarnari voluit, vt nos prę iret in via virtutum, & suo exemplo doceret nos sanctitatem vitæ & disciplinæ: vt sicut ad eius imaginem facti sumus, sic ad morum eius similitudinem & virtutum imitemur eum; pro nostra possibilitate, quatenus sic imaginem eius in nobis quam per peccatum deformauimus, reformemus. Et ideo vt nos ad suæ sanctissimæ vitę imitationem induceret, non solum similitudinem virtutum & morum docuit: verum etiam exemplis conformauit, quod docuit. Vnde Grego. in moralibus libro 1. *Incarnatus Domi-*

Exod. 25
1. Pet. 2
D. Greg.

Dominus in semetipso quod nobis inspirauit ostendit, vt quæ præcepto diceret, exemplo doceret. Felix ergo qui se Christo conformat, & eius exempla imitatur, quia quanto Christũ magis in virtutum imitatione quis imitatur, tanto ei in ęterna patria propinquior, & in claritate similior erit. Nota ergo, qui Christum tanquam speculum & exẽplar præ oculis vult habere, Primo debet in corde suo scribere suas admirabiles virtutes, quam virtuosus fuerit in omnibus operibus suis, quam humiliter se habuit in omni vita sua, quam benigne se habuit inter discipulos, quam modestus fuerit in sedendo, cõedendo, & bibendo, quam misericors fuerit erga pauperes, quibus se similem fecit, & qui de sua speciali familia fuerunt. Item quam verecundus in visu, quam patiens ad omnia sustinenda, quã mitis in responsionibus, quia non vindicauit se verbis amaris, sed humili responso aliorũ malitiam vicit. Sed quis omnes admirabiles virtutes Christi enarrare sufficeret? & si vere linguis omnium hominũ & Angelorum loqui possem, eius virtutes enarrare non possem, quia plenus fuit omni gratia & virtute, ita quod de *eius plenitudine*, vt dicit
Ioan. 1. Apostolus *omnes accepimus.* Secundo decet homo in corde describere eius placabiles mores, & conuersationes, quam morigeratus in omnibus gestibus suis fuit, & quam sanctus in conuersatione sua: quia tam disciplinatus etiam fuit, quod omnibus se præbuit exemplum omnis boni, & sollicite custodiuit, ne quẽquam scandalizaret. Vnde etiam mulierũ fami-

familiaritates adeo vitauit, quod etiam discipuli semel mirabantur, quod solus cum Samaritana sedens super puteum loquebatur, eo quod hoc quasi insolitum in ipso videbatur. Item debet homo considerare, quã promptus fuit in ministrando, sicut ipse dicit, *Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Lucæ 22 Sed quis totaliter enarrare posset, quã obediens fuit parentibus, quibus se totaliter subdidit, quam dulcis fuit peccatoribus, quos nunquam spreuit, quam patiens cũ infirmis, quia nec leprosos abhorruit, quam studiosus in oratione & prędicatione, & quam dulcis & affabilis in omni vita sua. Vnde dicit Bernard. *O bone Iesu quam dulciter cum omnibus conuersatus es.* D.Bern. Tertio debet etiam homo describere in corde suo ineffabiles labores & dolores suos, quia ipse dicit per Prophetam, *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Psal. 87 & hoc quidem verum est, quia in paupertate matris educatus fuit, in summa paupertate tempus vitæ suæ duxit, quia tantum duabus tunicis contentus, nudis pedibus, & discooperto capite incedebat: in frigore & calore, siti & esurie, ambulabat de ciuitate in ciuitatem, vt nomen Patris sui omnibus electis manifestaret, quia in tanta paupertate etiam vixit, quod hospitium habere non potuit, vbi caput suum reclinare posset. Sed quis explicare posset sollicitudines & tribulationes, quas pro animarũ salute sustinuit? Taceo de horrenda morte, & pœnis quas ipse tempore nostrę redemptionis fuit passus. Vnde Bernard. *O homo, fateor & vere recognosco, si in me essent omnes vitæ filiorum Adam, omnes* D.Bernar

dies

dies seculi, & labores omnium hominum, qui sunt, fuerunt, & erunt, nihil essent ad comparationem illius quod pro meis peccatis filius Dei tolerauit. Cum ergo ei donauero quidquid sum, quicquid possum, non erit nisi stella ad solem, stilla ad flumen, puluis ad montem. Certe qui Christum sic pro speculo, & pro exemplari ponit ante oculos cordis sui, magis eum diliget, & maiorem familiaritatem cum eo contrahet, &c. Rogemus ergo.

Dominica XX. post Pentencosten.

SERMO LV.

Ephe.4. *Videte quomodo caute ambuletis,* Eph.5. Magna quidem solicitudo parentum erga filios, non solum domi, verum etiam dum eos studiorum aut negotiorum causa ad exteros mittũt, ne à sceleratis, aut hominibus deprauatis moribus corrumpantur. Consimiliter cum in medio simus malorum, Apostolus monet nos vt caute ambulemus, dicens, *Videte quomodo caute ambuletis.* Circa quod verbum ad nostrã doctrinam est sciendum, quod quatuor sunt quę debent hominum mouere ad hoc, quod continue in bonis operibus & virtutibus proficiat siue ambulet.

Primum est temporis congruitas, quod velocissime transit, nam tempus causatur ex motu cæli, quod velocissime currit & circuit; sic tempus. Nec est aliqua sagitta quæ tam velociter exeat à balista sicut tempus, & ideo non

non est negligendum, quod ad momentum non manet, sed semper in fluxu est: quod semel fluit de tempore, amplius non redit in æternum. Si autem perditur aurum vel argentum, vel sanitas, recuperari potest, sed tempus quod negligitur inutiliter, nunquam recuperari potest: nam idem tempus nunquam reuertitur, & ideo dicit Saluator Ioan. 12. *Ambulate dum lucem habetis.* Vnde quia tempus sic transit, & non reuertitur, ideo hoc merito debet hominem mouere, quod semper proficiat in virtutibus, & bonis operibus. Et ideo Christus suam sponsam siue animam dulciter ad profectum hortatur. Cant. 2. *Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.* scilicet, per continuum profectum in virtutibus, & bonis operibus. Et statim datur ei ratio, qua continue debeat proficere, *Iam enim hyems*, id est cōgelatio infidelitatis, *transiit, imber*, id est persecutio fidelium, *recessit, flores* virtutum & bonorum operum, *apparuerunt: tempus putationis*, amputandi, scilicet, vitia & peccata, per pœnitentiā, *aduenit. Surge* ergo ô anima, sponsa mea dilecta, *surge* à somno acediæ, ab humanis ad diuina, à carnalibus ad spiritualia, à terrenis ad cælestia, à peccatis ad virtutes, à tenebris ad lucem, à sordibus ad munditiam, *propera*: non tardes, quia via longa, breuis mora, remota patria, sarcina grauis, status mutabilis. *propera vt* latrones effugias, aduersarios antecurras, ad patriam peruenias, cum sponso introas, mundi miserias euadas, *amica mea*, quia te mihi per fidem desponsaui & meorum secretorum es conscia.

Ioan. 12. Cant. 2.

Colum-

Columba mea, cui foramina sunt aperta, quæ cares felle inuidiæ, quæ amore simplici mihi es astricta, vt nihil præter me diligas. *Formosa mea*, quia te sanguine meo ornaui, & imagine decoraui. Et veni ad patrem filia, ad dominū ancilla, ad spōsum sponsa, sitibunda ad fontem, famelica ad panem, pauper ad thesaurū, exul ad patriam. Veni, quia nunc est tempus congruum ad omnem spiritualem profectum. Est enim clarum, calidum, & mundum: Clarum, quia illuminat intellectū ad cognitionem veri boni, & facit despicere falsitatem mundi, & eligere veritatem æternæ vitæ. Est etiam calidum tempus, quia inflammat affectum ad dilectionem summi boni, ne hiemalis frigiditas pigritiæ impediat. Est etiam tempus mundum & floridum, quia ornat animam diuersis floribus virtutum & bonorum operū, ne imbre diuersorum & immundorum vitiorū deformetur. Cum igitur tempus præsēs sit congruū & acceptabile, mirum est quod homo ipsum tam inutiliter negligit, de quo in nouissimo die rationem redditurus est. Vnde dicit Ansel.

B. Anselm. in meditationibus, *O lignum aridū & inutile, æternis ignibus dignū, quid respondebis in illa die, cū exigetur à te vsque ad ictū oculi, omne tempus viuendi tibi impensum, qualiter à te fuerit expensū!* Si illud homo bene cōsideraret, sēper proficeret in virtutibus & bonis operibus & tempus non negligeret, quod sibi ad hoc datum est. Legitur enim in chronicis Romanis, de Tito Vespasiani filio, Romanorum Imperatore, qui vltionem dominici sanguinis fecit, qui cum post subuersionem

Ierosolymorum Romam fuisset victor ingressus, quodam tempore dum in cæna recordaretur, quod nihil boni in illa die fecisset, dixit amicis suis, *Amici hodie diem perdidi.* Certe si illud fecit talis homo, sine lege, sine doctrina Christi & Apostolorum, quanto magis nos. Iste fuit infidelis, & tamen conquerebatur quod semel tempus neglexit. Et nos non curamus tempus negligere, de quo in nouissimo die sumus rationem reddituri. Sed posset aliquis dicere quid profuit illi, quod bona opera fecit? Respondeo quod opera taliũ, & in mortali existentiũ, valent ad tria, de quibus habes prius in sermone, *Ecce nunc tempus acceptabile.* 2. Cor. 6.

Secundum quod debet hominem mouere ad ambulandum, & proficiendum in virtutibus, est itineris prolixitas. Nam via virtutum, adeo longa est, quod nemo, quantumcunque perfectus & sanctus plene perficere potest: quia dicit Origenes super librũ numeri, *Iusti quanto magis proficiunt, tanto eis via proficiendi augetur, & in immensum tenditur.* Ratio huius est, quia vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Vnde nullus homo quantumcunque perfectus & sanctus tantum profecit, quin vltra potuisset profecisse, nisi hoc esset ex speciali gratia Dei, vt fuit in D. Virgine. Est enim triplex gradus virtutum, quia omnis homo aut est in principio virtutum, aut in progressu virtutũ, aut in summa perfectione virtutum, vltra quam non posset proficere: ad hunc gradum sola virgo Beata peruenit, inter puras creaturas. Nullus enim alius sanctorum cuiuscunq; Orige.

sanctitatis & virtutis extiterit, tantum profecit in gratia & virtutibus, quin amplius potuisset profecisse, sola Virgine gloriosa excepta, quæ in omni gratia & virtutibus & bonis operibus tantũ profecit, quod summũ gradũ perfectio-
Prouer. 31 nis obtinuit. Vnde d cit de ea Sapiens in spiritu Prou. vlt. *Multa filiæ*, id est, multæ animæ beatæ, *congregauerunt diuitias*, scilicet, gratias virtutũ & bonorũ operũ, *Tu*, scilicet virgo Beata, *supergressa es vniuersas*, id est super omnes profecisti in omnibus spiritualib⁹ beneficijs & diuitijs, quia ipsa sola inter puras creaturas peruenit ad sũmũ gradũ perfectionis. Vnde etiã omne quod est infra ipsam est, pręter eum a quo est omne
S. Anselm quod est. Vnde dicit Anselmus in libro de cõceptione Beatę virginis *Nihil tibi domina est æquale, nihil comparabile, omne enim quod est aut supra te est aut infra: quod supra te est, solus Deus est, quod infra te est, est omne quod Deus non est.* Quia igitur via virtutum & bonorum operũ adeo prolixa est, quod nemo ad eius finem perfecte pertingere potest, ideo certè quamuis ad eius finẽ pertingere non possumus, tamen continue debemus proficere, & nullo modo deficere, iuxta illud
Isa. 40 Isaiæ 40. *Qui sperant in domino, ambulabunt & non deficient*: quia quãto magis proficimus, tanto perfectiores erimus, non tamen quod ad summũ gradum perfectionis peruenire possumus, quia tunc vltra proficere non possemus, sed quanto magis laboramus & studemus proficere, tanto perfectiores reputabimur apud Deum. Vnde dicit Bernardus in epistola quadam,
S. Ber. *Perfectus non habet quo proficiat, & qui proficit eo ipso quo proficit*

proficit, perfectus non est. Porro vera virtus finem nescit, tempore non clauditur. Nunquam iustus arbitratur se comprehendisse, nunquam dicit Satis est, sed semper esurit sititque iustitiam, vt si semper viueret, semper quantum in se est, iustior esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Itaque indefessum studium & maior conatus ad profectionem reputatur perfectior.

Tertium quod debet hominem mouere ad hoc, quod semper proficiat & ambulet in virtutibus & bonis operibus, est nostri ductoris bonitas. Videmus enim quod quando homo bonum ductorem habet, qui ipsum præcedit & ducit per rectam viam, multum mouet eum ad ambulandum. Quia ergo habemus bonum ductorē, scilicet Christū qui nos præcessit viā virtutū, & bonorū operum, & reliquit nobis bonū exēplū, vt sequamur ipsum ambulando per continuum profectum. Vnde scribitur 1. Pet. 2. *Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius.* Vbi nota, Primo, 1. Pet. 2.
quare sit sequendus. Respondeo quod ideo, quia ipse est regula nos dirigens, iuxta illud Galat. 6. *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax* Galat. 6
super illos. Item est lux illuminans, iuxta illud Ioan. 8. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Ioan. 8.
Itē quia ipse est magister erudiēs, iuxta illud Matth. 8. *Magister sequor te quocumque ieris.* Matth. 8
Discipuli libenter sequuntur bonū magistrū. Item quia est pastor reficiens, iuxta illud Hier. 17. *Non sum turbatus te pastorem sequens*, oues sequuntur pastorem. Hier. 17.
Secundo nota quod ad sequen-

sequendum Christum quosdam impellit cupiditas, sicut illos qui intrant religionen vt nutriantur. Isti signati sunt per Giezi, qui secutus est Naaman vt reciperet ab eo munera. Alios impellit necessitas, vt sunt illi qui quęrũt eũ in infirmitate, de quibus Ioan. 6. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa super his qui infirmabantur.* Alios impellit charitas, Marc. 15. *Sequebantur eum mulieres, &c.* Tertio nota quod singulariter ipsum tria genera hominũ sequuntur, scilicet, mundi per castitatem, Apoc. 14. *Hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum, quocunque ierit.* Item nudi per paupertatem, Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Item prompti per obedientiam & humilitatem Luc. 9. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me.* Quarto nota quod triplex præmium consequuntur. Primo bonorũ copiositatem, iuxta illud Matt. 19. *Vos qui secuti estis me, centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis,* secundo honorũ dignitatẽ, iuxta illud Matth. 19. *Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes xij. iudicantes duodecim tribus Israel.* Tertio vitæ æternitatem, iuxta illud Ioannis decimo, *Cognosco oues meas, & sequuntur me meæ, & ego vitam æternam do eis.* Felix ergo talis homo, qui talem fidelem & bonum ductorẽ, immo conductorem & doctorem sequitur, qui nobis viam virtutum & bonorum operũ sua doctrina, & exemplo docuit. Et ideo dicitur Ruth 4. *Ambula per viam ad splendorem eius.* Cui etiam sui aduersarij dicebant, Matth. 22. *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces,* &

Ioan. 6.
Mar. 15
Apoc. 14
Matth. 19
Lucæ 9
Mat. 19
Mat. 19
Ioan. 10
Ruth. 4
Matth. 22

& quia ipse est verus doctor, viam virtutum perfecte docēs. Ideo petebat Propheta dicens, *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Psal. 24 Vnde qui ad culmen perfectionis vult venire, secundum quod possibile est homini viatori, ille debet in omnibus virtutibus & bonis operibus, sibi præponere doctrinam tā excellentis doctoris.

Quartum quod debet hominem mouere, vt semper proficiat, est mercedis suauitas. Videmus enim ad oculum, quod odor diuersarum specierum apothecæ, trahit ad se appetitum cordis, & odor florum apem. Sic odor cælestiū gaudiorum trahit ad se appetitum animæ, vt semper proficiat, donec ad suauitatem eius veniat. Vnde sponsa in Cant. petit suum sponsum, dicens, *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1 Vnde qui ad mercedem huius suauitatis vult peruenire, continuè debet in virtutibus & bonis operibus proficere, & tunc poterit huius suauitatem mercedis obtinere, quia dicitur Prouerbi. 28. *Qui ambulat simpliciter, saluus erit.* Prouer. 28 Simpliciter ille ambulat, qui simplici corde, non diuiso, Deo virtuose seruit in bonis operibus, quia talis tantam suauitatem salutis & mercedis obtinebit, quantam & qualem nullus in hac vita comprehendere vel exprimere potest, quia eam nullus plene cognoscere potest. Vnde licet sponsa, cum dixit, *trahe me post te,* &c. pro parte senserit, non tamen plene cognouit: quia Deus in illa æterna suauitate non solum replebit olfactum, verum etiam omnes sensus ineffabili suauitate reficiet, quia

omne obiectum omniũ sensuum est fruitiuũ. Erit namque Deus speculum visui, cithara auditui, mel gustui, balsamũ olfactui, flos tactui. Ratio autem quare æterna suauitas in hac vita perfecte non potest cognosci est, quia tripliciter aliquid cognoscimus, Primo per experiẽtiam, sed suauitatem mercedis ęternæ nemo perfecte experitur, nisi qui ea fruitur. Vnde Paulus qui semel ad eam raptus fuit, quando rediit, exprimere non potuit. Sicut homo qui transit per apothecam, tantum sentit odorem specierum, sed nescit dicere qualis fuerat. Vnde dicebat Paulus, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.* Et quamuis ibi viderit diuinam essentiam, tamen gaudium illud non solum potuit non exprimere, sed etiam in seipso nõ potuit comprehendere. Vnde dicit, *Sequor si quo modo comprehendam.* Secundo cognoscimus aliqua per signa, sicut cognoscimus pluuiã per aërem turbulenter dispositum & fructum per varietatẽ florum: sed suauitatem mercedis æternæ non possumus cognoscere per aliquod signum extra ipsum, quia nullum creatum & finitũ, potest repręsentare illud quod est increatum & infinitum, quia inter finitum & infinitum, & inter creatum & increatum, non potest inueniri aliqua comparatio vel aliquod signum ęquale. Tertio cognoscimus aliqua per capacitatem vel inuestigationem rationis: sed suauitas mercedis æternæ ratione capi vel inuestigari nõ potest, quia est super omnem rationem humanam, & ideo etiam in hac vita cognosci non potest. Vnde dicit Gregorius in Homilia,

1. Cor. 2

Phil. 4

milia, *Quæ autem lingua vel intellectus capere sufficit illius ciuitatis supernæ quanta sint gaudia, Angelorum choris interesse, cum beatißimis spiritibus, gloriæ conditoris aßsistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumspectum lumen videre, nullo mortis metu affici, perpetuæ incorruptionis munere lætari. Sed ad hæc inaudita inardescit animus, iamque illic cupit aßsistere, vbi se sperat sine fine gaudere &c.*

Dominica XXI. post Pentecosten.

SERMO LVI.

INduite vos armaturam dei, Eph. 6. Milites certamen cũ hostibus mox inituri, ne ab aduersarijs lædantur, vestimẽtis & armis se muniunt, quantum possunt: consimiliter beatus Paulus Apostolus, vt contra diabolum stare possimus, hortatur nos, vt armis spiritualibus muniamur & induamur, dicẽs, *Induite vos armaturã dei*. Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciẽdum, quod anima, vt sponsa Christi sit & contra aduersarios secure possit bellare, quadruplici veste debet esse induta & ornata. Eph. 6.

Primo veste nobilissima perfectissimę humilitatis. Ipsa enim vera humilitas est illa nobilissima vestis, quæ ornat ipsam animam diuerso ornatu virtutum. Nam tota nobilitas animæ consistit ab intus, non foris in ornatu virtutum, quibus vera humilitas animam ab intra ornat. Ipsa enim est ordo morũ, lex decorum, gradus honorum. Ipsa etiam est vestis salutis, fons bonitatis, & radix omnis virtutis.

Vnde dicit Gregorius, *Origo omnium virtutum humilitas. Ipsa etiam est scala veræ perfectionis, via æternæ saluationis, & quædam summula dominicæ dilectionis*, quia in ipsa tamquam in summula concluditur omnis iustitia, secundum quod dicit Glossa super Matth. 3. *Sic nos decet implere omnem iustitiam*, id est omnem humilitatē. Vnde Christus doctor & magister omnis veritatis sub breui summula humilitatis, cōclusit prolixitatem totius legis dicens Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Ecce qualiter humilitas ornat animam ab intra, veste nobilissima salutis & iustitię. Beatus ergo homo qui tali veste meretur à summo sponso Christo decorari. Talis homo certe conuenienter dicere potest illud Isa. 61. *Gaudens gaudebo in domino; & exultabit anima*
Esaiæ 61 *mea in Deo meo quia induit me vestimento salutis, & iustitiæ sertum dedit mihi.* Iste est ornatus quē Christus quærit in anima, vt sit humilis ab intra,
Psal. 44 non extra, quia dicit Psalm. *Omnis gloria filiæ regis ab intra*, in ornatu humilitatis, quæ est salutis & iustitiæ. Quia sicut tota virtus & tota vita, & tota salus arboris latet intus in radice, sicquidquid est virtutis & salutis in anima, totum est intus, non foris, in radice humilitatis. Quia dicit Gregorius, *Illa virtus veraciter in nobis pullulat, quæ in radice propria id est humilitate perdurat.* Sed heu humilitas recessit à cordibus hominum! Quis est iam, qui se ad opera misericordiæ humiliat, quia pauci inueniuntur in hoc seculo, immo fere nulli, qui appetunt contemni, non laudari: vituperari, non sublimari. Nam fere totus mundus cum Lucifero appetit extolli,

tolli, sed quid stultius esse poterit, quam qui extollitur in hac vita: quia omnis qui cadit, cadit ab alto: sed nemo ruit ab imo. *Sæpe cadunt montes, sed in imo stant sibi valles.* Igitur qui cupiunt extolli quid aliud faciunt nisi quod parant sibi casum? Vnde dicitur de superbo in Abdia, quod dicit in corde, *quis detrahet me in ruina? si exaltatus fueris vt aquila, & inter sidera posueris nidum tuum. inde traham te, dicit Dominus.* Abdiæ 1

Secundo debet homo esse ornatus veste mundissima clarissimę castitatis, quæ animam mirabiliter exornat. ipsa enim est præclarum donum Dei, dilecta filia Christi, hospita spiritus sancti. Ipsa est ros cæli, flos paradisi, laus mundi. Ipsa est dignitas clericorum, decus omnium religiosorum. Ipsa est sertum iuuenum, corona senum. Ipsa enim est nouacula crinium, ornatus virtutum, & morum. Ipsa est specalis corona, quæ ab Angelis est nunciata, ab hominibus sanctis collaudata. Ipsa est impretiabilis thesaurus, cui nihil potest comparari: quia *non est digna ponderatio continentis animæ*, dicit Sapiens. Ipsa est plena misericordię, plena virtute & gratia. Ipsa est ornatus omnis sexus, quia non solum virgines, sed viduas & coniuges ornat, sed virgines cælesti sponso Christo tamquã sponsas subarrhat, de quibus dicit Apostolus, *Despondi vos vni viro virginem castã exhibere Christo.* Quid enim tam venustum, tam mundum esse potest, sicut est ipsa castitas? quę tam mirabiliter animam exornat veste virtutum, quòd in eius dulci fragrantia, iste summus sponsus & amator castitatis, Iesus Christus Eccl. 6 2. Cor. 11

 dicat

Cant. 4. dicat suę sponsę illud Canti. 4. *Odor vestimentorũ tuorum sicut odor thuris.* Certe ad istum ornatum
Eccl. 9. hortatur nos Sapiens, *Omni tempore vestimenta tua sint candida*, id est omni tempore ornatus castitatis tuæ, sit floridus, & clarus per munditiam vitæ. Testimonium autem huius munditię est, quando homo habet puritatem cogitationis, affectionis, & dilectionis in corde, puritatem locutionis in ore, & puritatẽ actionis in opere. Talis enim puritas facit animam pulchritudine admirabilem, nam ita pulchram facit eam quod nulla pulchritudo terrestris ei potest
Sap. 4 ęquari. Vnde dicit Sapiens, *O quam pulchra est casta generatio cum charitate*, id est, perfectę vitæ puritate.

Tertio debet esse ornatus vel indutus pretiosissima veste altissimę paupertatis, quæ est vna specialissima virtus, pretiosissimo ornatu virtutum vestiens animã deuotam. Ipsa enim est altissimum consilium Christi, & singularis gratiæ priuilegium. Ipsa est Euangelicę perfectionis fundamẽtum, & hereditariũ Christi testamentum. Ipsa est thesaurus absconditus, & perfecta libertas spiritus. Ipsa est illa nobilis virtus, quæ in Christo singulariter emicuit, quæ discipulos Christi & alios suos sequaces, pro ipso omnia relinquentes, cum variis donis gratiarum exornauit. Sicut legitur de beato Francisco, qui tam magnus amator paupertatis fuit, quod non poterat pati aliquem pauperiorẽ se, quin se de hoc reprehẽderet: ita quod nullus vnquam ita auri cupidus fuit, sicut ipse paupertatis, quæ sibi tam dulcis fuit, quod sępe cum

cum magnis lacrymis de paupertate Christi, & suæ dilectę matris cogitauit, asserens paupertatem esse reginam omnium virtutum, quę in rege regum & in eius matre regina tam excellenter effulsit. Et quia paupertas est virtutũ regina & domina, ideo sibi à domino est promissa dignitas assessoria & potestas iudiciaria, vt tamquam regina iuxta regem ęternũ in extremo iudicio sedeat. Iuxta illud Psal. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate*, scilicet virtutũ. Vnde dicit etiã Iob, *Non saluet impios, sed pauperibus iudicium tribuet*. Vnde quando Petrus dixit. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quod ergo erit nobis*? Respondit Christus, *Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes* XII. *iudicãtes* XII. *tribus Israel* Vnde apostoli & omnes viri perfecti, qui Apostolorũ vestigia sunt secuti, erunt Christi assessores in extremo iudicio. Nã Christus tamquam principalis iudex iudicabit sententiam damnationis proferẽdæ, sed pauperes iudicabunt cum ipso in hoc, quia talem sententiam damnatis notam facient. Nam ipsos ducent in cognitionem diuinæ iustitiæ vt sciant quod iustè pro suis demeritis damnantur, vt sic ipsa reuelatio iustitiæ iudicium dicatur. Nota quod merito pauperibus tribuitur potestas iudiciaria. Primo ratione cõgruitatis: volũtaria enim paupertas est illorũ, qui omnia quę in mundo sunt relinquũt, & Christum sequuntur paupertate & amore, & ideo nihil est in eis per quod eorum iudicium potest flecti

Psal. 44
Iob. 39
Matth. 19

cti iustitia. Ergo sunt idonei ad iudicandum præ omnibus, tamquam illi qui veritatem iustitiæ præ omnibus diligunt. Secundo ratione meriti, quia humilitati correspondet exaltatio pro merito, quia inter omnia quæ hominē despectum faciunt in hoc mundo, præcipuum est paupertas. Vnde & pauperibus merito potestas iudiciaria promittitur, vt sic qui se pro Christo humiliat, exaltetur. Tertio ratione dispositionis, quia paupertas disponit ad iudicandum. Paupertas enim est illud, quod hominē primo disponit ad perfectionē vitæ, & ad cognitionem veritatis, quia iudicantes debent habere iustitiam, vt iudicandis possint manifestare. Sed nota, quod nō quibuscunque pauperibus promittitur potestas iudiciaria. Sunt enim tria genera pauperū. Primo sunt pauperes diaboli, de quibus ait spiritus sanctus Eccl. *Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ istorum, pauperem superbum, diuitem mendacem, senem fatuum & insensatum.* Diabolus qui superbia & inuidia pauper est, similes sibi diligit, & quęrit scilicet pauperes superbos, quorum superbia in hoc cognoscitur, quia tales blasphemant Deum in suis necessitatibus, inuident ditioribus, fraudant & mentiuntur, periurant, furantur minora, si non possunt grandia, non curant verbum Dei, nec paupertatem Christi. Si dicitur eis quod pauper sua patientia plus potest mereri quam diues, non attendunt, nescientes quia Deus subtrahit eis bona tēporalia, vt auidius petant ęterna, & ipse Dominus accepta occasione det eis bona spiritualia, quę

Eccl. 25

tem-

tẽporalibus cõparata sunt quasi totũ ad vnũ. Sed pauperes Diaboli solùm cupiunt præsentia, vt ventrem repleant siliquis porcorum. Et ideo dicit eis Dominus Malachiæ 3. *Et vos in penuria maledicti estis*, & iuste dicit Maledicti, quia pauperes sunt in hoc seculo, pauperiores in iudicio, pauperrimi in inferno. Vere summa egestas est carentia virtutum, nihil participare cum omnibus sanctis, de eleemosyna eorum, non habere sanctorum communionem. Qui enim caritatem non habet nihil est. Secundo sunt pauperes mundi qui libenter essent diuites, sed contra voluntatem Dei nolunt habere bona mundi, & hoc ipsum signum est bonitatis. Omnes enim qui ex pauperibus mundi impatientes sunt & mali, transeunt in societatẽ diaboli. Cum autem patientes sunt & boni, pertinent ad partem Christi Dei. Tales Deus diligit & ditat interdum spiritualibus diuitijs. Vnde dicitur *Deus pauperẽ facit*, scilicet rebus exterioribus, *& ditat*, scilicet virtutibus spiritualibus, & *sublimat* in æterna beatitudine. Et Gregorius quarto Dialogorum, *Aliquando omnipotens Deus in consolationem aliquorum qui in tribulationibus huius vitæ magis attriti sunt, dulcedinem diuinæ laudis immittit, vt amaritudinem nõ sentiant mortis.* Tertiò sunt pauperes Christi, qui pro amore Christi & pro inuentione supernæ patriæ omnia reliquunt, & Dominum Iesum in suis actibus imitati sũt, vt sancti Apostoli, sancti martyres, & viri Apostolici, pro quibus beatus Petrus dixit. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te; quid ergo erit nobis?* scilicet, præmij. Et dominus respondit, *Amen dico vo-*

Malach. 3

1. Reg. 2

D. Grego.

Matth. 19

co vobis quod vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Tales sunt isti de quibus Dominus dicit, *Beati pauperes spiritu.* Hi sunt illi, qui fide & deuotione stãt in prima acie beatitudinis, non quicunque pauperes, sed illi tantum, qui in bonis se reputant inutiles, & cæteris se reputant inferiores. Tales sunt tamquam *nihil habentes & omnia possidentes.* Hi sunt quos Christus loco sui in hoc mundo reliquit dicens, *Pauperes semper habetis vobiscum.* pro quibus etiam gratias aget in nouissimo die, tamquam pro se, dicens. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Istis iudiciariã tribuit potestatem.

Quarto debet esse indutus veste iocundissima, dulcissimę caritatis. Ipsa est illa dulcissima vestis, quę omnibus virtutibus perfectissimum præstat ornatũ. Ipsa est aurora iocũditatis, quã sequitur illa beatissima dies æternitatis. Ipsa est specialissima corona, animam decorans, & pretiosissima gẽma animæ vires confortãs. Ipsa est fons viuus, qui hortũ spõsæ tamquã medulla omnium virtutum dulciter rigat, vt in ea flores virtutum & bonorum operum crescant. Ipsa est dulce manna de cęlo descendens in spirituali exercitio animam reficiens. Ipsa est thesaurus latens in anima quo emitur vita æterna. Ipsa est vestis purpurea, quæ operit peccata varia. Ipsa est etiam vestis iocunditatis, sine qua nullus intrat ad nuptias æternitatis. De ista veste dicitur, *Induit se Iudith veste io-*
Iudith. 10. *cunditatis suæ*, Iudith, quæ interpretatur glorificas, significat animam amorosam, quæ in cæ-
lesti

lesti conuiuio æternaliter debet glorificare Deum, & totam suam delectationem debet quærere in dulcedine diuini amoris: iuxta cõsilium sapientis Prouerb.5. *In amore eius*, scilicet sapientiæ increatæ, quæ est Christus, *delectare iugiter*, quia talis delectatio semper nouam iocunditatẽ parat in anima, quia dicit Augustin. *quod amor est causa omnis iocunditatis*. quia omnia amara huius vitæ conuertit in dulcedinem & spiritualem iucunditatem secundum quod dicit Apostolus. *Scimusquoniã diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ*. Si n. ignis sua virtute naturali mutat lignũ in cineres, & cineres in vitrũ; & si sol mutat aquam in vinũ, & vinũ immutat cor hominũ. Itẽ si lux mutat aërẽ in serenitatẽ; quare ergo diuinus amor qui dicitur charitas, nõ posset omnia amara præsentis vitę cõuertere in perfectam dulcedinem & iocunditatem? Cum experiamur ad sensum, quod mel mutet amaritudinẽ in dulcedinem. Vnde dicit Richardus de sancto Victore, *Amor diuinus est ignis, lux, mel, vinũ, sol.* Ignis in meditatione, purificans mentem à sordibus viciorum, lux in oratione, mẽtem irradiãs claritate virtutum. Mel in gratiarum actionẽ, mentem dulcorans dulcedine diuinorum beneficiorum. Vinum est in contemplatione, mentem inebrians suaui & iocunda delectatione. Sol in æterna beatitudine, mentem clarificans serenissimo lumine suauissimoq. calore, mentẽ exhilarans ineffabili gaudio & perenni iubilatione &c. Rom.8

Domi-

Dominica XXII. post Pentecosten.

SERMO LVII.

Phil. 1. REpleti fructu iustitia per Iesum Christum in laudem & gloriam dei. Phili. 1. Beneficium aliquod ab aliquo recipiens omni ratione gratus benefactori solet esse ac etiam de hoc ipsum cõmendare. Consimiliter Apostolus sciens quãta bona & beneficia adeo recipimus hortatur vt nos memores illorum simus, & in Dei laudem & gloriam consurgamus in verbo proposito cum dicit, *Repleti fructu iustitia per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod quatuor genera hominum sunt in mundo qui suo modo diuersimode replentur.

Primi sunt qui in bono deficiunt. vt peccatores qui nihil boni faciunt, sed diuersis vitiis se interius in anima inficiunt, & replent, vt cum superbia, luxuria, inuidia, & auaritia, cum malis affectionibus, delectationibus & cogitationibus, quia faciunt de omnibus mẽbris immundũ conductũ ad cor, per aures, per os, per oculos. Et ideo dicitur cuilibet peccatori
Ezech. 28 Ezech. 28. *Repleta sunt interiora tua*, id est, conscientia, *& cor tuum iniquitate.* & quia isti repleti sũt vitijs & peccatis, ideo etiam inhabiles sunt ad influentiam gratiæ, quia sicut vas suo contento plenum, non potest recipere aliud contentum: sic peccatores qui sunt pleni diuersis pec-

cato-

catorum immundiciis, ideo non possunt recipere aliquid de diuina gratia, quę non infunditur nisi in mundissimo vasculo cordis. Vnde dicit Bernard. *Balsamum est diuina gratia quae vasculum mundum requirit*. Ipsa enim diuina gratia est quędam sincerissima irradiatio lucis æternæ, & quidam riuulus à fonte summę bonitatis emanans. Et sicut riuulus arescit, quando fons non effluit, sic impossibile est animæ quæ se à Deo per peccatum auertit, quod recipiat influentiam diuinæ gratiæ, quam peccatum solummodo obstruit. Et sicut aër obtenebratur quando à luce absentatur, sic anima per peccatum à Deo auersa, manet in peccatis tenebrosa. Videmus quod mundum & purum speculum, quando vertitur ad solem, recipit solis radios, sed auersum quantumcunq; in se sit mundum, solares radios non recipit: sic est de anima, quæ in sua prima origine est tamquam speculum mundum & purũ, quando vertit se ad solem iustitiæ, scilicet Christũ, statim recipit eius radios, vt sunt gratiæ, charitas, & alię virtutes. Sed quando se auertit ab eo quantumcunque sit munda creata, suos virtuales radios amittit, & hoc est quod dicit Augustinus super Genes. libro 8. *Homo Deo praesente illuminatur, absente continue obtenebratur, à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione discedi-tur*. Nihil ergo horribilius esse potest quam hominẽ per peccatum esse ab isto bono auersum, à quo *totum bonum* hominis & sine quo nihil homini bonũ est: quia qui à Deo auersus est, in tenebris mortis est. Vnde petebat Psalt. D.August.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, id est mortali peccato quod mortē inducit, quia animam à Deo auertit, in quo eius vita consistit. Vnde nota tres fortissimas pœnalitates quas peccatum infert peccatori. Prima est cōscientiæ stimulus, quia semper pungit peccatorem de vitio quod perpetrauit. Nam talem vermem habet quilibet in conscientia sua, quantumcunque peccator, qui semper rodit ipsum de peccato, quod commisit: de quo diuersus terror oritur peccatori, quia nunc mortem, nunc iudicium, nunc ęternum suppliciū timet. Vnde Sapien. 17. *Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia*. Vnde vitia semper sunt cruciamenta & non delectamenta illis, qui verū iudicium habēt rationis. Vnde dicit Hieronymus. *Ad omne peccatum erubescimus aut timemus, aut culpam facti nunc rubore vultus nunc pallore monstramus. Curre per singula, & inuenies tot cruciamenta animæ, quot vitia, & econuerso in omni bono læti sumus. Verum quia peccator semper pungitur timore, ideo nunquam securus est*. Et huic bene concordat illud quod dicit Macrobius libro primo circa finem de Dionysio tyranno, qui semel cuidam, qui ipsum beatum affirmabat, fecit apponi delicias in magna copia: & desuper posuit vnum gladiū pendentem tenui filo capiti imminentem. Cumque prę timore iste non reputaret delicias sibi appositas, ait rex, *Sic est vita mea quam tu beatam esse putas: quomodo enim beata poterit esse quæ timere non desinit?* Vnde Ambros. libr. primo de officiis, *Peccator quamuis foris abundet deliciis & diuitiis affluat, ac honoribus fragret, tamen in amaritudine animæ suæ vita sua existit,*

Sap. 17

D. Hieron.

D. Ambr.

existit, nec secum afferens nisi pretia scelerum suorum. Vnde vitia sunt pœnalia ipsis peccatoribus, & nequaquam delectabilia. Quia dicit Auicenna libro 8. Metaphysicę suæ, *Delectatio est ex apprehensione conuenientis cum conuenienti.* Humana autē natura, naturali quadam inclinatione abhorret vitia & peccata. Ideo planum est quod non est aliqua vera delectatio in ipsis, sed magis fortis afflictio, ex apprehensione rei disconuenientis, quia vitium est disconueniens ipsi naturæ. quia dicit Augustinus primo confession. *Omnis iniquus animus pœna est sibi*, & ideo peccatū dicitur venenum animæ, quod omnis malus primo bibit. Secunda pœnalitas peccati est, onus quod grauat animam super omnia: maxime tamen quando separatur à corpore, tunc cadunt super animam omnes malę affectiones, malę cogitationes, malę locutiones, malę operationes, & grauissimo onere deprimunt, & cruciant animam. Et hoc est quod Propheta lamentatur dicens, *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Sed heu quid accidit tunc? Certe anima præ nimia angustia vndique fugit ad organa corporis, in quibus antea sæpius delectabatur & quieuit, & requiem ibi quęrit, sed nō inuenit. Inuenit tunc cor confractum, oculos clausos, & omnia alia membra corporis mortua. Et tunc cum ingenti dolore oportet eam habitaculum corporis exire, quia ibi non permittitur amplius quiescere. Et ideo bene dicit Sapiens, *Non est in hominis ditiōne cohibere spiritum suum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere*

Auicenna l. 8. metap.

Psal. 37.

Eccl. 8.

ingruente bello. Ac si diceret, Non est in hominis iurisdictione siue potestate quod possit prohibere spiritum suum exeuntem de corpore, quin oporteat eum exire tempore mortis, quia tunc violenter rapitur de corpore, tamquam reus de carcere, & deducitur ad tribunal iudicis æterni, à quo recipiet mercedem secundum propria opera quę gessit. Nemo habet tunc potestatem retinendi animam suam, nec potestatem super diem mortis, vt hâc differat vel auertat, pro sua voluntate. Nec etiam habet potestatem tempore mortis disponendi sua, propter pressuram morbi, & debilitatem corporis, non enim sinitur quiescere ingruente bello, quando destruit naturalem complexionem, & quando patitur anima horribilem visionem dęmonum Vnde dicit Bernardus, *Ostium nostrum maligni spiritus obsident, & aduentum nostrum illæ malignæ effigies præstolantur, & hoc maxime in die mortis.* Vnde Beatus Martinus dum moreretur, videns sibi assistere dęmonē dixit. *quid hic stas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* Tertia pœnalitas est dolor perpetuus. Tanta enim erit ibi pœna, quod omnis pœna naturalis siue temporalis quasi nulla est respectu eius. Si homo esset adeo leprosus, quod ab omnibus contemneretur, tam pauper quod nullus ei cōpateretur, insuper omnes passiones quæ omnibus solent accidere pateretur. Insuper quod igneos clauos per omnia membra transfixos haberet, & vt ferrum in igneo fornace arderet, omnes istæ pœnæ essent adhuc quasi conuiuium & gaudium, respectu pœ-

D. Bernar.

narum infernalium. Vadant omnes clerici, & reuoluant omnes libros scripturæ, legant pœnas damnatorum in inferno, si possunt, tam possibile est eis inuenire quot guttæ sint in mari, & possibilius quam pœnas damnatorum quæ sunt ęternę numerare. Vnde dicitur Prouerb. 19. *Parata sunt derisoribus supplicia.* Vnde Prouer. 19 in peccatis grauissimis existentes deberent modo pœnitentiam agere, & peccata sua deflere, quia si hoc in ista vita non faciunt, vna tantũ dies veniet eis, quãdo eis erit tãtus fletus, quod si modo lana vel sericum cresceret subpedibus eorũ, vbi incederent, & si lapides in via arriderent eis, parum vel nihil esset ad futuram eorũ miseriam. Vnde dicit Bernardus de pœna damnatorum in sermone. *Singulis excessibus & membris quæ arma fuerunt iniquitatis, sua debetur pœna, pro qualitate vel quantitate criminis commissi: in quo autem membro creator plus offenditur, in illo peccator grauius torquebitur.*

Secundi qui suo modo replentur, sunt qui bonum incipiunt pænitentiam agentes, qui de peccatis redeunt ad Deum, sicut filius prodigus ad patrem. Hi quia primo incipiunt, à consuetudine peccatorum se volunt retrahere: & ideo oportet quod interius repleantur magna amaritudine, & multo mœrore ex vitiorũ delectabili consuetudine, propterquã continuũ bellũ versatur inter spiritũ & carnẽ: *quia caro concupiscit aduersus spiritũ & spiritus aduersus carnem.* Spiritus vult carnem à peccatis trahere, sed caro resistit, nec vult spiritui obedire, quia vult sequi suę delectationis consue-

tudinem,& sic anima in se affligitur amaritudine & contritione, ita quod dicit illud Ruth,
Rut. 1 *Amaritudine valde me repleuit omnipotens.* Amaritudo ista nō est ad mortem, sed in ipsa anima operatur perfectionem & salutem. Necesse enim est, ad hoc, vt anima consuetudinem peccatorum deuincat, vt se primo interius amaritudine contritionis affligat, & postea corpus quod rebellat, rigore disciplinę id est pœnitentię subiiciat. Iustum est enim, vt quando anima in se repletur amaritudine contritionis, etiam corpus exterius satisfactione puniatur. Iustum est etiam, ex quo corpus dominam suam, ipsam animam, toties peccatis occidit & intoxicauit, quod ipsa econuerso ipsum pœna exteriori pęnitentię puniat. Iustū est etiam, quod corruptibile corpus, quod incorruptibilem spiritum frequenter à Deo retraxit, ipsa etiam idipsum rigore disciplinæ sibi subiiciat, vt amplius sibi obediat nec delectationibus consentiat, quia *contraria mutuo se expellunt.* Oportet enim quod homo castiget corpus suum, quod ipsum ad peccatum trahit, quia hoc ordo iuris postulat, vt qui deliquit secundum mensuram delicti puniatur. Vnde dicit Gregorius, *Iustum est vt peccator tanto maiora sibi inferat per pœnitentiam, quanto maiora sibi intulit damna per culpam*, eo quod contraria contrariis curantur. Sed quis est hodie qui agit veram pœnitentiam, quis est qui castigat corpus suū, & non vacet deliciis? iam pauci inueniuntur qui non abhorrent facere pœnitentiam: inspiciunt enim eius momentaneam amaritudinem,

dinem, quæ æternam inducit dulcedinem Nam videmus quod amara magis sunt vtilia, quam dulcia: sicutapparet in amygdalo dulci, quod nō est tantę efficacię in medicina, sicut amarum. Item videmus quod ruta est valde amara, sed tamen oculis est valde proficua, & stomacho valde sana, & omni veneno cōtraria. Vnde & mustela videns basiliscum, vadit & comedit rutam, & sic basiliscum non timet, sed inuadit, & interficit ipsum: sic pœnitentia licet amara, tamen vtilis est.

Tertij qui suo modo replentur, sunt qui in bono proficiunt, vt in gratia existentes, qui rectè in se agrum virtutis faciunt, in quo diuersi flores bonorum operum crescunt. In quibus Deus multū delectatur, cuius deliciæ sunt in homine floribus bonorū operū pleno. Vnde de quolibet pleno bonis operibus cōuenienter potest dici illud, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*: quia quē Deus per suam gratiam benedixit, ille diuersis bonis repletur operibus, cum quibus æternā vitam meretur Vnde dicitur Prouerb. *Vnusquisq; replebitur bonis suis*, idest bonis operibus suis, quibus mediante gratia multa merita acquirit: quia quidquid in gratia & per gratiam fit, totū meritorium est, quia omnia bona opera facit vitæ æternę digna Vnde dicit Augustinus ad Sixtum presbyterum, *Omne bonum meritum nostrū in nobis facit gratia*. Et ideo qui extra gratiam est, non potest spiritualiter proficere in bonis operibus, quia non potest sibi de pręmio cęlesti acquirere, nam vitam ęternam sibi nemo

Genes. 27.

Prouer. 12.

potest acquirere cum hoc sit supra possibilitatem naturæ, nisi per gratiam quam amisit in mortali existēs Vnde si debet meritorie proficere, oportet quod Deo recōcilietur per gratiam Et quamuis homo licet in gratia existat possit de cōdigno mereri vitam æternam suis bonis operibus, quia tamē inter talium opera & vitam ęternam, non est ęqualis proportio, quia vnum est finitum, & aliud infinitum: *Finiti autem ad infinitum nulla est proportio* vt dicit Boetius 2. de consolatione Philosophiæ. Tamen congruum est & decens quando homo facit quod in se est, quod hoc Deus per suam bonitatem recompenset, quia nihil boni dimittit irremuneratum. Et ideo quamuis homo sit in mortalibus peccatis, non debet tamen cessare à bonis operibus faciendis, quia Deus, cuius bonitas infinita est, non dimittit quando in aliquo ipsum remunerat, quamuis opera sua non valeant directe ad vitam ęternam obtinendam, valent tamen ad multa alia, specialiter ad quatuor. Primo valent ad temporalē prosperitatem obtinendā, quia talem hominem interdum Deus in prę senti facit feliciorem, saniorem, vel ditiorem, vel acceptiorem, & timeant sibi isti, quibus ista dantur, quia dicit Gregorius: *Successus vitæ præsentis certum indiciū æternæ damnationis est*. Secundo valent ad hoc quod si talis homo est de damnandis, leuiorē pœnam de hoc habebit in inferno. Tertio valent, quia si talis homo est de Saluandis, Deus eo citius dat sibi gratiam vt conuertatur. Quarto valent, quod talis interdum assuescit

in

intantum in bonis operibus, quod per talem consuetudinem peccare amplius detestatur. Puto etiam quód diabolus tantam potestatē non habeat in eo, quantā haberet si talia non faceret opera. Vnde dico breuiter, quod licet talia opera in mortali facta, non mereantur præmium cęleste essentiale, merentur tamen aliquod præmium accidentale, in quantum disponunt hominem ad pœnitentiā peragendam, qua adipiscitur vitam æternam, in qua non solum de bonis operibus in caritate factis præmiatur, sed etiam de omnibus gaudet, quæ ipsum ad peccatum detestandum induxerunt.

Quarti qui suo modo replentur, sunt qui iam sui boni operis præmium accipiunt, vt qui cursum suum consummauerunt, & cælestem patriam intrauerunt, vbi omnibus bonis replebit Dominus desiderium eorum, iuxta illud Psal. *Replebit in bonis desideriū tuum* quia secundū Bernardum *Deus continet iocunditatem omnium bonorum, ideo inuenitur in eo quidquid delectari potest singulos sensus, animam & totum corpus.* Postquam homo obtinuit quidquid anima & corpus desiderant, iam desiderium suum quiescit. Et quia totum in Deo inuenitur quidquid desiderari potest, & amplius quam creatura Angelica vel humana desiderare possit; ideo qui Deum habet, in futura vita quiescit. Et quia nullum creaturale potest in se habere simul omne desiderabile, ideo qui suam delectationem ponit in terrenis, nunquam obtinebit quod delectat. Nam si habeat quod delectat

Psal. 102

 visum,

co vobis quod vos qui reliquistis omnia & secuti estis me centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis. Tales sunt isti de quibus Dominus dicit, *Beati pauperes spiritu.* Hi sunt illi, qui fide & deuotione stāt in prima acie beatitudinis, non quicunque pauperes, sed illi tantum, qui in bonis se reputant inutiles, & cæteris se reputant inferiores. Tales sunt tamquam *nihil habentes & omnia possidentes.* Hi sunt quos Christus loco sui in hoc mundo reliquit dicens, *Pauperes semper habetis vobiscum.* pro quibus etiam gratias aget in nouissimo die, tamquam pro se, dicens. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Istis iudiciariā tribuit potestatem.

Quarto debet esse indutus veste iocundissima, dulcissimę caritatis. Ipsa est illa dulcissima vestis, quę omnibus virtutibus perfectissimum præstat ornatū. Ipsa est aurora iocūditatis, quā sequitur illa beatissima dies æternitatis. Ipsa est specialissima corona, animam decorans, & pretiosissima gēma animæ vires confortās. Ipsa est fons viuus, qui hortū spōsæ tamquā medulla omnium virtutum dulciter rigat, vt in ea flores virtutum & bonorum operum crescant. Ipsa est dulce manna de cęlo descendens in spirituali exercitio animam reficiens. Ipsa est thesaurus latens in anima quo emitur vita æterna. Ipsa est vestis purpurea, quæ operit peccata varia. Ipsa est etiam vestis iocunditatis, sine qua nullus intrat ad nuptias æternitatis. De ista veste dicitur, *Induit se Iudith veste iocunditatis suæ,* Iudith, quæ interpretatur glorifi- Iudith. 10.
tas, significat animam amorosam, quæ in cæ-
lesti

lesti conuiuio æternaliter debet glorificare Deum, & totam suam delectationem debet quærere in dulcedine diuini amoris: iuxta cõsilium sapientis Prouerb.5. *In amore eius*, scilicet sapientiæ increatæ, quæ est Christus, *delectare iugiter*, quia talis delectatio semper nouam iocunditatẽ parat in anima, quia dicit Augustin. *quod amor est causa omnis iocunditatis*. quia omnia amara huius vitæ conuertit in dulcedinem & spiritualem iucunditatem secundum quod dicit Apostolus. *Scimusquoniã diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonũ*. Si n. ignis sua virtute naturali mutat lignũ in cineres, & cineres in vitrũ; & si sol mutat aquam in vinũ, & vinũ immutat cor hominũ. Itẽ si lux mutat aërẽ in serenitatẽ; quare ergo diuinus amor qui dicitur charitas, nõ posset omnia amara præsentis vitę cõuertere in perfectam dulcedinem & iocunditatem? Cum experiamur ad sensum, quod mel mutet amaritudinẽ in dulcedinem. Vnde dicit Richardus de sancto Victore, *Amor diuinus est ignis, lux, mel, vinũ, sol.* Ignis in meditatione, purificans mentem à sordibus viciorum, lux in oratione, mẽtem irradiãs claritate virtutum. Mel in gratiarum actionẽ, mentem dulcorans dulcedine diuinorum beneficiorum. Vinum est in contemplatione, mentem inebrians suaui & iocunda delectatione. Sol in æterna beatitudine, mentem clarificans serenissimo lumine suauissimoq. calore, mentẽ exhilarans ineffabili gaudio & perenni iubilatione &c. Rom.8

Domi-

Dominica XXII. post Pentecosten.

SERMO LVII.

Phil. 1. *Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam dei.* Phili. 1. Beneficium aliquod ab aliquo recipiens omni ratione gratus benefactori solet esse ac etiam de hoc ipsum cõmendare. Consimiliter Apostolus sciens quãta bona & beneficia adeo recipimus hortatur vt nos memores illorum simus, & in Dei laudem & gloriam consurgamus in verbo proposito cum dicit, *Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in laudem & gloriam Dei.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod quatuor genera hominum sunt in mundo qui suo modo diuersimode replentur.

Primi sunt qui in bono deficiunt. vt peccatores qui nihil boni faciunt, sed diuersis vitiis se interius in anima inficiunt, & replent, vt cum superbia, luxuria, inuidia, & auaritia, cum malis affectionibus, delectationibus & cogitationibus, quia faciunt de omnibus mẽbris immundũ conductũ ad cor, per aures, per os, per oculos. Et ideo dicitur cuilibet peccatori Ezech. 28 Ezech. 28. *Repleta sunt interiora tua,* id est, conscientia, *& cor tuum iniquitate.* & quia isti repleti sũt vitijs & peccatis, ideo etiam inhabiles sunt ad influentiam gratiæ, quia sicut vas suo contento plenum, non potest recipere aliud contentum: sic peccatores qui sunt pleni diuersis peccato-

catorum immundiciis,ideo non possunt recipere aliquid de diuina gratia, quę non infunditur nisi in mundissimo vasculo cordis. Vnde dicit Bernard. *Balsamum est diuina gratia quæ vasculum mundum requirit*. Ipsa enim diuina gratia est quędam sincerissima irradiatio lucis æternæ, & quidam riuulus à fonte summę bonitatis emanans. Et sicut riuulus arescit, quando fons non effluit, sic impossibile est animæ quæ se à Deo per peccatum auertit, quod recipiat influentiam diuinæ gratiæ, quam peccatum solum modo obstruit. Et sicut aër obtenebratur quando à luce absentatur, sic anima per peccatum à Deo auersa, manet in peccatis tenebrosa. Videmus quod mundum & purum speculum, quando vertitur ad solem, recipit solis radios, sed auersum quantumcunq; in se sit mundum, solares radios non recipit: sic est de anima, quæ in sua prima origine est tamquam speculum mundum & purũ, quando vertit se ad solem iustitiæ, scilicet Christũ, statim recipit eius radios, vt sunt gratiæ, charitas, & alię virtutes. Sed quando se auertit ab eo quantumcunque sit munda creata, suos virtuales radios amittit, & hoc est quod dicit Augustinus super Genes. libro 8. *Homo Deo præsente illuminatur, absente continue obtenebratur, à quo non locorum interuallis, sed voluntatis auersione discedi- tur*. Nihil ergo horribilius esse potest quam hominẽ per peccatum esse ab isto bono auersum, à quo *totum bonum* hominis & sine quo nihil homini bonũ est: quia qui à Deo auersus est, in tenebris mortis est. Vnde petebat Psalt. D.August.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, id est mortali peccato quod mortẽ inducit, quia animam à Deo aduertit, in quo eius vita consistit. Vnde nota tres fortissimas pœnalitates quas peccatum infert peccatori. Prima est cõscientiæ stimulus, quia semper pungit peccatorem de vitio quod perpetrauit. Nam talem vermem habet quilibet in conscientia sua, quantumcunque peccator, qui semper rodit ipsum de peccato, quod commisit: de quo diuersus terror oritur peccatori, quia nunc mortem, nunc iudicium, nunc ęternum suppliciũ
Sap. 17 timet. Vnde Sapien. 17. *Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia*. Vnde vitia semper sunt cruciamenta & non delectamenta illis, qui verũ
D. Hieron. iudicium habẽt rationis. Vnde dicit Hieronymus. *Ad omne peccatum erubescimus aut timemus, aut culpam facti nunc rubore vultus nunc pallore monstramus. Curre per singula, & inuenies tot cruciamenta animæ, quot vitia, & econuerso in omni bono læti sumus. Verum quia peccator semper pungitur timore, ideo nunquam securus est*. Et huic bene concordat illud quod dicit Macrobius libro primo circa finem de Dionysio tyranno, qui semel cuidam, qui ipsum beatum affirmabat, fecit apponi delicias in magna copia: & desuper posuit vnum gladiũ pendentem tenui filo capiti imminentem. Cumque prę timore iste non reputaret delicias sibi appositas, ait rex, *Sic est vita mea quam tu beatam esse putas: quomodo enim beata poterit esse quæ timere non de-*
D. Ambr. *sinit?* Vnde Ambros. libr. primo de officiis, *Peccator quamuis foris abundet deliciis & diuitiis affluat, ac honoribus fragret, tamen in amaritudine animæ suæ vita sua existit*,

existit, nec secum afferens nisi pretia scelerum suorum. Vnde vitia sunt pœnalia ipsis peccatoribus, & nequaquam delectabilia. Quia dicit Auicenna libro 8. Metaphysicę suæ, *Delectatio est ex apprehensione conuenientis cum conuenienti.* Humana autē natura, naturali quadam inclinatione abhorret vitia & peccata. Ideo planum est quod non est aliqua vera delectatio in ipsis, sed magis fortis afflictio, ex apprehensione rei disconuenientis, quia vitium est disconueniens ipsi naturæ. quia dicit Augustinus primo confession. *Omnis iniquus animus pœna est sibi*, & ideo peccatū dicitur venenum animæ, quod omnis malus primo bibit. Secunda pœnalitas peccati est, onus quod grauat animam super omnia: maxime tamen quando separatur à corpore, tunc cadunt super animam omnes malę affectiones, malę cogitationes, malę locutiones, malę operationes, & grauissimo onere deprimunt, & cruciant animam. Et hoc est quod Propheta lamentatur dicens, *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Sed heu quid accidit tunc? Certe anima præ nimia angustia vndique fugit ad organa corporis, in quibus antea sæpius delectabatur & quieuit, & requiem ibi quęrit, sed nō inuenit. Inuenit tunc cor confractum, oculos clausos, & omnia alia membra corporis mortua. Et tunc cum ingenti dolore oportet eam habitaculum corporis exire, quia ibi non permittitur amplius quiescere. Et ideo bene dicit Sapiens, *Non est in hominis ditiōne cohibere spiritum suum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingra-*

Auicenna l. 8. metap.

Psal. 37.

Eccl. 8.

ingruente bello. Ac si diceret, Non est in hominis iurisdictione siue potestate quod possit prohibere spiritum suum exeuntem de corpore, quin oporteat eum exire tempore mortis, quia tunc violenter rapitur de corpore, tamquam reus de carcere, & deducitur ad tribunal iudicis æterni, à quo recipiet mercedem secundum propria opera quę gessit. Nemo habet tunc potestatem retinendi animam suam, nec potestatem super diem mortis, vt hác differat vel auertat, pro sua voluntate. Nec etiam habet potestatem tempore mortis disponendi sua, propter pressuram morbi, & debilitatem corporis, non enim finitur quiescere ingruente bello, quando destruit naturalem complexionem, & quando patitur anima horribilem visionem dęmonum. Vnde dicit Bernardus, *Ostium nostrum maligni spiritus obsident, & aduentum nostrum illæ maligna effigies præstolantur, & hoc maxime in die mortis.* Vnde Beatus Martinus dum moreretur, videns sibi assistere dęmoně dixit. *quid hic stas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* Tertia pœnalitas est dolor perpetuus. Tanta enim erit ibi pœna, quod omnis pœna naturalis siue temporalis quasi nulla est respectu eius. Si homo esset adeo leprosus, quod ab omnibus contemneretur, tam pauper quod nullus ei cōpateretur, insuper omnes passiones quæ omnibus solent accidere pateretur. Insuper quod igneos clauos per omnia membra transfixos haberet, & vt ferrum in igneo fornace arderet, omnes istæ pœnæ essent adhuc quasi conuiuium & gaudium, respectu pœ-

S. Bernar.

narum infernalium. Vadant omnes clerici, & reuoluant omnes libros scripturæ, legant pœnas damnatorum in inferno, si possunt, tam possibile est eis inuenire quot guttæ sint in mari, & possibilius quam pœnas damnatorum quæ sunt ęternę numerare. Vnde dicitur Prouerb. 19. *Parata sunt derisoribus supplicia.* Vnde Prouer. 19
in peccatis grauissimis existentes deberent modo pœnitentiam agere, & peccata sua deflere, quia si hoc in ista vita non faciunt, vna tantũ dies veniet eis, quãdo eis erit tãtus fletus, quod si modo lana vel sericum cresceret subpedibus eorũ, vbi incederent, & si lapides in via arriderent eis, parum vel nihil esset ad futuram eorũ miseriam. Vnde dicit Bernardus de pœna damnatorum in sermone. *Singulis excessibus & membris quæ arma fuerunt iniquitatis, sua debetur pœna, pro qualitate vel quantitate criminis commissi: in quo autem membro creator plus offenditur, in illo peccator grauius torquebitur.*

Secundi qui suo modo replentur, sunt qui bonum incipiunt pænitentiam agentes, qui de peccatis redeunt ad Deum, sicut filius prodigus ad patrem. Hi quia primo incipiunt, à consuetudine peccatorum se volunt retrahere: & ideo oportet quod interius repleantur magna amaritudine, & multo mœrore ex vitiorũ delectabili consuetudine, propter quã continuũ bellũ versatur inter spiritũ & carnẽ: *quia caro concupiscit aduersus spiritũ & spiritus aduersus carnem.* Spiritus vult carnem à peccatis trahere, sed caro resistit, nec vult spiritui obedire, quia vult sequi suę delectationis consue-

tudinem,& sic anima in se affligitur amaritudine & contritione, ita quod dicit illud Ruth,
Rut. 1 *Amaritudine valde me repleuit omnipotens.* Amaritudo ista nō est ad mortem, sed in ipsa anima operatur perfectionem & salutem. Necesse enim est, ad hoc, vt anima consuetudinem peccatorum deuincat, vt se primo interius amaritudine contritionis affligat, & postea corpus quod rebellat, rigore disciplinę id est pœnitentię subiiciat. Iustum est enim, vt quando anima in se repletur amaritudine contritionis, etiam corpus exterius satisfactione puniatur. Iustum est etiam, ex quo corpus dominam suam, ipsam animam, toties peccatis occidit & intoxicauit, quod ipsa econuerso ipsum pœna exteriori pęnitentię puniat. Iustū est etiam, quod corruptibile corpus, quod incorruptibilem spiritum frequenter à Deo retraxit, ipsa etiam idipsum rigore disciplinæ sibi subiiciat, vt amplius sibi obediat, nec delectationibus consentiat, quia *contraria mutuo se expellunt.* Oportet enim quod homo castiget corpus suum, quod ipsum ad peccatum trahit, quia hoc ordo iuris postulat, vt qui deliquit secundum mensuram delicti puniatur. Vnde dicit Gregorius, *Iustum est vt peccator tanto maiora sibi inferat per pœnitentiam, quanto maiora sibi intulit damna per culpam*, eo quod contraria contrariis curantur. Sed quis est hodie qui agit veram pœnitentiam, quis est qui castigat corpus suū, & non vacet deliciis? iam pauci inueniuntur qui non abhorrent facere pœnitentiam: inspiciunt enim eius momentaneam amaritudinem,

dinem, quæ æternam inducit dulcedinem Nam videmus quod amara magis sunt vtilia, quam dulcia: sicut apparet in amygdalo dulci, quod nō est tantę efficacię in medicina, sicut amarum. Item videmus quod ruta est valde amara, sed tamen oculis est valde proficua, & stomacho valde sana, & omni veneno cōtraria. Vnde & mustela videns basiliscum, vadit & comedit rutam, & sic basiliscum non timet, sed inuadit, & interficit ipsum: sic pœnitentia licet amara, tamen vtilis est.

Tertij qui suo modo replentur, sunt qui in bono proficiunt, vt in gratia existentes, qui rectè in se agrum virtutis faciunt, in quo diuersi flores bonorum operum crescunt. In quibus Deus multū delectatur, cuius deliciæ sunt in homine floribus bonorū operū pleno. Vnde de quolibet pleno bonis operibus cōuenienter potest dici illud, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus*: quia quē Deus per suam gratiam bene dixit, ille diuersis bonis repletur operibus, cum quibus æternā vitam meretur Vnde dicitur Prouerb. *Vnusquisq; replebitur bonis suis*, idest bonis operibus suis, quibus mediante gratia multa merita acquirit: quia quidquid in gratia & per gratiam fit, totū meritorium est, quia omnia bona opera facit vitæ æternę digna Vnde dicit Augustinus ad Sixtum presbyterum, *Omne bonum meritum nostrū in nobis facit gratia*. Et ideo qui extra gratiam est, non potest spiritualiter proficere in bonis operibus, quia non potest sibi de prēmio cęlesti acquirere, nam vitam ęternam sibi nemo potest

Genes. 27.

Prouer. 12

intantum in bonis operibus, quod per talem consuetudinem peccare amplius detestatur. Puto etiam quód diabolus tantam potestatē non habeat in eo, quantā haberet si talia non faceret opera. Vnde dico breuiter, quod licet talia opera in mortali facta, non mereantur præmium cęleste essentiale, merentur tamen aliquod præmium accidentale, in quantum disponunt hominem ad pœnitentiā peragendam, qua adipiscitur vitam æternam, in qua non solum de bonis operibus in caritate factis præmiatur, sed etiam de omnibus gaudet, quæ ipsum ad peccatum detestandum induxerunt.

Quarti qui suo modo replentur, sunt qui iam sui boni operis præmium accipiunt, vt qui cursum suum consummauerunt, & cælestem patriam intrauerunt, vbi omnibus bonis replebit Dominus desiderium eorum, iuxta illud Psal. *Replebit in bonis desideriū tuum* quia secundū Bernardum *Deus continet iocunditatem omnium bonorum, ideo inuenitur in eo quidquid delectari potest singulos sensus, animam & totum corpus.* Postquam homo obtinuit quidquid anima & corpus desiderant, iam desiderium suum quiescit. Et quia totum in Deo inuenitur quidquid desiderari potest, & amplius quam creatura Angelica vel humana desiderare possit; ideo qui Deum habet, in futura vita quiescit. Et quia nullum creaturale potest in se habere simul omne desiderabile, ideo qui suam delectationem ponit in terrenis, nunquam obtinebit quod delectat. Nam si habeat quod delectat Psal. 102

 visum,

rabilis cantui Angelorum & sanctorum & omnium musicorum instrumentorum. Hæc vox erit ille dulcissimus sonus suę admirabilis sapientiæ, in cuius dulcedine omnes sancti Angeli & sancti saturari non possunt prę admiratione. Si enim Maria Magdalena in tantum delectabatur in dulcedine verbi Christi, dum adhuc esset in terris & mortalis, ita quod reliquit sororem suam solam ministrare, nec curauit comedere, sed sedebat ad pedes Domini & cum magna delectatione audiebat verba Christi dulcissima. Quia, vt dicit Augustinus, *Mira dulcedine tenebatur*. O pie Deus si tam dulcia fuerunt verba tua in terra, quam dulcia erunt ibi, vbi nunc immortalis rex regnas in patria? Vnde legitur de beato Ioanne Euangelista, quando vocatus fuit à Christo ad conuiuium cęleste, dixit, *Vox tua Domine plena suauitate melliflua & incomparabilis allocutio tua eloquijs Angelorum*. Secundo delectatur sensus visus in pulchro visibili. Et secundum hunc modum, Deus perfectissime delectat sensum visus in patria, quia videbitur illud pulcherrimum bonum, pulcherrimum omnium pulchrorum: quod tam pulchrum est quod Angeli eo saturari nequeunt, quamuis plus quam quinque millibus annis inspexerunt, quod tam pulchrum est, vt dicat Anselm. *Mallem esse in inferno & Iesum videre quam in cælo esse & sui visione carere*. Ipse enim est ille formosus Ioseph, de quo dicitur in figura Gen. & fuerunt verba patris ad Ioseph quando in morte eum benedixit, *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu, filiæ decurrerunt*

Luc. 10

B. Anselm

Gen. 49.

super

super murum. Vbi dicit glossa,quod Ioseph fuit tamformosus , quod mulieres vbi fuit stans post regem,ascenderunt murũ vt eum videre possent . Iste formosus Ioseph interpretatur idem quod Saluator, secundũ quod etiã vocatus fuit ab Ægyptiis, significat Christũ Saluatorem mundi, qui est *speciosus forma præ filiis hominum.*
Psal. 44 Mulieres huncvidere cupientes,sunt animę beatę,quę de eius pulchritudine saturari nõ possunt.Vnde propter diuinitatẽ& humanitatẽ suam,animę beatę ipsum cõtinue contemplantes , admirando dicunt illudCanti. 1.
Cant. 1 *Pulcher es dilecte mi & decorus. Pulcher* quo ad diuinitatẽ,*decorus* quantum ad humanitatem. Tertio delectatur sensus gustus in dulci gustabili, & secundum hunc modũ Deus perfectissime delectabit gustum in patria,quia tam dulcis erit,quod ipse solus est materia dilectionis, & lętitię omniũ Angelorũ,& sanctorũ: & quam magna sit altitudo huius dulcedinis nemo scire poterit,nisi cui gustare conceditur. De ista dulcedine dicit Basilius in Hexameron, *O dul-*
Basil. in Hexam. *cedo melliflua,dulcedo miranda quam dulcis es in meditatione,sed dulcior in oratione dulcißima in contemplatione, sed superdulcißima in beatitudine.* Degustu etiã huius dulcedinis dicit August. *Qui vnam guttam tuæ dul-*
D. August *cedinis Domine sentiret,pro nihilo omnia bona carnis & mundi contemneret, & millesies se morti traderet, vt ad tuam plenam dulcedinem perueniret.* Quarto delectatur sensus olfactus in dulci odorabili , & secundũ hunc modũ Deus perfectissime delectabit sensum olfactus in patria. Nam tantus erit iste odor quod repellet à Sanctis omnem dolo-

dolorem,& vitam eorũ sine fine perpetuabit. Legitur enim in vita& passione sanctę Cecilię quod Angelus sibi& suo viro Valeriano, duas coronas in testimonium virginitatis attulit de paradiso, quarum flores nunquã aruerunt, nec odoris sui suauitatẽ nunquã minuebant. Quando autem frater Valeriani Tiburtius superuenit,& hunc odorẽ sentiebat,dixit ad eos. Miror hoc tẽpore roseus hic odor, & liliorũ vnde respiret, & postea dicebat, Cõfiteor,ita sũ refectus, vt putem me totum renouatum. Si ergo rosis& lilijs paradisi tantam virtutẽ contulit,vt hominem subito possint innouare; ô quantus est tunc ille odor qui procedit,ab isto dulcissimo bono omnium bonorũ,& creatore omnium creaturarũ? Certe odor iste tã dulcis est,quod differt ab omni dulci odore, quantũ differt creator à creatura. Et ideo de eius odore dicit anima sancta, *Odor tuus super omnia aromata.* Cant.4 Quinto delectatur sensus tactus in dulci tangibili,& secundum hunc modũ Deus perfectissime delectabit in patria,qui tam delectabiliter ipsum reficiet & perficiet,quod nũquã possit amplius tangi ab aliquo sibi contrario, quia *non tanget illos tormentum mortis* vt dicitur Sap. 3. Sapient. 3 quia quidquid est suauitatis & iucunditatis, Deus ibi tactui applicabit: quia tolletur ab eo omne quod potest tristari, & dabitur omne quod potest delectare, & æternaliter confortare, quia Deus in patria erit dulcissimũ obiectum sensuum omniũ spiritualium. Erit enim speculum visui, cithara auditui, mel gustui, balsamum olfactui, flos tactui. Rogemus igitur

igitur Dominum nostrum Iesum, &c.

Dominica XXIII. post Pentecosten.

SERMO LVIII.

Phil. 3 *Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.* Phil. 3. Qui vult ambulare per aliquam viam sibi ignotam, libenter sequitur illum, cui via est nota. Sic Beatus Paulus ad tertium cælum raptus, & via caritatis illustratus, vt vias ab ipso traditas ambulemus, hortatur in verbo proposito dicens, *obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.* Circa quod verbũ ad nostrã doctrinam est sciendũ, quod quadruplicem viam debet ambulare qui spiritualiter vult proficere.

Primo debet ambulare viam pœnitẽtię, quę est via bene probata, & iuste potest dici bene probata, quia à pluribus regnãtibus in cælo est probata, quod non est tutior & certior via ipsis peccatoribus, quia deducit eos ad æternam requiem. Et ideo dicebat Sapiens, *Cum lugentibus ambula.* Eccli. 7 Deus enim cuius bonitas est infinita, proposuit homini qui fragilissimæ naturæ est, & magis inclinatus ad malum quam ad bonum propter originale peccatum, quod totam hominis naturam vitiauit & à suo debito ordine destituit, viã pœnitentiæ, quæ est via iustitiæ, quia homo in ipsa vitam suam iustificat, & ad rectam lineam bonæ vitæ deducit. Vnde dicitur Eccles. 17. *Pœnitentibus dedit Deus viã iustitiæ.* Eccli. 17 id est gratiam operandi opera iustitiæ, Et hęc via habet tres dietas, scilicet, cordis cõ-

tritio.

tritionem, oris confessionem & operis satisfactionem. Et ista via dicitur ideo via iustitiæ, quia soli iusti ambulant per eam. Vnde qui in hac veraciter vult proficere, non debet protrahere facere pænitentiam, sicut multi faciũt qui semper proponunt facere pœnitentiam, & interim venit mors, quæ prçoccupat eis viam pœnitentię: quia pœnitentia quę in fine vltimo agitur, raro est vera, quamuis tamen pœnitentia vera numquã sit sera, sed sera vix est vera; quia quod tunc videtur esse contritio, infirmitatis vel mortis est acerbatio, quod possum probare quatuor rationibus. Primo quia in articulo mortis frequenter est tantus dolor in parte sensitiua, quod in pænitente impedit vsum rationis, ne possit plene deliberare, & per consequẽs ipsum impedit, ne possit habere displicentiam sufficientem de peccato. Secundo quia talis pænitentia vt frequenter, magis fit ex timore seruili quam ex amore, quia tales plus timent iudicem quam diligant patrem. Tertio quia in tali statu habitus contrarius vt plurimum impedit hominẽ ab actu pænitendi. Iste enim habens oppositos habitus, requirit magnum conatum ad pænitendum, qui conatus raro est propter aggrauantem infirmitatem. Quarto quia in ista pœnitentia, raro habetur sufficiens motus in detestationem peccati: iste enim requireret maiorem motũ quam si esset sanus, quia oportet quod superuincat passionem dolorum insurgentium, & ita secundũ communem cursum, minus detestatur peccatum. Securum igitur

est

est vt homo quamdiu est sanus, pœniteat, quã- uis etiam in quocumque statu non est desperandum, quia pœnitentia sera dummodo sit vera, semper prodest ad salutem. Deus enim omni tempore potest facere opus suum. Pœnitentia autem est opus Dei, & ideo quocunq. tempore & quantumcumque vltimo, potest Deus infundere pœnitentiam.

Secundo debet ambulare viam sapientiæ, quæ est via bene ornata. Et ideo potest dici via ornata, quia est diuersis virtutum floribus
Esaiæ 2 plena. Ad quam inuitat nos Isa. 2. *Venite ascendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob & ambulabimus in semitis eius.* Specialiter tamen via Sapientię est illa via regia pulcherrima, quam Rex Regum in Euangelio docuit, quæ deliciis spiritualiũ gratiarũ affluit, quæ suis delectabilissimis passibus, ducit ad regnum perpetuum. Hæc est illa serenissima via quæ plena est splẽdore diuinarum gratiarum, & æternarum delitiarum, quia dicit Gregor. in moralibus. *Serenissima ac suauissima lux est sapientia cælestis, quæ intellectum suo splendore illuminat & affectum mellifluo amore inebriat.* Hæc est illa regina & Domina omnium scientiarum, & ars artium, quæ sua vtilitate omnium Philosophorum scientiã transcẽdit. Quid enim docet scientia omniũ Philosophorum nisi tantum cognoscere creaturã non creatorem? Docet tantũ concludere hominibus per rationem, non diabolo. Docet tantum acquirere virtutes morales, non caritatem. Sapientia vero quæ nobis à Christo est tradita, doçet non solum cognoşcere creatu-

ram, sed etiam creatorem & de creaturis tantum accipit, quod de eis speculum facit, in quo creatorẽ suum videre possit, quia dicit Hieronymus super Danielem, *Sapientia est margarita cælestis splendens in speculo cordis, & est lux quædam veritatis purissima, totam mentem irradians ad contemplandum Deum.* Docet etiam non solum concludere hominibus, sed etiã diabolo: hominibus per simplicem veritatem Spiritus sancti, cui nullus hominum resistere potest diabolo per bonam vitam, & orationem deuotam. Docet etiam non solum acquirere virtutes morales, sed etiam virtutem charitatis, qua habita habentur omnes virtutes. Beatus ergo ille, qui hanc viam Sapientiæ quam Christus docuit, ambulat: quia tali Christus non solum in præsenti dat vitam temporalem, sed etiam in futuro dat vitam spirituale. Vnde de hac sapientia dicitur Prouerb. *Via eius via pulchra & omnes semitæ eius pacificæ*, id est, omnes doctrinæ & omnes actiones quæ in Euangelio continentur, pulchræ sunt quia diuinæ, & quia sua perfectione antiquæ legis vsum & ordinem transcendunt, & omnia iussa eius ad æternam patriam ducunt. Et post dicitur, *signum vitæ est his qui apprehenderunt eam & qui tenuerit eam beatus*, quia sicut lignum vitæ in medio paradisi conseruat vitã naturæ in suo esse naturali: sic Sapiẽtia quam Christus docuit, conseruat in suo esse naturali, quia his qui viam eius sequuntur est vita animæ. Viuificat enim eos suo corpore & sanguine in præsenti, & in futuro vita æterna, & ideo Christus bene dicitur esse lignum vitę Prouer. 3

T. t plan-

plantatum in paradiso deliciarum cuiuslibet deuotæ animæ, in qua suas delicias quærit verus sponsus animarum, quia tales conseruat à morte & à senio, id est, ab omni defectu tēporali & æternali. Vnde nota tres effectus altissimi Sacramenti. Primus est quod qui corpus Christi digne sumit, illius bona conuertit ad magis bona, & illius mala facit esse non mala: quia omnia venialia tollit ab eo. Dicit etiam Innocentius, *Eucharistia liberat à malo* conseruat in bono, delet venialia, cauet mortalia. Et quãuis hoc Sacramentum valde bonum sit bonis, tamen valde malum est malis. Est enim cibus vitę, quo ad æternam vitam, digne sumentibus, & cibus mortis quo ad mortem æternam, his
Apoc. 22 qui indigne sumunt. Et qui *iustus est in hoc magis iustificatur, & qui in sordibus est magis sordescit* Et hoc bene videmus in natura, quod eadem dulcedo vnius & eiusdem floris fit mel in apibus, & in aranea fit venenū: sic etiam dulcedo vnius Sacramenti conuertitur in peccatoribus in venenum, quia in mortem æternam. Iuxta il-
1. Cor. 11 lud Apostoli, *Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit*. Indigna enim communio mentem excęcat, Deum irritat, vitam temporalem abbreuiat, æternaliter damnat. Qui enim indigne sumit hoc Sacramentum, similis est Iudę, qui postquã cum Christo cœnauit, ipsum tradidit: similis est etiam Absalo-
2. Reg. 13 ni, qui *inuitauit fratrem suum Amon ad conuiuium & postea ipsum occidit*. Secundus effectus est quod gratiam & virtutes auget. Vnde dicit Innocentius, *Post huius Sacramenti efficaciam, etiam vniuersa*

sæ virtutes augentur & omnes gratiarum fructus exuberant, quia ex istius Sacramenti perceptione, homo magis radicatur in charitate,& firmiter Deo per gratiam vnitur.Nam sicut cibus naturalis solũ prodest viuis, & conseruat vitam naturæ: sic iste cibus solum prodest illis qui spiritualiter viuunt in Deo, & conseruant vitã gratiæ. Vnde dicit Saluator, *Caro mea vere est cibus*,cuius virtus talis est,quod animas satiat & vitã animarum confortat,& virtutes augmentat,& delectationes spiritus conseruat.Tertius effectus est quod auxilium bonæ mortis confert. Quapropter Presbyter semper debet habere hostiam promptam, vt si contingat aliquẽ infirmari, statim possit eum communicare,ne sine communione moriatur, & vnusquisque sanus homo semper debet se disponere ad sumendũ corpus Christi Sanctissimũ, præcipue tamen in magnis festiuitatibus. In principio enim sanctę Ecclesiæ,populus Christianus quotidie communicabat, propter innocentiam, quam in baptismo receperunt,& etiam propter charitatis feruorem, & deuotionis per donationes Spiritus sancti. Sed quia postmodum charitas refriguit & in pluribus innocentia baptismalis deperiit,ideo tunc statuit Papa Anacletus,vt toties homines communicarent,quoties ad Ecclesiã venirent.Sed quia multi Ecclesiam frequentabant,qui se ad communionẽ non pręparabant, ideo instituit Papa Fabianus,quod ter in anno communicarent saltem, sed non frequentius, scilicet in Pascha & Pentecoste & in natiuitate Domi- Ioan.6

Tt2 ni,

ni. Et quia his tribus temporibus homines negligentes & pigri erant, ideo statuit Innocentius, vt homines saltem semel in anno cõmũnicarent, vt sic consequantur prędictos tres effectus istius altissimi Sacramenti.

Tertio debet ambulare viam disciplinę, quę est via ordinata, & bene potest dici ordinata, quia hominem ordinat, non solum ab intra, sed etiam ab extra in bonis moribus, & virtutibus, vt homo recte fiat puellaris, & quasi terrestris Angelus in sua conuersatione vt cum Apostolo recte dicere possit, *nostra conuersatio in cælis est*, id est, cælestis & Angelica est. Vnde idem Apostolus ad sic ambulandum nos hortatur dicens Eph 5. *Vt filij lucis ambulate*: quia talis homo non solum interiores vires animę suæ, sed etiam exteriores sensus corporis sui bene ordinat: vt se spiritualiter habeat & vt exemplar luceat, & ab omni motu illicito se contineat. Et hoc de perfectione spiritualis disciplinę, quia dicit Hugo, *Disciplina est omniũ mẽbrorũ motus ordinatus, & dispositio decens in omni habitu & actione*, & ideo qui in vita spirituali vult proficere, debet ambulare viam spiritualis disciplinæ, quę est ordinata via spiritualis vitæ. Iuxta illud Prouer. 10. *Via vitæ custodienti disciplinam*, & hoc ideo, quia ducit hominem de vita actiua ad vitam contemplatiuam. Quanto enim magis homo in seipso ordinat per spiritualem disciplinam motus exteriorum sensuum, & ipsos trahit à terrenis delectationibus; tanto magis in interioribus sensibus disponitur ad contemplandum Deum. Vnde dicit Augustinus in soli-

Philip. 3

Eph. 5

Prou. 10

soliloquiis, *Quando fueris talis, vt nihil prorsus terrenorum te delectet, crede mihi, eodem momento, eodem puncto temporis videbis quod cupis.* Et ideo optimum est ad hoc quod homo veniat ad vitam contemplatiuam, quod omnes sensus corporis trahat ab exterioribus ad interiora, in spiritualem cultum, ita quod quicquid carnalis concupiscientię ipsos inuadere potest, totum contemnat & vilipendat, vt sit tamquã mortuus mundo, qui sensus nõ habet, quia cęcus dici potest, quia strepitũ & clamorẽ huius mundi non aduertit. Gustũ nõ habet, quia nihil tẽporalis dulcedinis sapit. Tactũ non habet quia omnẽ carnalẽ delectationẽ tamquã mortẽ fugit. Vndę talis homo huic mundo mortuus est, quia ab ęxterioribus se abstrahit, & de carne ad spiritum trãsit, vbi se totaliter in seipso recolligit: vnde creatorem suum contemplari possit, cũ quo solummodo esse appetit. Vnde Augustinus in persona Christi, dicit cuilibet deuotæ animæ, *Si vis progredi in me, exi de te, & ego transiens per te, ducam te ad me, & sic nec te, nec aliquid in vlla re amabis, nec laudabis præter me.* Vnde nota quod homo per spiritualem disciplinam debet ordinare omnes sensus debitè. Primo debet ordinare sensum visus, cuius debita ordinatio in hoc consistit, vt homo oculos suos ab omnibus mũdi vanitatibus auertat. Vnde dicit Bernardus in Epistola, *Teipsum semper aspicias, te ipsum sollicite semper custodias, vt autem te ipsum custodias, ab omnibus oculos tuos auerte.* Impossibile est enim vt homo oculos suos semper ad exteriora conuertat, & quod cor suum motum ab eis non recipiat,

piat, nam oculi sunt maxima via ad peccandū Vnde petebat Psalmista, *Auerte oculos meos ne videant vanitatem*. Hoc ideo dixit, quia bene sciuit quod quicquid oculus libenter videret, hoc etiam libenter concupiscit. Vnde non licet videre quod non licet concupisci. Si Eua pomū vetitum non vidisset, vtique non concupiuisset. Et si Dyna filia Iacob Patriarchæ ad videndum vana non iuisset, violata ab homine non fuisset. Testimonium autem, quod iste sensus visus sit perfecte ordinatus, est, vt homo propter amorem sui creatoris ab omni creatura desistat, & oculum mentis suæ ad ipsum conuertat, quia vbi amor ibi oculus. Quia dicit Beatus Augustinus in libro confessionum. *Resiste seductioni oculorum meorum, ne implicentur pedes mei quibus ingrediar viam tuam Deus meus, & erigo ad te inuisibiles oculos meos, vt & tu euellas de laqueo pedes meos.*

Psal 118.

Gen. 3.

Gene. 34.

D. August

Secundo debet homo per spiritualem disciplinam debitè ordinare sensum auditus. Quem tunc homo bene ordinat, quādo ipsum ad omnia impudica obstruit, & obturat, ita quod nec verbis inutilibus, nec in verbis mundanis delectatur, Talibus enim verbis cor cito polluitur, maxime in canticis secularibus, quia talibus cantilenis impudicis, cor hominis cito mouetur ad malum, quia vnumquodque simile delectatur in suo simili, & quia tunc sensus auditus est corporalis & terrestris naturę, ideo in carnalibus & terrenis canticis multum delectatur, nisi fiat resistentia naturæ per rationem. Vnde dicit Augustin. de quatuor chordis. *Quare ambularemus delectati vanis cantilenis nulli rei profutu-*

D. August

tutis, ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus enim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur, & decidunt à virtute defluentes, & in amaritudine digerũt, quod cum tẽporali delectatione & dulcedine bibe-rant. Testimonium autem quod iste sensus auditus sit debite ordinatus, est vt homo aures suas ab omnibus impudicis & illicitis auertat, & ad verbum Dei se totaliter conuertat: quod est quoddam suauissimum canticum animæ, & quædam dulcisona cantilena, omnes vires animæ reficiẽs, & perficiens. Vnde dicit Bernardus, super illo. *Beati qui audiunt verbum Dei. Vultis noscere quam bene quidem sonans in auribus animæ vox diuina conturbat & terret, diiudicatque, sed continuo si non auertis aurem viuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mũdatque, denique cibus noster est & gladius & medicina, requies & confirmatio & consummatio nostra est.* Tertio homo per spiritualem disciplinam debet debitè ordinare sensum gustus, vt modum in edendo & bibendo teneat, ne nimis ab ijs terrenis delectationibus capiatur, quia per hoc homo in seipso deordinatur, & inhabilis efficitur ad gustum æternæ dulcedinis. Vnde dicit Bernardus de diligendo Deum: *Gustato spiritu necesse est desipere carnem, affectanti cælestia terrena non sapiunt, æternis inhianti fastidio sunt necessario transitoria.* Vnde testimonium quod iste sensus gustus sit debitè ordinatus est quando homo diuinã dulcedinem adeo degustauit, quod sibi omnẽ dulcedinem temporalẽ amaricauit. Qui enim semel dulcedinem diuini amoris gustauit, & scit quam suauis est Dominus, ille nihil in rebus

D. Bernar.

buscreatis inuenit in quo delectari possit. Vnde dicit Bernar. *Quem amor tuus inebriat, nouit quid Iesus sapiat, Felix gustus quem satiat, non est vltra quod cupiat.* Quarto debet homo per spirituale disciplinā debite ordinare sensum olfactus, qui tunc est bene ordinatus, quando homo seipsū modificat, ita quod non excessiue delectatur in rebus redolentibus, quia nihil est tam modicum in terrenis delectationibus, quin sit bene nociuum, & causa impeditiua in ęternis delectationibus. Odor enim specierum aromaticarum quando fieret propter eleuamen cordis vel capitis, non multū noceret vel impediret hominem. Sed quando homo nimiam delectationē quęrit in ipsis, ita quod etiam per earum odorem cupit aliis placere, & quod alij in ipso delectentur, & quamuis principium huius rei sit leue, tamen ex hoc interdum plura inconuenientia sequuntur, quia ex leuibus peccatis interdū valde grauia sequuntur, quia etiam peccata venialia parant viam ad mortalia.
D. August. Vnde dicit Augustinus super canonica Ioā. *Non est peccatum adeo paruum, quod non crescat neglectū, non enim considerandum est quid fecerit homo, sed quem offenderit, quam bonus, quam benignus, quam pius.* Testimonium autem quod sit debite ordinatus iste sensus olfactus, est, quādo homo sic ardet in diuino amore, quod nihil eum in ista vita delectat quam ille spiritualis odor virtutum, & cælestium gaudiorum, qui ab ipso virgineo flore procedit, qui suo dulcissimo odore omnes Angelos & Sanctos reficit in cælo. De cuius etiā odore sponsa dicit in Cant. 4. *Odor vnguen-*
Cant. 4

guentorum tuorum super omnia aromata. Vnde dicit Cyprianus in Epistola. *Mens quæ plena est diuino amore, iugiter flagrat desiderio æternorum, & super omnia ei redolent aromata virtutum & cœlestium gaudiorũ.* Cyprian.
Quinto debet homo per spiritualem disciplinam debite ordinare sensum tactus, quia tunc bene ordinatur, quando homo ipsum in debita puritate conseruat, ne carnalibus immundiis maculetur. Vnde quando ipse spiritus tale dominiũ & libertatem super corpus obtinet, ita quod ipse spiritus imperat, & caro obedit, tunc homo in se est bene ordinatus: quia tunc caro per libertatem spiritus ab omni illicito tactu conseruatur. Et propterea dicit August. ad Comitem, *Caro data est nobis quasi anima bellum; quæ si mortificetur, adducit vitam; si nutritur, parat se ad bellum; laudabo autem illum qui carnis suæ habet potestatem* Testimonium autem quod iste sensus tactus sit bene ordinatus, est quod homo corpus suum in vera castitate custodit, & quod talis castitas corporis à vera radice interioris puritatis ipsius spiritus procedat: nam talis castitas nobilitat totam naturam hominis & ipsam de suo esse naturali in quoddam Angelicum & supernaturale esse conuertit. Vnde dicit Chrysostomus, super Matt. *Omnes virtutes spirituales res sunt Angelicæ, præcipuè tamen castitas res est Angelica: per hanc enim homines singulariter Angelis assimilantur & vincitur natura virtutibus*. Signum autẽ verissimum quod homo habeat in se castitatem est, quando sentit spirituales influentias, & diuinos attactus: nã talibus, quia solummodo puritati & non aliis intendunt, Christus ve- D.August. Chrysost.

rus amator puritatis largus diuinos attactus per inspirationes spirituales immittit. Et propter hoc dicit sponsa castitatis de sponso suo
Cant. 5. Christo in Cant. *Dilectus meus misit manum per foramen & venter meus tremuit ad tactum illius*, Ac si dicere vellet, *Dilectus meus misit manum* suæ deificæ dulcedinis, & consolationis *per foramen* suæ occultæ inspirationis, & influitionis, *Venter meus*, hoc est ipsa memoria animæ meæ, *tremuit* amicabili tremore, ad tactum suæ dulcissimæ inspirationis & influitionis.

Quarto debet homo ambulare viam perseuerantiæ, quæ est via, consummata & bene potest dici consummata via, quia finis & consummatio omnis laboris humani est, nam prƺmium non inchoantibus sed tantùm perseuerantibus promissum est. Quia dicit Saluator Math. *Qui perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit*. Vnde & in signum perseuerantiæ scriptũ est de Helia, *quod ambulauit in fortitudine cibi illius xl. diebus & xl. noctibus vsque ad montem Dei Oreb*. 3. Reg. 19. Tunc enim placet Deo nostra cõuersatio & actio, quando bonũ quod inchoamus perseueranti fine complemus. Et ideo perseuerantia dicitur virtus perfectissima, quæ est omnium bonorum operum & virtutum finis, & cõsummatio, & ex hoc prouenit illud quod nulla virtus tantas sustinet insidias à diabolo, quemadmodum perseuerantia, quia omnibus virtutibus coronam meretur. Vnde dicit Beda, Omnes virtutes currunt ad stadium, sed sola perseuerantia accipit brauiũ. Et ideo qui vult coronari & præmium à Deo recipere, de-

Matt. 10

3. Reg. 19

debet vsque in finē in via perseuerantiæ proficere, quia qui à via perseuerantiæ deficit, à via rectā æternæ patriæ deficit, & ideo dicitur Eccl. 2. *Væ ÿs qui perdiderunt sustinentiā*, id est, perseuerantiam boni operis non compleuerunt, *& qui deliquerunt vias rectas* scilicet, mandatorum Dei, ex defectu perseuerantiæ & longanimitatis. Et ideo notandū est, quod duo sunt genera hominum in mundo, quibus nullum præmium datur in æterna vita. Et est tertium genus, quod solum meretur à Deo pręmiū recipere. Primi sunt illi qui nec bonum incipiunt, nec proficiunt, sed in malitiis suis vsque in finem perseuerāt. Quamuis enim tales interdum aliqua bona, siue ex naturali inclinatione, vel propter laudem hominum faciant, tamen quia in mortali sunt, ideo de cælesti pręmio nihil merentur. Vnde dicit Augustinus. *Sicut non impediunt à vita æterna iustum quędā peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur: sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera in mortalibus peccatis facta, sine quibus vita cuiuslibet pessimi hominis difficile inuenitur.* Secundi sunt, qui bonam vitam incipiunt, sed tamen non perficiunt. Et ideo talium hominum multi sunt, qui apud homines iusti & sancti reputantur, tamē quia ceciderunt à gratia, ideo mali reputati sunt in oculis Dei. Vnde etiam in nouissimo die multi talium hominum, vt dicit Veritas, dicēt, *Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & signa multa fecimus?* Tertij sunt illi qui bonam vitam incipiunt & perficiunt. Sed tamen quia eorum conuersatio manet occulta, ideo apud homines

Eccl. 2

August. li. de spirit. & litera.

nes adhuc tales putantur, quales fuerunt nescientes quod pœnitentiam egerunt. Ipsi tamen in oculis Dei iusti & sancti reputantur. Et ideo multi apud Deum reprobi putati sunt, qui apud homines sancti iudicantur. Et econuerso multi apud homines reprobi esse iudicantur, qui apud Deum iusti & sancti esse reputantur, & hoc interdum fit iudicio Dei occulto, quod quia ignoramus fallimur in nostra æstimatione. Et ideo dicitur, *Sunt iusti quibus*
Eccl. 8 *mala proueniunt*, scilicet afflictiones, vt Lazaro, *quasi opera*, scilicet, mala egerint *impiorum, & sunt impij qui ita securi sunt, quasi facta iustorum habeant*, quia Deus in præsenti vita tales non affligit, ideo apud homines sancti reputantur, quamuis reprobi sunt apud Deum.

Dominica XXIIII. post Pentecosten.

SERMO LIX.

Col. 1 NOn *cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis Dei, &c.* Colos. 1. Amicus receptus apud aliquem principẽ solet pro amico suo intercedere, vt aliquod bonũ temporale à principe consequatur: sic Apostolus omnium fideliũ amicus, vt à summo principe bonum spirituale consequamur, se intercedere pro nobis ostendit in verbo proposito cũ dicit, *Non cessamus pro vobis orãtes & postulãtes, vt impleamini agnitione volũtatis Dei.* Circa quod verbum ad nostram doctrinam est sciendũ, quod oratio nostra quatuor modis debet esse dispo-

disposita vt Deo placeat,& ab eo exaudiatur.

Primo debet esse serena vt ex corde puro procedat. Videmus enim ad oculũ quod riuulus emanãs à fonte nõ potest esse serenus, nisi fons à quo emanat sit purus: sic oratio nostra procedens à fonte cordis, non potest esse serena, nisi ipsum cor à quo emanat sit purum à mala affectione, à mala intentione & à mala actione. Hæc autẽ reprehendunt & coinquinant cor. Et ideo quando cor hominis ab iis est purificatũ, tunc oratio nostra fit sincera & à Deo exauditur. Vnde dicit Psaltes, *Orabit ad te omnis sanctus*, id est purus & mundus, quia sanctũ idem est quod mundũ. Et Ioan. in sua canonica dicit, *Si non reprehenderit nos cor nostrũ, fiduciã habemus ad Deũ quia quicquid petierimus accipiemus*. Sed si cor nostrũ est impurum, tunc oratio nostra non exauditur. Vnde dicit Propheta, *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus*. Et August. dicit, *Nisi sit conscientia tua pura de peccatis, à Deo non exaudieris, munda tantũ cubiculũ cordis, & intus erit qui exaudiet*. Vnde nota tria quæ faciunt cor purũ & mundum. Primũ est fidei illuminatio, quia quando Deus lumine suæ fidei cor illuminat, tunc ipsum ab omni nubilo erroris purificat. Vnde dicit Apostolus Petrus, *Fide purificans corda eorum*. Talis autem purificatio multũ disponit orationem ad hoc, vt à Deo exaudiatur, quia qui hæsitat in fide non est dignus exaudiri. Vnde dicit Iacobus, *Postulet in fide nihil hæsitans* & subditur de hæsitante *non æstimet homo iste quod aliquid accipiet à Deo*. Secundũ quod cor facit purum, est propriorum defectuum consi-

Psal. 31
Psal. 65
D. August.
Act. 15
Iacob 1.

consideratio. Talis enim consideratio ad modum speculi maculas ostendit, & dat aquam contritionis quæ cordis maculas tergit. Et illud figuratū est in veteri lege de lauacro tabernaculi, de quo scribitur quòd habebat speculum exterius, vt ingredientes tabernaculum immunditiam suam videre possent, & interius aquam vnde eam lauarent: quia sæpe fit, quando homo defectus suos in seipso considerat, quod tantū de ipsis dolet, quod aquā lacrymarum effundit quibus ipsos penitus abstergit. Talis autem purificatio multum disponit orationes nostras, vt à Deo exaudiantur. Exemplum habemus de Tobia cui dixit Angelus, *quando orabas cum lacrymis, ego obtuli orationē tuam corā Domino.* Item habemus exemplum de Ezechia rege qui orauit cum lacrymis & exauditus est. Vnde demandatum fuit ei per Isaiam, *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas.* Tertium quod cor purificat, est pia compassio, vt quando homo compatitur pauperibus, & eis est misericors in eleemosynarū largitione. Talis autem compassio cor purificat à peccatis, de quibus homo perfecte non satisfecit, & à pœna purgatorij ad quam obligatus fuit, *quia sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatū.* Vnde dicit Saluator, *Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis,* id est, omnia peccata vestra, de quibus non satisfecistis Deo, mundabuntur in vobis. Talis autem purificatio multum disponit homines, vt exaudiantur in oratione à Deo. Vnde dicitur. *Frange esurienti panem tuum,* sequitur, *tunc inuocabis & Dominus exaudiet te,* quia

Exodi 38 · Tob. 12 · Esaiæ 38 · Eccli. 4 · Matth. 6 · Esaiæ 58

non

non est dignus exaudiri qui non exaudit pauperes. Vnde dicit Sap. Prouerb. 21. *qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse & non exaudietur.* Prouer. 21

Secundo, vt oratio nostra exaudiatur, debet esse discreta. Videmus enim ad oculū, quod qui indiscretè petit, vt frequentius non exauditur. Sed si vult exaudiri, oportet, quod discrete formet suam petitionem. Sic omnis actio & operatio debet fieri cum discretione, quia omne quod fit sine discretione est incrementū vitiorum, & ruina virtutū. Vnde dicit Isidorus. *Quicquid boni cum discretione feceris, virtus est; quidquid sine discretione gesseris, vitium est.* Virtus indiscreta pro vitio reputatur. Cum ergo omnis virtus & omnis bona operatio, debeat fieri cum discretione, sine qua nulla virtus vera est, & sine qua nullum opus bonum est: ideo necessario requiritur ad hoc, vt oratio nostra sit bona & virtuosa, quod fiat cum discretione, quia sine discretione oratio nullius efficaciæ, vel virtutis est: *quia oratio iustorum exaudietur,* vt scribitur Prouer. 15. Hoc est eorum qui iuste & discrete Prou. 15 petunt, & ideo multorum orationes non exaudiuntur, qnia sine discretione fiunt. Vnde Saluator duobus discipulis ait, *Nescitis quid petatis,* quasi diceret, Stulte & sine discretione petitis: & quia sic petebant, ideo Saluator non annuit precibus eorum statim. Vnde si volumus à Deo exaudiri, tunc debemus cum discretione petere: quia dicit Damascenus, quod *oratio est petitio decentium à Deo,* & ideo quando petimus illa quę decent petere, tunc cum discretione Matth. 20 Damasc.

tione petimus & exaudimur. Vnde nota quod multis modis non exaudimur quando petimus, Primo quãdo petimus pro aliquibus nobis nõ expediẽtibus, vt quando petimus, quod Deus nos eripiat à malis tentationibus, & tribulationibus, & istorũ petitio nõ est discreta, quia sunt nobis interdũ vtiles, quia dicit Hieron. *Sæpe contra nos petimus quæ pro nobis esse æstimamus cut sentit Apostolus.* Secundo nõ exaudimur interdum, quando petimus pro temporalibus, & hoc ideo quia sine discretione. Petimus n. pro ijs quibus bene & male vti possumus, & ideo nõ debemus determinatè petere, quia illa sunt illi committenda, qui bene nouit quid nobis melius expediat. Sed si volumus discrete petere, tunc debemus pro ijs determinate petere quibus sẽper bene vti possumus, vt est æterna beatitudo, & ista debet esse vnica petitio nostra. Vnde dicit Psalmista, *Vnam* scilicet petitionem, *petij à Domino, hanc requiram vt inhabitem in domo Domini*. Multa alia debemus petere, quibus semper bene vti possumus ad istam beatitudinem acquirendam, vt sunt virtutes & dona Spiritus sancti, & alia dona diuinarum gratiarum. Temporalia autem non debemus petere, nisi prout per ea solũmodo possumus sustentare naturam, & prout sunt quędam instrumenta quæ nos disponunt ad virtutes: ita quod in omnibus istis petitionibus semper discretionem habeamus. Vnde dicit Bernardus, *Tria tantum postulare debemus, duo scilicet huius temporis, bona quidem corporis & animæ, tertium vero æternum, scilicet beatitudinem. In prima petitione, scilicet*

D.Hieron.

2. Cor. 12.

Psal. 26

D.Bern.

pro bonis corporis cauenda est superfluitas. In secunda petitione, scilicet, pro bonis animæ cauenda est impuritas, ne scilicet requirantur animæ virtutes ad ostentationem. In tertia, scilicet, pro beatitudine cauenda est elatio, ne scilicet, vita æterna requiratur ex fiducia propriorũ meritorum. Tertio non exaudimur, quia voluntas nostra est corrupta malis intentionibus, & hoc ideo, quia talis oratio non est discreta, vbi non est bona voluntas, & bona intentio, & ideo talis oratio nõ impetrat quod postulat, sed magis iram Dei prouocat. Vnde dicit Chrysost. *Vidisti aliquem euntem ad furta orare Deum vt prosperetur in furto? quod si fecerit, non solum non adiuuatur, sed amplius traditur, quia nescit iustitia Dei patrocinium dare criminibus.* Quarto quidam indiscrete petunt, quia sunt in peccatis mortalibus. Multi enim sunt grauati valde peccatis grauibus, & tamen maiorem confidentiam habent de orationibus suis, quam valde boni, & iusti homines: sed Deus non exaudit orationes eorum, quia sunt in mortalibus peccatis, Vnde dicit Isa 59. *Peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.* Ecce si es in peccatis mortalibus, & petis à Deo regnum suum, nõ dabit tibi illud. Si enim mille annis cum lacrymis peteres, non daret tibi illud, quia *Deus sic peccatores non exaudit.* Sed si vis vt Deus te exaudiat, tunc cum discretione petas, vt, scilicet, primo petas, quod tibi sit propitius, dicendo, O pie Deus, ego peccator peccaui in te, & coram te, fac hodie misericordiã tuam mecum, & da mihi veram contritionẽ de peccatis meis. Et si sic instanter petis, non dubium quin exaudiet te. Et quando tunc li-

Chrysost. in Matth. cap. 22.

Esaiæ 59.

Ioan. 9.

ber es à peccatis, tunc pete ab eo regnũ suum & dabit tibi illud. Vnde simpliciter dicendo, non est verum quod Deus peccatores non exaudit, sed semper cor contritum & humiliatũ.
August. Vnde dicit Beatus Augustinus, *Si Deus peccatores non exaudiret, frustra ille publicanus dixisset, Deus propitius esto mihi peccatori.*
Lucæ 18. Quinto quidam indiscrete petunt, quia non dimittunt in se peccantibus: & ideo non merentur exaudiri.

Tertio vt oratio nostra exaudiatur, debet esse ordinata. Videmus enim quod oratores ordinate sua verba proponunt. Videmus enim quod ignis prius in seipso calescit, quam aliis calorem tribuat. Sic oratio nostra si debet exaudiri, igne charitatis debet accẽdi, & ordinari, quia si charitas est bene ordinata, tunc omnis actio nostra bene ordinatur, Et ideo dicit
1. Cor. 16. Apostolus 1. Corint. 16. *Omnia secundum charitatem fiant in nobis.* Et sponsa gloriatur de hoc in Canti.
Cant. 2. dicens, *Ordinauit in me charitatem*, quia ipse Deus hanc charitatem solummodo in homine operatur. Et ideo qui vult vt oratio sua exaudiatur, videat si charitas in ipso sit ordinata, quia omnis actio nostra habet virtutem merendi & impetrandi ex radice charitatis, quæ in hoc consistit, vt mandata Dei custodiamus, quia
1. Ioan. 5. dicit Ioan. in canonica sua. *Hæc est charitas Dei, vt custodiamus mandata eius.* Vnde Saluator dicit Io-
Ioan. 15. an. 15. *Si manseritis in me*, scilicet per veram charitatem, & *verba mea*, id est, mandata mea *in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis & fiet vobis.* Vnde oratio quantumcunque breuis, si procedit ex vera charitate vnius hominis Deo obedientis,

dientis, magis meretur exaudiri quam si infinita esset absque caritate hominum Deo non obedientium. Vnde dicit Augustinus, *Melior est vnica & breuis oratio obedientis, quam decem millia contemnentis.* Vnde nota quod caritas in nostra oratione debet esse triplex. Primo debet esse extensa, vt non solum oremus pro amicis & benefactoribus, sed etiam pro inimicis & malefactoribus, quia vera caritas ad omnia extendit se. Vnde Augustinus, *Caritas nescit inimicos.* Sed quamuis tantummodo exaudiamur pro illis qui prædestinati sunt; tamen quia incerti sumus de ista prædestinatione, ideo non solũ debemus orare pro iustis, sed etiam pro iniustis: precibus enim sanctorum vt obtineãtur, prædestinata sunt. Vnde dicit Gregor. *Obtinere nequaquam possunt qui prædestinati non fuerunt, sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt vt precibus obtineantur.* Secũdo debet esse continua, quia caritas si vera est hominem nequaquam tepescere facit in oratione. Vnde dicit Bernardus, *Tomine qui te diligunt non tepescunt.* Vnde sine intermissione debemus orare iuxta quod dicit Saluator, *Oportet semper orare.* Semper orat qui Deum sine intermissione diligit. Vnde dicit Glossa super Psalm. 34. *Nunquam desinit orare qui nunquam desinit amare.* Caritas enim amor est. Tertio debet esse feruida. Caritas enim omnia feruida facit. Et ideo quando oratio nostra est feruida, signum est quod caritas in nobis vera est, & ideo Propheta eam desiderabat esse feruidam dicens. *Dirigatur Domine ad te oratio mea sicut incensũ in conspectu tuo.* Et notabiliter dicit in-

Bernard.

Lucæ 18

Psal. 140.

censum. Incensum enim habet in se tria, scilicet, leuitatem in fumo, ardorem, & odorem. Sic vera feruida oratio debet in se habere leuitatem in humilitate, quia sic faciliter ad Deum ascendit. Vnde dicit Sapiens. *Oratio humiliantis se nubes penetrat*. Et hanc leuitatem facit caritas, quia sicut in corporalibus quæ magis habent de igne magis sunt leuia, quia ignis semper vult ascendere, & mouetur sursum: sic in spiritualibus illa quæ magis habent de caritate, magis spiritualiter sunt leuia. Vnde Augustinus, *Amor meus pondus meum, eo feror quocunque feror*. Secundo debet habere ardorem in desiderio, quia talis oratio multum efficax est, quæ procedit ex ardenti desiderio. Vnde dicit Augustinus, *Valentiores voces apud sacratissimas aures Dei non faciunt verba nostra, sed desideria*. Tertio debet habere iustitię ordorem ita vt ex vera deuotione & intentione procedat, & sit quasi myrrha electa, & det ordorem suauitatis corã Deo. Vnde dicit Chrysostomus, *Sicut thymiama bene confectum delectat hominem odorantem, sic oratio iusta suauis est ante Deum. Vis autem scire dignitatem orationis. Mox vt de ore processerit, suscipiunt eam Angeli manibus suis, & offerunt eam ante Deum*. Quarto vt oratio nostra exaudiatur, debet esse quieta, ita vt à quieta conscientia procedat. Videmus enim quod speculum & aqua si moueantur, & non quiescunt, rem præsentem nunquam debite repręsentant. Sed quia sensus exteriores frequenter impediunt internam quietem consciẽtiæ, quia sunt fenestræ, per quas mors & motus malarum cogitationum & delectationum

D.August.

D.August.

Chrysost.

tionum intrant, ideo ſunt claudendi peſſulo diſciplinæ & humilitatis, vt quieſcant, ne ſe ad vanitates ſęculi, & illicita moueant, & ſe aperiendo conuertant. Vnde dicitur Iſa. 26. *Intra cubicula tua*, id eſt, internas quietes conſcientiæ tuæ, & *claude oſtia tua*, id eſt, exteriores ſenſus tuos. Et quando iſti ſunt bene clauſi, quantum ad exteriores occupationes, tunc homo debet habere internam quietem conſcientiæ ſuæ, & ſic cum Deo loqui in oratione ſua. Vnde dicit Saluator, *Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum*, id eſt, conſcientiam tuam. Nihil enim eſt vtilius homini deuoto, quam quieta conſcientia, quia ipſa eſt illa dulciſſima arca, ex qua volat oratio deuota tamquã gratiſſima columba Spiritus ſancti, quia oratio deuota ſolummodo à ſpiritu ſancto eſt, iuxta quod dicit Apoſtolus, *Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id eſt, poſtulare facit, & ideo cito ad eum volat, & pacem internam nobis impetrat, vt in figura Gen. 8. habemus, quod *Noe dimiſit columbã ex arca: at illa venit ad veſperã portans ramũ oliuæ vireſcentibus floribus in ore ſuo*. Per iſtum Noe, qui interpretatur requieſcens, poſſumus intelligere quemlibet deuotum hominem internam quietem habentem: hic tamen *dimittit columbam ex arca*, quando deuotam orationẽ emittit ex ſua conſcientia, quæ tunc *reportat oliuæ ramum virentibus floribus in ore ſuo*, quãdo vigorem pacis internæ reportat in ſignum pacis æternæ, quia nõ eſt verius ſignum æternæ pacis quam interna pax bonę conſcientię, *quia gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ*.

Iſaiæ 26. Matth. 6 Rom. 8. Geneſ. 8 2. Cor. 1

INDEX RERVM
MEMORABILIVM

A.

B.

C.

D.

Deus

Esse-

E.

F.

G.

H.

Hu-

I.

L.

M.

N.

O.

P.

Pœniten-

P.


Q.

S.

T

V

FINIS.



INDEX LOCORVM COMMVNIVM IN HOC PARADISO CONTENTORVM

Aduentus Domini.

Affectus

Amor

Anima.

Ascensio.

Auaritia.

Gloria, Beatitudo: Cælum, præmium

Bona opera.

Benedictio.

Cog-

Cur-

Eucha-

Miseri-

Pœnitentia.

Prudentia.

Puer.

Puritas.

Repleri,

Renouari, *vide* nouitas vitæ

San.

Voca-

Vocatio.

Voluntas.



INDICVLVS

MATERIARVM IN OMNIBVS EVANGELIIS, per annum pro concione tractandarum.

Dominica I. *Aduentus.*



Dominica secunda.

 liben-

libenter sustinent. 233. qualiter suscipit in tribulatione existentes. 15. qualiter tribulatio cor purificat. 316.

Dominica 3.

Tu quis es. Ioan. 1. vide verbo *Cognitio*. de cognitione Dei & nostra ipsius. qualiter ad cognoscendum Deum quinque requirantur. sermon. 15. per totum pag. 179. de cognitione sui ipsius 599. *Cuius non sum dignus corrigiam calceamenti*. de humilitate, vide verbo *Humilitas*.

Dominica 4.

Parate viam Domini Lucæ 3. quomodo ad parandum hospitium Christi venienti tria requirantur. 29. de quatuor modis veniendi Christi 25. quare Filius Dei missus ad nos 73. De mundando corde in præparatione ad Christum suscipiendum vide verbo, *Cor*. *prædicans baptismum pænitentiæ*. vide verbo *Pænitentia*.

In festo D. Andreæ Apostoli.

Venite post me Matth 4. vide verbo *Sequela Christi*. Christus quomodo ductor noster est, & vide ibidem plura pag. 672. de imitationis sequela 618 *relictis omnibus*. de contemptu mundi 542. & 479. & 492. quomodo quatuor genera hominum vocantur à Deo.

In festo B. Nicolai.

Vocauit seruos suos Matt. 25. quomodo quatuor requiruntur ad hoc vt aliquis vocetur ad seruitium Dei 219. *tradidit illis bona sua*. talenta mystice exponuntur. 320.

In festo D. Thomæ.

Non erat cū eis quando venit Iesus. Ioan. 20. quomodo quatuor faciunt vnionem animæ cum Deo 538. *Dominus meus & Deus meus*. ad cognoscendum Deum quæ requirantur 179. quomodo fides est humanæ salutis initium. 461.

In natiuitate Domini.

Vide totum sermonem 5. qui habetur. 53.

In

In festo S. Stephani.

Ex illis occidetis & crucifigetis & flagellabitis Matth, 23: de fortitudine & gratia qua martyres sustinuerũt pœnam pag. 88 hæc fortitudo tria requirit 349 de virtute constantiæ in aduersis 296.

In festo S. Ioannis Euang.

Ait Iesus Petro, sequere me Ioan. 21. de sequela Christi vide, In festo sancti Andreæ.

In festo Innocentium.

Mittens occidit omnes pueros Matt. 2. vide *mors*. de occisione spirituali. qualiter mortificatio carnis initium perfectionis 478. vide mortificatio. Innocentia & munditia cordis quomodo per 6 acquiratur. 315.

Dominica infra 8. natiuit.

Benedixit illis Simeon, Lucæ 2. quatuor facienda vt benedictionem Dei consequamur 452. *puer autem Iesus crescebat*. quatuor conditiones puerorum mystice Christo applicantur 63. vt puer Iesus in domo conscientiæ conquiescat tria requiri, vide ibidem.

In circumcisione.

Vocatum est nomen eius Iesus Matth. 2. Dominus Iesus qualem sponsam eligit 130. quantæ fuerit pulchritudinis 131. & 63.

In Epiphania Domini.

Venimus adorare eum Matth. 2. quomodo quadruplici via ad Christum adorandum cũ magis venire debeamus 654. quomodo cor nostrum vt pretiosum clenodium Christo offerre debeamus. 90.

Dominica infra octau. Epiph.

Remansit puer Lucę 2, vide vt supra 63. *Et non cognouerũt*. quomodo lumen fidei facit nos cognoscere Christum 180. quomodo Christi vita sit floribus virtutum ornata. 265. Amor filiorum erga parentes qualis esse debeat 450.

Dominica 2. post Epiphaniam.

Nuptiæ factæ sunt in Cana. Ioan. 2. quomodo Christus eligit animam pulchriorem in sponsam, fortiorem & dili-

diligentiorem & vberiorem 130 & 143. Quomodo Christus tria quæ solent mouere viros vt sponsam ducant, non reperit in sponsa sua 5. Quibus vestimentis ornari debeat anima sponsa veniens ad futuram solennitatem. 439.

Dominica 3, post Epiph.

Descendens Iesus de monte. Ecce leprosus Matth. 8. De descensu Christi, vt animam sua gratia ditet & inhabitet 26 & 29. De lepra peccati vide. *peccatum. Adorauit eum dicens.* De humilitate, quomodo humilis oratio dimittit peccatum 673. vide *Humilitas* : Quomodo Christus suscipit reuertentes & sibi adhærentes. 21.

In festo conuersionis sancti Pauli.

Ecce nos reliquimus omnia & sequuti sumus te. Matth. 19 De conuersione quæ ad Deum ex quatuor fieri debet 194. Conuertenti peccatori, restituit Deus annulum, stolam & calceamenta. 235. de contemptu terrenorum, 255. & 543 pauperibus cur promittitur potestas iudiciaria 636.

Dominica 4.

Ecce motus magnus factus est in mari vt nauicula operiretur fluctibus. Matth. 8. Mundus quomodo mare, corpus autem nostrum nauis dicitur 426. *Ipse vero dormiebat,* quomodo vigilare debemus vt tentationes inimici vincamus. 432. *Domine salua nos.* Quomodo in tentatione orandum. 633.

In festo Purificationis.

De spirituali purificatione, quomodo cor sex mundatur 345 quomodo & à quibus debet lauari 271. & 277: quomodo puer Iesus fuit portatus à Maria, Ioseph & Simeon 70.

Dominica 5.

Qui seminauerit bonum semen in agro suo Matth. 13. quomodo anima peccatrix vocatur terra 578. quomodo debet producere flores 34. & 37. Seminat in ea Deus pulchritudinē per imaginis sui impressionem, qua ipsum naturaliter cognoscit 600. semina virtutum qua ipsum appetat. 601 & naturalem clari-

claritatem qua inter bonum & malum discernit. ibid. Quomodo diabolus superseminat lolium malarum cogitationum 276.

Dominica 6. post Epiph.

De grano sinapis. Matth. 13. De humilitate. vide. ***Humilitas.*** De fermento, de charitate. vide ***Charitas.***

In festo Matthiæ Apostoli.

Venite ad me omnes qui laboratis. Matth. 11. ad cordis quietem quatuor requiruntur. 65. quomodo peccatum facit hominem seruum diaboli 105. peccator in tribus elongatus à Deo Deum non agnoscit 188. ***Discite quia mitis sum & humilis corde,*** humiliatio cordis quæ 103. de triplici pœna & onere quod infert peccatum. 642.

Dominica Septuagesimæ.

Simile &c. exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, Matth. 20. ex parte explicatam hanc parabolam vide 352. ***voca operarios & redde illis mercedem***, quomodo laborantes à Deo vocentur 221. item 217. quatuor mouere debent hominem vt bene operetur. 342. Qualiter 12 donis laborantes præmiabit in futuro Deus. 163. differenter remunerat Deus quatuor genera hominum. 353. Christus exiit cælum vt laborantes ad præmium inuitaret 80

Dominica Sexagesimæ.

Aliud cecidit inter spinas & simul exorta spinæ suffocauerũt illud Luc. 8. Quomodo diuitiæ diuersimode affectentur, 445. & 525, ***fructum afferunt in patientia.*** quomodo in purpura patientia significetur. 442. quam necessaria patientia 449. est lapis pretiosus. 294. vide ***Diuitiæ.***

Dominica Quinquagesimæ.

Tradetur gentibus: & illudetur flagellabitur, & conspuetur &c. quomodo passio Christi excitat ad pugnandum contra diabolum qua ratione iam iam proponit Ecclesia 242 ta-

V v i

que à peccatis quæ hoc tempore committuntur nos auocat 287. *Cæcus quidam* peccator obcæcatur tenebra peccati. 332. obcæcatus non videt tria 188.

Feria 4. & 5 cinerum, habent suas peculiares conciones. de conuersione à peccato, & dilectione inimicorum. item de diuitijs æternalibus & de modo acquirendi & conseruandi eas ex Augustino. 608.

Dominica Quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu vt tentaretur à diabolo. Matth. 4. vide *tentatio* quomodo filius Dei missus est pugil contra dæmonem 4. vt contra dæmonem obtineamus victoriam quæ requirantur 299 dæmō quomodo detinet homines in suis peccatis septem adinuētionibus 15. tentationes quomodo vincēdæ. 241 & 435. quomodo orare debemus ne intremus in tentationem 432. Anima pugnatura contra dæmonem qua veste indui debet 633.

Dominica 2.

Transfiguratus est ante eos & resplenduit. &c. Matth. 17. quomodo solus Deus illabitur menti humanæ per claritatem gratiæ 532. Quomodo Christus sol illuminans 54 qualiter diuersi mode Deus animę apparet. 513. Beatitudinis ac gloriæ dulcedo maxima 264. vide *Cælum*, *Gloria*.

Dominica. 3 Quadragesimæ.

Erat Iesus eijciens dæmonium & illud erat mutum. Lucæ 11. per peccatum incurrit homo dæmonis subiectionem. 104 animam deturpat 332 omne bonum dissipat 337. *Dum fortis armatus.* de custodia sensuum 661 custodia cordis contra Diabolum requirit murum, arma & alimenta. 299.

Dominica 4. Quadrag.

Cum subleuasset Iesus oculos, Ioan. 6. quod oculos nostros subleuare debemus in cælum vbi spiritus noster pater & patria nostra est & locus quietis meæ 400.

Dominica

Dominica in Paßione.

Quis ex vobis arguet me de peccato Ioan 8. De puritate & pulchritudine Domini Iesu 130. amat pulchritudinem munditiæ Quomodo quilibet vigilare debet in peccatorum recognitione 429 de obstinata Iudæorum malitia. vide *Obstinatio.*

Dominica Palmarum.

Cur passio hodie recitatur vide concionem in die parasceues item 261. vide *passio*, sanguis Christi aqua, qua mundatur cor 250.

In cœna Domini.

Egregius habetur sermo 468 super illud Hieremiæ 4. *laua à malatia cor tuum.* qui præparatorius est ad Sacram Eucharistiam sumendam.

In die Paschæ solemnißimo.

Vide egregiam concionem. qualiter dispositum debet esse cor Christiani hominis vt sit vas dignum in quo reseruetur manna cæleste. 290.

Feria 2. Paschæ.

Tu solus peregrinus in Hierusalem Luc. 24. Quid requiratur ad hoc vt boni peregrini sumus 320 vide *Peregrinatio.*

Feria 3.

Pax vobis Luc. 24. pax cordis acquiritur, si homo carnem spiritui subiuget, pondus peccati abijciat, omnia transitoria despiciat 254. pax interna radix pacis interioris 309.

Dominica in Albis.

Venit Iesus ianuis clausis Ioan. 20. Anima fidelis est hor-

fus conclusus, ad quèm descendit Iesus ianuis clausis 10. & 122. *Stetit in medio discipulorum*, quod Christus est in medio animæ, sicut sol in medio cæli, 489. imago in speculo, centrum in circulo, columna in medio templi. 491.

In festo D. Marci.

De oratione processionali vide totam concionem 49 & 668. vide *Oratio*. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum* Ioan. 15. quomodo fructificandum nobis sit per bona opera. vide *Bona opera*. item 582. item spiritualiter quomodo proficere debemus per gratiam 456.

Dominica 2. post Pascha.

Animam suam ponit pro ouibus suis Ioan. 10. quomodo Christus passus est pro nobis ex solo amore. 281. dilexit nos amore forti, affectu magno, & vsque ad mortem 438.

In festo Philippi & Iacobi.

In *domo patris mei mansiones multæ sunt* Ioan. 14. vide *Cælum, Beatitudo, gloria*. Cur gloriam in hac vita cognoscere non valemus. 630.

In festo Inuentionis S. Crucis.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum Ioan. 3. de virtute baptismi & cur baptizato datur candela &c 610. De natiuitate hominis in Deo, ex Deo, & ad Deum 329. vide *Nouitas vitæ*: qualiter duplicem crucem tulit Christus. 311.

Dominica 3.

Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Ioan. 16 In Deo gaudere debemus propter quatuor 45. Gaudiũ mundi dè malo quam vanum. 52. Gaudium ordinatum est quod est de bonis Domini & de conscientia pura. 274. Filij Dei tribulati esse ostenduntur. 233.

Dominica 4.

Arguet mundum de peccato, Ioan. 16. grauiter expostulabi spiritu

spiritus Sanctus cū peccatore 287. De fide vt sit bona & recta requirit quinque 181 Hic communiter agitur de præparatione ad gratiam, vide quomodo cor emundandum ad diuinam gratiam. spiritus sancti 249. qualiter tria præparant cor & reddunt mundum & putum, fides scilicet, consideratio sui, & pia compassio 669. vide *Gratia.*

Dominica 5.

Quidquid petieritis patrem in nomine meo. Ioan. 16. De oratione & eius requisitis. vide concionem 59 item verbo *Oratio* & inuenies etiam quod in ferijs Rogationum populo proponas.

In festo Ascensionis.

Assumptus est in calum Marc. 16. Quatuor faciunt nos post Christum ascendere: cordis puritas 355. vera charitas 358. vera humilitas & perfecta bonitas 363. Qui vult ascendere debet per quatuor gradus. vide *Ascensio.*

Dominica infra octauas Ascensionis.

Erit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequiū præstare Deo. Ioan. 16. tribulati filij Dei agnoscuntur 233. filiorum Dei 3. signa 414. vide Iustus. reputat omne terrenum crucem. 330. proficiunt Sancti terrenorum solatiorum contemptu & amaricatione 479. tribulationis patientia mundatur cor 316.

In solemnissimo festo Pentecostes.

Spiritus Sanctus quem mittet i *Pater in nomine meo* Ioan. 14. Spiritus sanctus decorem animæ renouat 378 eam inflammat 380 roborat 383 virtutibus fæcundat 386 vide *Spiritus* sanctus. Quomodo Deus sit verus inhabitator animæ 487.

Feria 2.

Sic Deus dilexit mundum vt filium, Ioan. 3. Christus missus & datus vt mundum patri reconciliaret. 77 quomodo caritas vnit hominem cum Deo. 597. Est signum triplex caritas. 576. vide *amor, Caritas.*

Ante eas vadit & oues eum sequuntur Ioan. 10. De imitatione Christi, vide *imitatio*, quomodo oues Christi eum sequi debent per viam Sapientiæ, 657.

Dominica Trinitatis.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Matth. 28. Vide egregium sermonem de Trinitate. 589. vide *Deus, Dei, Deo.*

In Sacratißimo festo Corporis Christi.

Caro mea verè est cibus, & sanguis meus &c. vide in festo Pascatis. Qualiter Eucharistia confert animæ quidquid in hac vita conferri potest 540. Continet duo fercula saporosa. 11. Est instituta à Christo ex nimio amore 12. Effectus eius tres 658. vide plura, *Eucharistia.*

Dominica 2. post Pentecosten.

Homo quidam fecit cœnam magnam, Lucæ 14. De cœna magna mystice habes serm. 7. pag. 10. cũ egregia figura ex Apocalypsi. 19. ad hanc vocantur illi, qui habent vitæ sanctitatem. 219. cœna hæc ex ferculis gloriç, quomodo cœna magna, 81. Triplex genus hominum quorũ vnum tantum accipit præmium gloriæ 560. item 667.

Dominica 3. post Pentecosten.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani, Lucæ 15. quomodo iustificatio peccatoris fit per pœnitentiam 452. peccator debet prius agnoscere peccata, & de eisdem per veram contritionem veniam à Deo petere, 673 gaudere debet peccator quia habet Christum pijssimum propitiatorem 47. *Gaudium est Angelis*, de hoc gaudio vide 142.

In

In festo S. Ioannis Baptistae

Elizabeth impletum est tempus pariendi & peperit filium. Lucæ 1. Filiatio Dei quatuor requirit, vide filiatio. Ioannes nouus, homo accepit in viero matris gratiæ infusionem 469. diuini amoris perfectionem, natus vero verbum diuinũ. 465.

In festo Apostolorum Petri & Pauli.

Vos autem quem me esse dicitis, Matth 16. De confessione Dei Petri vide *fides*. *Caro & sanguis non reuelauit tibi.* cognitio Dei requirit infusionem, &c. vide *cognitio*. Exempla Sanctorum quomodo montes sancti. 537.

Dominica 4. post Pentecosten.

Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, Lucæ 5. Opera bona in mortali peccato facta ad quid valeant, 109. & 548. *Relictis retibus & naui*, mundus contemnendus, quia crux omne terrenum, 492. *Secuti sunt eum* Imitatio, quomodo Christus incarnari voluit vt nos præiret in via virtutum, 619.

Dominica 5.

Nisi abundauerit Iustitia vestra plusquã scribarũ, Math 5. Non pertinget ęternam gloriam nisi à peccatis iustificatus, 445. veris & diuersis virtutibus ornatus 447. & bonis operibus exercitatus, 451. *Qui irascitur fratri suo.* De inuidia, vide *inuidia*, Quomodo iustitia perfectorum est, se non perfectos ęstimare, 366. *vade prius reconciliari fratri tuo*, odium ex corde remitti debet 206.

Dominica 6.

[*Misereor super turbam* Marci 8. Misericordię Dei figuratur Hester 13. pag. 214. ea nihil pretiosius, superat chari-

charitatem, pœnitentiam & Iustitiam 311. Consistit in hoc vt pauperibus subueniamus 435. misericordiæ operà sunt septem 565.

Dominica 7.

Arbor bona bonos fructus facit Matth. 7. arbor est voluntas quomodo bonos fructus ferat, vide Voluntas. vt sit bona, in homine tria operatur Deus 494 ordinata quæ sit declaratur. 531. *non omnis qui dicit mihi Domine, sed qui facit voluntatem Patris mei.* vide. 451.

Dominica 8.

Redde rationem villicationis tuæ Lucæ. 16. temporis præsentis congruitas 623. Quantum peccatorū periculum 159 temporis amissi quanta desolabilitas ibidem. pænitentia quomodo non procrastinanda 655. vide *Pœnitentia* Filii huius sæculi prudentiores sunt filijslucis. vide *prudentia*. Qualis ea requiratur vt quis in statu gratiæ perseueret 374 Eius officium est recordari præterita, ordinare præsentia, prouidere futura. ibidem.

Dominica 9.

Si cognouisses & tu. & quidem in hac die quæ ad pacem tibi Luc. 19. quomodo peccator recognoscens suum peccatum habet quatuor vtilitates 423. per illud incurrit dæmonis subiectionem 104 bonorum spiritualium amissionem 107 æternæ pænæ obligationem 112 Inducit inopiam. vide Peccatum. *Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.* vide Tempus.

In festo S. Iacobi Apostoli

Sedere ad dexteram & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Matth. 20. gloria obtinetur per eos qui Deo perfidē inhærent, in eius bonitate confidunt, à peccatis iustificati, virtutibus armati, patientia probati. vide *Beatitudo.*

Dominica 10.

Publicanus autem stans à longe. Lucæ 18. Iustificatio requiri

quirit perfectam humilitatem 446. tria ad eius dispositionem necessaria 79 quomodo verus humilis debet humiles non solum diligere, sed & laudes fugere, sibi ipsi vilescere , & vilis velle reputari 309. vide *Humilitas. Pharisaeus autem stans* vide *Superbia*. Ex bonis operibus fiducia non habenda, 83

Dominica 11.

Adducunt ei surdum & mutum Marci 7. De incommodo quibus daemon & peccatum hominem afficiunt peccatorem. vide Diabolus Peccatum. *Amplius mirabantur dicentes Bene omnia fecit:* qualiter quatuor mirabilia operatus est Deus in nobis , 497. De obduratione & obstinatione. vide Obduratio .

Dominica 12.

De Samaritano, parabola mystice exponitur vt nihil melius 313. *Beati oculi qui vident.* Deum videre possumus, requiritur dilectionis vnitas . quod est mandatum magnum. de dilectione Dei & proximi, vide Dilectio. vide Mandata .

In festo D. Laurentij.

Nisi granum frumenti cadens in terram. Ioan. 12. quomodo mori spiritualiter per gratiam debemus, qua homo moritur peccato 421. *Qui mihi ministrauerit honorificabit* vide, *Seruire*. sequentes Christum remunerantur bonorum copia, honoris dignitate, vitae aeternitate 628.

In festo assumptionis B. Mariae.

Sedens secus pedes Domini audiebat verbum Lu. 10. vt ad arcem contemplationis perueniamus, quatuor requiruntur 177 Contemplatiuis tria necessaria. ibidem. quomodo occidat cōtemplatio hominem exteriorem 661 sola virgo Maria intrauit castellum altissimi meriti, quo altius mereri , ascendere ac proficere nequiuit. 626,

Dominica 13.

Eleuauerunt vocē suam dicentes Iesu praeceptor. Lu. 17 Cōuersio ad Deū fieri debet propter peccati , abominatione̅ boni amissi

amissi recuperationem 194 & 196. pænitentia vera requirit confessionem, contritionem & satisfactionem 345. *Factũ est dum irent mundati sunt*, Ambulans viam pænitentiæ proficit in gratia & iustificatione. 654.

Dominica 14.

Non potestis Deo seruire & mammonæ Matth. 6. maxima peruersitas frui vtendis & vti fruendis. 525. Vide *diues, diuitiæ*. Sunt quantitate modicæ, pretio viles. 29.

Dominica 15.

Ecce defunctus efferebatur. Luc 19. de quadruplici morte vide mors. corporalis est terribilis propter generalitatem, dæmonem visionem, &c. 417. morientis pœna acerba 643. moritur raro bene qui male vixit 333.

In festo D. *Bartholomæi.*

Elegit duodecim quos Apostolus nominauit Lucæ 6. qualiter electi habent quadruplicem pulchritudinem 131. Christus elegit quatuor genera hominum 130.

Dominica 16.

Et ecce homo hydropicus erat ante illum Lucæ. 14. significat hydropicus auaros affectu inordinato pecuniæ plus nimiũ distentos. vide *Diuitiæ. Recumbe in nouissimo loco qui se humiliat exaltabitur* De humilitate, quid ad eam maxime moueat., 504.

Dominica 17.

Quod est mandatum magnum in lege Matth. 22. homo quomodo debeat Deum diligere 403. vide *Dilectio Charitas*. Quomodo mandata Dei dicuntur cathena aurea 174.

Amoni

Amoris 9 gradus. 516: eius imago moraliter cum 8 proietatibus 592.

In festo S. Matthæi.

Vocant eum dicens, sequere Matth. 9. vocat Deus eos qui habent emendationis humilitatem 223. vide *Sequela.*

In festo Michaelis Archangeli.

Angeli eorum semper vident faciem Patris. Matth. 18. De nouem choris Angelorum & de officijs Angelorum vniuscuiusque chori analogia nouem graduum amoris dilucide agitur 616.

Dominica 18.

Et ecce offerebat ei paralyticum iacentem in lecto Matth. 9. de amore in proximum. vide, *dilectio, amor, charitas. confide fili.* filij Dei, passione Christo assimilantur 227 ipsius correctiones in infirmitatibus & alijs libenter sustinent 233 atq. in necessitate secure ad eum recurrunt 235.

Dominica 19.

Qui fecit nuptias filio suo Matth 22. De nuptijs his vide sermonem 1. quo declaratur mystice quomodo Christus sibi desponsauit humanam naturam pag. 5. *Non habens vestem nuptialem.* vt veniat ad futuram solemnitatem anima, qualem vestem debeat habere 440 & 442. Quomodo quilibet sensus peculiari ferculo satiabitur in nuptijs gloriæ. 650 *mittite in tenebras exteriores.* damnatorum quadruplex pœna, 113. & 114. Inferni pœna quanta & qualiter ea euitanda. 423.

In festo S. Lucæ Euangelistæ.

Designauit Dominus & alios. Lucæ 10, vide *vocatio.* quales sint quos eligit Dominus 154. Cum figura quadam

nam Iosue 4 *ibidem.* *vt mittat operarios.* operari debent qui mittūtur non otiari 583 nolite portare sacculum neque peram. de contempti terrenorum 292.

Dominica 20.

Rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius Ioan. 5 Oratio à morte liberat & in peccatis mortalibus spiritualiter mortuus morte culpę quomodo reuiuiscere potest quantum ad diuinam misericordiam. 419. item 420. De morte culpæ 418. vt ab ea liberem ur quod faciendum vide *Mors.*

Dominica 21.

Sic pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis Matth. 18 De ratione reddenda. vide Iudicium. & 287. De remissione iniuriarum, vide totum sermonem 17 pag. 202.

In festo Simonis & Iudæ.

Hæc mando vobis vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos Ioan. 16. vide *dilectio, amor, charitas*, Charitate nihil fortius aut delectabilius, aut vtilius 407, Est signum fidelitatis externæ 576. Christo quomodo in patiendo nos conformare debemus 436 vide I*mitatio.*

In festo omnium Sanctorum.

Beati pauperes spiritu Matth. 5, quidam pauperes mundi, diaboli & Christi & hi beati 636. *Beati mundo corde* mundos corde nos vult esse Deus 135. cor mundum est quod nullo peccato maculatur 249. quomodo conscientia munda vas diuinæ gratiæ 249.

Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, vt simus filij Dei quatuor requiruntur *Ecce merces vestra copiosa*. quomodo Deus remunerat quatuor genera hominum. 353.

In festo Sancti Martini.

Vide ne lumen quod in te est, tenebra fiant Lucæ 11. de tenebra peccati quom odo obscurat & de luce virtutis, vide *peccatum, tenebra.* quare conuersatio bona luci comparetur 556 & 558 de recta intentione & quæ eius signa 228

De-

Dominica 22.

Cuius est hac imago Matt.22.vide, Imago. quomodo animæ similitudo Deo impressa 272.anima speculum bonitatis diuinæ 520. Anima transformatur in Deum sicut ignis in ferro candenti 535.vide *Amor, Anima.*

Dominica 23.

Non est mortua puella sed dormit. Matth. 6. De morte spirituali gratiæ, quomodo præcedent eam 6 Symptomata, analogia mortis naturalis vide *Mors* 421.

Dominica 24.

Tunc parebit signum filij hominis, Matt.24.quomodo crux, claui, lancea præcedent iudicem.40.vide *Iudicium &c.*

In festo Catharinæ virginis.

Simile est regnum cælorum decem virginibus Matth.25.virginitatis elogium 132 quatuor obtinebit in patria 571. vide *Castitas. Acceperunt lampades suas.* vt opera nostra reluceant, debent fieri ex conscietia pura, intentione recta, discretione plena, & fortitudine perfecta. 343. prudentes vero virgines acceperunt, &c. vide *Prudentia.*

FINIS.

AD LECTOREM ADMONITIO.

Pauca de multis annotauimus, tædiosi ne videamur, multa industria tua relinquentes, pie lector, vt tamquam apis argumentosa ac mellificans magis vtilia, & tibi, & auditoribus faciliori methodo seligere valeas. Boni consulito.

Approbatio.

Cum nihil eorum quæ à viris eruditione, & fama celebribus profecta, interire æquum sit; non vna laude dignum censeo, qui eadem velut è tenebris ad lucem reuocat, eosque qui hic non sunt amplius, orbi restituit. Quapropter operæ pretium facturus, qui mellifluos & sensatos hos sermones in Dominicas totius anni, ante annos centum & triginta eximia cum pietate & eruditione concinnatos, rursus prælo ac luce donat. quippè ex quibus non vnum Christianæ pietatis thesaurum depromēt diuini Verbi præcones. Datum Antuerp. in Seminario Episcopali die xxiv Maij, M.DC.XI.

Laurentius Beyerlinck, Canonicus, & Censor Antuerpien.

Cum gratia & priuilegio, ad sexennium. Datum Bruxellis, IX. Septembris M.DC.XI.

Signat.

Lombarts.





7-i-2

